Sp. **Cassius Viscellinus**, consul a. u. c. 252., cos. iterum cum Postumo Cominio Aurunco a. u. c. 261., quibus coss. plebs Montem Sacrum prius, deinde Aventinum occupavit, de r. p. 2, 33, 57. — Cum Latinis omnibus foedus ictum Sp. Cassio Postumo Cominio coss., pro Balbo 23, 53. — Consul tertium a. u. c. 268. Is a. u. c. 269. de occupando regno Rom. apud populum accusatus et damnatus est, de r. p. 2, 35, 60.



cl. ib. 2, 27, 49. Philipp. 2, 44. 114. — de am. 8, 28. Ib. 11, 36. — Eius domus eversa atque in eodem loco aedes posita Telluris, de domo sua 38, 101.

**Castor** et Pollux, secundi duo Dioscuri, Iove tertio nati et Leda, de n. d. 3, 21, 53. — Castor, Pollux, Hercules, Aesculapius, Liber coluntur aeque atque Apollo, Vulcanus, Mercurius, de n. d. 3, 18, 45. — Castoris cultus, de leg. 2, 8, 19. — Castor et Pollux in Lysandri victoria navali Aegospotamis de Atheniensibus relata cum Lacedaemoniorum classe visi esse dicebantur, de divin. 1, 34, 75. Ib. 2, 32, 68. — Castor et Pollux in proelio ad lacum Regillum ex equis pugnare visi sunt et recentiore memoria iidem Tyndaridae Persen victum nunciasse putati sunt, de n. d. 2, 2, 6. Ib. 2, 24, 62. Ib. 3, 5, 11 sqq. — Castor et Pollux laudati a Simonide, de orat. 2, 86, 352. — Castoris aedes refecta a L. Metello Dalmatico, Verr. accusat. 1, 59, 154. cl. ib. 1, 49, 129. — In hac aede Sestius vulneratus, ad Q. fr. 2, 3, 6. — In Castoris aede negotiatores solebant pecunias deponere, pro Quinct. 4, 17. — Castoris et Pollucis aedes Tusculi icta de caelo, de divin. 1, 43, 98.

**Castor** nepos Deiotari avum accusavit, pro Deiot. 1, 2. Ciceronis in Cilicia miles, in Graecia commilito, Ib. 10, 28.

M. **Castricius** negotiator, ut videtur, Asiaticus, ad Att. 2, 7, 5. — Eius negotium cum Q. Cicerone de mancipiis ab eo emptis, ad Att. 12, 28, 3. Ib. ep. 30, 2. Verr. accusat. 3, 80, 185. — Creditor civitatis Trallianae, pro Flacco 23, 54. Publice sepultus a Smyrnaeis, Ib. 31, 75.

L. **Castrinius Paetus**, Cael. ad fam. 8, 2, 2. [Fortasse unâ mutatâ litterâ idem qui sequitur].

L. **Castronius Paetus**, princeps municipii Lucensis, commendatur M. Bruto, ad fam. 13, 13.

**Castrum Truentinum** in agro Piceno, ad Att. 8, 12. B. §. 1.

**Castulonensis** saltus prope Castulonem, oppidum Hispaniae Tarraconensis, ad fam. 10, 31, 1.

**Catadupa** Nili s. Cataractes Nili prope Philas, de r. p. 6, 18, 19.

**Cateius**, ad Att. 10, 8, 3. inc.

**Catiana** spectra, ad fam. 15, 16, 1. Ib. 15, 19, 1. V. **Catius Insuber.**

T. **Catienus**, eques Rom., iratus Q. Ciceroni, placatus a Marco a. u. c. 695., ad Q. fr. 1, 2, 2. §. 6.

L. **Catilina**. V. **L. Sergius Catilina.**

**Catilius (C. Atilius)**. Huius piratae, quem ceperat, supplicium Cicerone et Sex. Servilio deprecantibus se remissurum paullo difficilius promittit P. Vatinius, ad fam. 5, 10, 1.

**Catina**, Siciliae oppidum, Verr. accusat. 3, 83, 192. Ib. 4, 23, 50.

**Catinenses**, incolae Siciliae oppidi, Verr. accusat. 4, 45, 99. cl. ib. 3, 43, 103.

**Catius** Insuber, Epicurius, ad fam. 15, 16, 1. Ib. 15, 19, 1. V. **Catiana spectra.**

C. **Catius** Vestinus, tribunus mil. in exercitu M. Antonii a L. Munatio Planco exceptus, ad fam. 10, 23, 5.

Q. **Catius Aemilianus**, pro Tullio §. 19.

**Catones**. V. in **Porciis.**

**Catonium**, *Vereor ne in Catonium Catoninos*, ad fam. 7, 25, 2.

**Catuli**. V. in **Lutatiis**.
**Caucasus**, mons Asiae. Eius nives hiemalisque vis, Tuscul. 5, 27, 77. Eius accolae Babylonii, de divin. 1, 19, 36. — Tuscul. 2, 10, 23. Ib. 2, 22, 52. Ib. 5, 3, 8. de r. p. 6, 20, 22.
**Caudinum** proelium, de sen. 12, 41.
**C. Caudinus**, in iudiciis publicis, florente re publica floruit, pro Cluent. 38, 107.
**Caudium** in Samnio. Male ibi pugnatum, de off. 3, 30, 109.
**L. Caulius Mergus** senator, in iudiciis publicis florente re publica floruit, pro Cluent. 38, 107.
**Caunii**, incolae Cauni, urbis Cariae, ad fam. 13, 56, 3. ad Q. fr. 1, 1, 11. §. 33.
**Caunus** Cariae oppidum, de divin. 2, 40, 81.
**Cauneae**, i. e. ficus Cauneae, quae in magno precio in Italia erant, de divin. 2, 40, 81.
**Cecrops**, Atheniensium rex primus, de leg. 2, 25, 63.
**Cei** ortum Caniculae diligenter quotannis solent observare, de divin. 1, 57, 130. V. **Aristo Ceus s. Cius. Prodicus Ceus. Simonides Ceus.**
**Ceius** Samnis, pro Cluent. 59, 162.
**Celaeno**, Pleias, Arat. v. 269.
**Celer**, libertus, ut videtur, Attici, ad Att. 10, 1, 4. cl. ib. 11, 4, 2. Ib. 11, 12, 8.
**Celeripes**, Attici servus, ad Att. 9, 7, 1.
**Celtiberi** et Cimbri in proeliis exsultant, lamentantur in morbo, Tuscul. 2, 27, 65. — Bellum cum Celtiberis, cum Cimbris, de off. 1, 12, 38.
**Celtiberia**, regio Hispaniae Tarraconensis, Philipp. 11, 5, 12.
**Censoriae** tabulae, orat. 46, 156.
**Censorinus**. V. in **Marciis**.
**Centaurus**. Nubium una Centauros peperisse dicitur, de n. d. 3, 20, 51. cl. in Pison. 10, 22. Tuscul. 2, 8, 20. V. **Nessus**.
**Centaurus**, sidus, Arat. v. 447., de n. d. 2, 44, 114.
**C. Cento**. V. in **Claudiis**.
**Centuripini** agri Aetnensis multo maximam partem possident, Verr. accusat. 3, 45, 108. Ib. 3, 48, 114. — Centuripinis senatus decreto populique iussu, statuae C. Verri et patri eius et filio positae, Ib. 2, 67, 161. — Centuripina et Segestana civitas cognatione populi Rom. nomen attingunt, Ib. 5, 32, 83. — Centuripina civitas sine foedere immunis ac libera, Ib. 3, 6, 13. — Centuripini, civitas totius Siciliae multo maxima et locupletissima, Ib. 4, 23, 50.
**Ceos s. Cea** insula celebris e Cycladibus, patria Simonidis, qui dicitur Ceus, de orat. 2, 86, 351. ad Att. 5, 12, 1.
**Ceparius**. V. **Caeparius**.
**Cepasii** fratres. V. **Caepasii**.
**Cephalio**, servus fortasse Attici tabellarius, ad Att. 7, 25. Ib. 9, 19, 3. Ib. 10, 1, 3. Ib. 11, 12, 1.
**Cephaloeditana** civitas, Verr. accusat. 3, 43, 103.
**Cephaloedis**, oppidum Siciliae, Verr. accusat. 2, 52, 128.
**Cephalus**, pater Lysiae oratoris, persona in Platonis *πολιτείᾳ*, ad Att. 4, 16, 3.
**Cepheus**. Non stellatus Cepheus cum uxore (Cassiepea), genero (Perseo), filia (Andromeda) traderetur, nisi caelestium divina cognitio nomen eius ad errorem fabulae traduxisset, Tuscul. 5, 3, 8. — Cepheus, sidus, Arat. v. 286. 323. 665. de n. d. 2, 43, 111.



**Ceramicus** locus celeber Athenis duplex, alter in urbe, alter extra urbem. — In eo amplitudines sepulcrorum, de leg. 2, 26, 64. — Ibi statua Chrysippi, de fin. 1, 11, 39. — In eo erat Attici villa, ad Att. 1, 10, 1.
**Cerberus** triceps canis apud inferos Hydra genitus, Tuscul. 1, 5, 10. Ib. 2, 9, 22. Cerberus deus non putandus, de n. d. 3, 17, 43.
**Cercops**, Pythagorius, de n. d. 1, 38, 107.
**Ceres**. Dicta a gerendis frugibus tamquam *Geres*, a Graecis quoque *Δημήτηρ* quasi *Γῆ μήτηρ* nominata, de n. d. 2, 26, 67. Ib. 2, 28, 71. cl. ib. 2, 23, 60. — Ceres a gerendo, Ib. 3, 20, 52. Ib. 3, 24, 62. — Nemo initiandus Romae nisi, ut adsolet, Cereri Graeco sacro, de leg. 2, 9, 21. Ib. 2, 15, 37. — Cereris sacra a Graecis adsumpta summa Romani religione confici caerimoniaque voluerunt, pro Balbo 24, 55. — M. Ciceroni aedili ludi sanctissimi maxima cum cura et caerimonia Cereri, Libero Liberaeque faciendi erant, Verr. accusat. 5, 14, 36. — Sacrarium Cereris apud Catinenses, in intimo signum fuit Cereris perantiquum, Verr. accusat. 4, 45, 99. — Ceres pro frugibus, de orat. 3, 42, 167. ad Her. 4, 32, 43. de n. d. 3, 25, 64. — Ceres, Liber et Libera, de n. d. 2, 24, 62. — Ceres et Libera, Verr. accusat. 4, 48, 106. — Cereris Hennensis religio, Ib. §. 107 et 109. orat. 62, 210.
**Cerialia**, ad Att. 2, 12, 2.
**P. Cervius**, legatus C. Verris, Verr. accusat. 5, 44, 114.
**C. Cestilius** tribunus pl. a. u. c. 697. Ciceronis cupidus, post red. in sen. 8, 21.
**Cestius** Ciceronis familiaris a. u. c. 703., ad Att. 5, 13, 1.
**C. Cestius**, eques Rom., testis in causa Flacci, pro Flacco 13, 31.
**C. Cestius**, praetor a. u. c. 710. magno animo et constanti provinciam repudiavit, Philipp. 3, 10, 26.
**Cethegus**. V. **Cornelius Cethegus**.
**Ceus s. Cius**. V. **Aristo, Prodicus, Simonides.**
**Chaerea**, pro Rosc. Com. 1, 1. V. **C. Fannius Chaerea.**
**Chaerestratus**, persona comica apud Caecilium Statium, pro Sex. Rosc. 16, 46.
**Chaerippus**, Graeculus, familiaris Ciceronis, ad fam. 12, 22, 4. cl. ib. ep. 30, 3. ad Att. 4, 7, 1. 5, 4, 2. — Unus de cohorte amicorum Q. Ciceronis in provincia Asia a. u. c. 694., ad Q. fr. 1, 1, 4. §. 14.
**Chaeron** loquens inducebatur in Dicaearchi Trophoniana narratione (*περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως*), ad Att. 6, 2, 3.
**Chalcedonius** s. **Calchedonius**, ortus Chalcedone urbe Bithyniae, de orat. 3, 32, 128.
**Chalcidicus Euripus**, fretum inter Euboeam et Graeciam continentem, de n. d. 3, 10, 24.
**Chaldaei** 'non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati', astrologiae inventores, de divin. 1, 1, 2. Chaldaei in Syria cognitione astrorum sollertiaque ingeniorum antecellunt, de divin. 1, 41, 91. cf. de fato 8, 15. Ib. §. 16. — Eudoxi de iis iudicium, de divin. 2, 42, 87 sqq. — Eorum vana pro-

missa, Tuscul. 1, 40, 95. — Ab iis multa falsa Pompeio, Crasso. Caesari praedicta, de divin. 2, 47, 99.

**Chaonia**, regio Graeciae, ubi T. Pomponius praedia possidebat, ad Att. 6, 3, 2.

**Chares** Lindius, aequalis Alexandri Magni, a Lysippo statuas facere didicit, ad Her. 4, 6, 9.

**Charidemus** Chius, trierarchus, Verr. accusat. 1, 20, 52.

**Charisius**, Atticus rhetor, Brut. 83, 286.

**Charmadas** et Clitomachus et Aeschines Carneadis discipuli, obtinebant circa a. u. c. 645. florentem Academiam, ut temporibus illis ferebatur, de orat. 1, 11, 45. cl. Tusc. 1, 24, 50. — Charmadas summus homo et divina prope memoria, de orat. 2, 88, 360. Tuscul. 1, 24, 59. — Cum eo L. Crassus Athenis legit Platonis Gorgiam, de orat. 1, 18, 84. — Charmadas ingenium L. Crassi vehementer admirabatur, Ib. 1, 20, 93. — Eius eloquentia, Acad. pr. 2, 6, 16. — Uberius de officio oratoris loquebatur quam Mnesarchus, de orat. 1, 18, 83. — Scitum est, quod Carneades noster dicere solebat, Clitomachum eadem dicere, Charmadam autem eodem etiam modo dicere, orat. 16, 51. cf. de fin. 5, 2, 4 et 6.

**Charon**, deus non putandus, de n. d. 3, 17, 43.

**Charondas** et Zaleucus, de leg. 1, 22, 57. Ib. 2, 6, 14.

**Charybdis**, mare vorticosum. — Charybdis bonorum, tralatum vitiosum, de orat. 3, 41, 163. — Ei comparatur C. Verres, Verr. accusat. 5, 57, 146. — Cum ea comparatur P. Clodius, de harusp. resp. 27, 59. — "Quae Charybdis tam vorax quam M. Antonius?" Philipp. 2, 27, 67.

**Chelae**, sidus, Arat. v. 237. 454. 639., de n. d. 2, 44, 114.

**Chelidon**, meretrix, C. Verris amica, Verr. accusat. 1, 40, 104. cf. in primis ib. 1, 52, 137 sqq. — Ib. 2, 47, 116. Ib. 5, 13, 34. Ib. 5, 15, 38. — Heredem instituit C. Verrem a. u. c. 682., Ib. 2, 47, 116. cl. ib. 4, 32, 71.

**Cherronenses (Cherronesenses)**, Chersonesi Thraciae incolae, in Pison. 35, 86.

**Cherronesus** Attalici agri in Cherroneso publici populi Rom., de lege agr. 2, 19, 50. ep. ad Brut. 1, 2.

**Chersonesus Taurica**, ad Att. 6, 1, 19.

**Chilius** poëta Graecus. Chilius te rogat et ego eius rogatu *Εὐμολπιδῶν πάτρια*, ad Att. 1, 9, 2. Ib. 1, 12, 2. Ib. 1, 16, 15.

**Chilo**. V. **Cilo** et **Magius**.

**Chimaera**, de n. d. 1, 38, 108. cl. ib. 2, 2, 5.

**Chius** insula Aegaeo defixa in gurgite, Arat. v. 670. — Chius, civitas libera, de harusp. resp. 16, 34. — Chio per vim signa pulcherrima abstulit Verres, Verr. accusat. 1, 19, 49. — Homerum Colophonii civem esse dicunt suum, Chii suum vindicant, pro Archia 8, 19. — Chiorum lapidicinae, de divin. 1, 13, 23. Ib. 2, 21, 49. V. **Aristo**.

**Chlorus**. V. **Sex. Pompeius Chlorus**.

**Chremes** Terentianus, de fin. 1, 1, 3. Tusc. 3, 27, 65. — Is humani nihil a se alienum putat, de off. 1, 9, 30.

**Chrestus**, libertus vel servus, ad fam. 2, 8, 1.



**Chrysas** fluvius Siciliae. Eius, qui apud Assorinos deus habebatur, fanum et simulacrum, Verr. accusat. 4, 44, 96.

**Chryses**, tragoedia Pacuvii, orat. 46, 155. de divin. 1, 57, 131.

***Χρυσιππεία κρίσις***, ad fam. 9, 4.

**Chrysippus**, Cleanthis in Stoa successor. — Quid est a Chrysippo praetermissum in Stoicis? de fin. 1, 2, 6. — Chrysippus a Cleanthe, doctore suo, multis rebus dissidet, Acad. pr. 2, 47, 143. cl. de fato 7, 14. — Eius praecepta de sensibus, Acad. pr. 2, 24, 75. — Homo sine dubio versutus et callidus, de n. d. 3, 10, 25. — Chrysippus totam de divinatione duobus libris explicavit sententiam, uno praeterea de oraculis, uno de somniis, de divin. 1, 3, 6. — Chrysippus oraculis totum volumen implevit partim falsis, partim casu veris, partim flexiloquis et obscuris, partim ambiguis, de divin. 2, 56, 115. cl. ib. 1, 19, 37. — Eius liber de somniis, de divin. 1, 20, 39. Ib. 2, 65, 134. Ib. 2, 70, 144. — Chrysippus in omni historia curiosus, Tuscul. 1, 45, 108. — Chrysippus in doctrina de fato tamquam arbiter honorarius medium ferire voluit, de fato 17, 39. Ib. 18, 41. cf. fragm. libri de fato, p. 239. — Eius doctrina de fato, de fato 4, 7. 6, 12, 7, 13. 7, 14. 10, 20. — *Τὸ κατὰ Χρύσιππον δυνατόν*, ad fam. 9, 4. — Chrysippus Academicos refellens permulto clariora et certiora esse dicit quae vigilantibus videantur quam quae somniantibus, de divin. 2, 61, 126. — Statua eius sedentis porrecta manu Athenis in Ceramico quid significet? de fin. 1, 11, 39. — Qualem scripserit artem rhetoricam, de fin. 4, 3, 7. — Chrysippus quibus argumentis demonstrarit esse deos, de n. d. 2, 6, 16. — Chrysippi sententiae de natura deorum, interpretationes allegoricae fabellarum Orphei, Musaei, Hesiodi Homerique, de n. d. 1, 15, 38 sqq. — Chrysippus studuit commenticiarum fabularum reddere rationem, de n. d. 3, 24, 63. — Eius ratiocinatio de divinatione, de divin. 1, 39, 84. Ib. 2, 49, 101. Eius definitio divinationis, de divin. 2, 63, 130. — Omnia verborum momentis, non rerum ponderibus examinat, de r. p. 3, 8, 12. Chrysippus et Cleanthes cum Democrito collati quintae classis videntur, Acad. pr. 2, 23, 73. — Eius de philosophia ieiuna et exilis disputatio, de orat. 1, 11, 50. — Chrysippi disciplina (dialectica) institutus esse debet, qui eloquentiae laude ducatur, orat. 32, 115. — De eius dialecticis, de fin. 4, 4, 9. Acad. pr. 2, 29, 93, de fato 10, 38. — Chrysippi *ψευδόμενος*, Acad. pr. 2, 30, 96. — Stoici de eo quid querantur, Acad. pr. 2, 27, 87. — Locus de physica ratione fabularum a Cleanthe explicatus, de n. d. 2, 24, 63. — Chrysippus praeter mundum caetera omnia aliorum causa esse generata scite docuit, de n. d. 2, 14, 37—39. Ib. 3, 7, 18. de fin. 3, 20, 67. — Eius de differentiis animantium sententia, de fin. 4, 11, 28. — Eius sententia de finibus bonorum, Acad. pr. 2, 45, 138. Ib. 2, 46, 140. — Chrysippus et Diogenes Babylonius detracta utilitate nihil faciendum dicebant bonae famae causa, de fin. 3, 17, 57. — Bonum aliud in

foro et domi, aliud in schola dixit esse, de fin. 5, 29, 89. — Eius sapiens, fragm. p. 258. — Quomodo fortitudinem definierit, Tuscul. 4, 24, 53. — Chrysippi et Stoicorum partitio et definitio perturbationum animi, Ib. 4, 5, 9. — Nimium operae consumitur a Chrysippo, dum morbis corporum comparatur morborum animi similitudo, Ib. 4, 10, 23. — Idem vetat ad recentes quasi animi tumores animi remedium adhibere, Ib. 4, 29, 63. — Caput esse censet in consolando detrahere illam opinionem maerendi, si se officio fungi putet iusto atque debito, Ib. 3, 31, 76. Ib. 3, 33, 79. — Chrysippus reprehensus a Carneade, Ib. 3, 25, 59. — *Λύπην* quasi *λύσιν* appellatam putat, Ib. 3, 25, 61. — Diligentissime Chr. contra Aristonem disputavit, de fin. 4, 25, 68. — Scitum eius dictum, de off. 3, 10, 42. — Chrysippus sui, ne putesceret, animam pro sale datam dicit esse, de n. d. 2, 64, 160. — Chrysippus Chesippus dictus a Zenone Epicurio, de n. d. 1, 34, 93. de fin. 2, 13, 43. Ib. 2, 14, 44. — Tuscul. 5, 37, 107. de divin. 2, 28, 61.

**Chrysippus**, libertus Ciceronis, ad Att. 7, 2, 8. Ib. ep. 5, 3. Ib. 11, 2, 3. ad Q. fr. 3, 4, 5. Ib. ep. 5, 6.

**Chrysippus Vettius**, Cyri architecti libertus, ad fam. 7, 14, 1. ad Att. 13, 29, 2. Ib. 14, 9, 1.

**Chrysis**, persona Terentiana, de orat. 2, 80, 327.

**Chrysis**, persona comica apud Trabeam, Tuscul. 4, 31, 67.

**Chrysogonus**. V. **L. Cornelius Chrysogonus.**

**Chrysogonus**, servus C. Verris, Verr. accusat. 1, 36, 92.

**Cibyra** oppidum Phrygiae magnae, Verr. accusat. 4, 13, 30. ad fam. 13, 21, 1.

**Cibyratae**, incolae Cibyrae oppidi, Cael. ad fam. 8, 4, 5. Ib. 8, 9. 3. — Cibyratae pantherae, ad Att. 5, 21, 5. — Cibyraticum forum, Ib. 5, 21, 9. — Cibyratae fratres Tlepolemus et Hiero, quorum opera et consilio Verres in furtis et praedis faciendis utebatur, Verr. accusat. 4, 21, 47. canes Cibyratici, Ib.

**Cicerones.** V. in **Tulliis.**

**Cilices.** Quibus auguriis utantur, de divin. 1, 1, 2. Ib. 1, 15, 25. Ib. 1, 41, 92 et 94. de leg. 2, 13, 33. — Cilices piratae asciverunt sibi Phaselidem, Lyciae oppidum, Verr. accusat. 4, 10, 21. — Praedones Cilices debellati a Cn. Pompeio, de imp. Cn. Pomp. 12, 32. — Eorum myoparoni praedonibusque Syracusanorum portus patuit Verre praetore, Verr. accusat. 4, 52, 116.

**Cilicia** provincia. Eam pro consulibus obtinuerunt a. u. c. 691. Cn. Pompeius Magnus, a. 698—700. P. Cornelius Lentulus Spinther a. 701. 702. Appius Claudius Pulcher a. 703. M. Tullius Cicero. — Duo sunt aditus in Ciliciam ex Syria, ad fam. 15, 4, 4. — Amphilochus et Mopsus Argivorum reges urbes in ora maritima Ciliciae Graecas condiderunt, de divin. 1, 40, 88. — Difficile est in Asia, Cilicia, Syria ita versari imperatorem Rom., ut nihil aliud nisi de hoste ac de laude cogitet, de imp. Cn. Pomp. 22, 64. — Magna in Cilicia latrocinia, ad Att. 6, 4, 1. Tim. 1.

**Ciliciensis** provincia, ad fam. 13,



67, 1 — Ciliciensis praetor, ad Q. fr. 1, 2, 3. §. 7.

**Cilix**, libertus App. Claudii Pulcri, ad fam. 3, 1, 2.

**C. Cilnius Maecenas**, eques Rom., pro Cluent. 56, 153.

**Cilo**, ad Q. fr. 3, 1, 2. §. 3.

**Cilo** s. **Chilo**, ad fam. 6, 20, 1. V. **Magius.**

**Cimber** histrio, ad Her. 3, 21, 34.

**Cimber.** V. **Annius.**

**Cimber Tillius**, ad fam. 6, 12, 2. V. **Tillius Cimber.**

**Cimbri**, populi Germaniae. — Cimbri et Celtiberi in proeliis exsultant, lamentantur in morbo, Tuscul. 2, 27, 65. — Bellum Romanorum cum Celtiberis et Cimbris, de off. 1, 12, 38. — Cimbri devicti a C. Mario, de imp. Cn. Pomp. 20, 60.

**Cimbricus**, ad Cimbros pertinens. Marianum scutum Cimbricum, de orat. 2, 66, 266.

**Cimmerii** populi fabulosi Italiae ab oppido Cimmerio, quod ad Baianum et Avernum sinum fuisse dicitur, Acad. pr. 2, 19, 61.

**Cimon**, Miltiadis pater. Eius hospitalitas in suos curiales Laciadas, de off. 2, 18, 64.

**Cincia** lex de donis et muneribus lata a. u. c. 550. Eius suasor Q. Fabius Maximus cunctator, de sen. 4, 10. Commemoratur ad Att. 1, 20, 7.

**L. Cincius**, procurator Attici, ad Att. 1, 1, 1. Ib 1, 7. Ib. 1, 8, 2. Ib. 1, 16. 1, 17. Ib. 1, 20, 1. Ib. 1, 20, 7. Ib. 4, 4. a. — Cincius ad Atticum scripsit de Statii sermone, ad Att. 6, 2, 1. ad Q. fr. 2, 2, 1. Ib. 3, 1, 2. §. 6.

**M. Cincius Alimentus**, tribunus plebi. — Eo die, quo legem de donis et muneribus tulit a. u. c. 550., salse reprehendit C. Centonem, de orat. 2, 71, 286.

**Cincinnatus.** V. **Quinctius Cincinnatus.**

**Cineas** Thessalus, a Pyrrho legatus Romam missus. Eius colloquium cum C. Fabricio de Epicuro, de sen. 13, 43. — Eximia eius memoria, Tuscul. 1, 24, 59. — Eius et Pyrrhi libri de re militari, ad fam. 9, 25, 1.

**Cingulum**, Picenorum oppidum, hodie *Cingoli*, ad Att. 7, 11, 1. Ib. 7, 13. b. §. 7.

**Cinna.** V. **Cornelius Cinna.**

'**Cipius**, opinor, olim: «Non omnibus dormio», sic ego non omnibus, mi Galle, servio,' ad fam. 7, 24, 1.

**Circaeum** poculum, Circae magicum. Repente e vestigio ex homine tamquam aliquo Circaeo poculo factus est Verres, divinat. in Q. Caecil. 17, 57.

**Circe** et Pasiphaë, e Perseide Oceani filia natae, patre Sole, num deorum numero habendae, de n. d. 3, 19, 48. — Circe et Aeetes Colchis a Sole quinto procreati 3, 21, 54. — cf. de off. 1, 31, 113. divin. in Q. Caecil. 17, 57.

**Circeienses** coloni Circen religiose colunt, de n. d. 3, 19, 48.

**Circeii** oppidum cum promontorio Veteris Latii subiectum Pomptinae paludi, de fin. 4, 3, 7.

**M. Cispius** tribunus pl. a. u. c 697. benevolus in M. Ciceronem, post red. in sen. 8, 21. — Eum ambitus accusatum defendit Cicero, pro Planc. 31, 75. — Amicus Ciceronis, vi depulsus a foro per operas Clodianas, pro Sest. 35, 76.

**Cispius** debitor Ciceronis, ad Att. 12, 24, 2. Ib. 13, 33, 2.

**Cispius Laevus**, ad fam. 10, 21, 3.

**Citarini** s. **Cetarini**, parva civitas Siciliae inter Bathyis fl. ostium et Panhormum, Verr. accusat. 3, 43, 103.

**Citiei** in insula Cypro, e Phoenicia profecti, Catonis clientes, de fin. 4, 20, 56.

**Clastidium** vicus Galliae Cisalpinae, Tuscul. 4, 22, 49.

**Claterna** oppidum Lingonum in Gallia Cispadana iuxta amnem eiusdem nominis, ad fam. 12, 5, 2. Philipp. 8, 2, 6.

## STEMMA CLAUDIORUM.

1. Appius Claudius Crassus Caecus cos. a. u. c. 447. 458.
2. P. Claudius Ap. (1) F. Pulcher, primus sic dictus, cos. 505.
3. Ap. Claudius Pulcher cos. 542.
4. Ap. Claudius Pulcher cos. 569.
5. C. Claudius Pulcher cos. 577.
6. Ap. Claudius C. F. Pulcher cos. 611. mortuus ante a. 625.
7. C. Claudius Pulcher Lentulus cos. 624.
8. C. Claudius Ap. (6) F. C. N. Pulcher aedilis cur. 655. praetor 659. cos. 662.
9. Ap. Claudius C. (8) F. Tribunus mil. occisus in proelio ad portam Collinam adversus Sullam commisso 672. (Appian. B. C. 1, 68. Plutarch. in Sulla 73.)
10. Ap. Claudius Ap. (6.) F. Pulcher (avunculus L. Philippi cos. 663. de domo sua 32, 84.) cos. 675. mortuus a. 678. Eius uxor videtur fuisse Terentia. Huius filii tres et filiae duae (a. b. c. d. e.)
11. (a.) Ap. Claudius Pulcher cos. 700. censor 704. mortuus paullo ante pugnam Pharsalicam.
12. (b.) C. Claudius Pulcher praetor 698. procos. Asiae 699. 700., cuius filii duo Appius cos. 716. et Caius adoptati sunt ab Appio patruo, qui mascula prole caruit, sed duas filias habuit, alteram uxorem Cn. Pompeii Cn. Magni filii, alteram M. Bruti ab eo repudiatam a. 709.
13. (c.) P. Clodius Pulcher (trib. pl. 696.). Eius uxor Fulvia, cuius mater Sempronia, Sempronii Tuditani filia.
14. (d.) Clodia maior, 'quadrantaria' uxor Q. Metelli Celeris.
15. (e.) Clodia minor, uxor L. Luculli. Terentia illa, quam nonnulli, ut Beier Cic. fragm. p. 228., pro tertia Appii (10) filia habent, Q. Marcii Regis uxor, fuit potius N. 11—15. consobrina.
16. P. Clodius s. Claudius P. (13) filius. Val. Max. 3, 5, 3. Huius exstat inscriptio in vase alabastrino:

P. CLAVDIVS. P. F.
AP. N. AP. PRON.
PVLCHER. Q. QVAESITOR
PR. AVGVR.

ex qua Borghesius in *Giornale Arcadico* Vol. 28. p. 232. demonstravit C. Claudium Pulcrum cos. 662. (8) et Ap. Claudium Pulcrum cos. 675. (10) filios fuisse Ap. Claudii Pulcri cos. 611. (6), uti reapse C. Claudius (8)



nominatur Appii filius a Cic. de off. 2, 16., non vero C. Claudii cos. 624. (7); subesse igitur errorem vel Ciceronis ipsius vel librariorum in Plancianae c. 14., ubi dicitur C. Claudii filius. Contra ex Plancianae 14, 51., si sequimur librorum lectionem: *vivo patre suo, C. Claudio*, collata Caelianae 14. §. 33. stemma sic esset constituendum:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Ap. Claudius Caecus, | Clodiae quadrantariae | | tritavus | (1.) |
| P. Claudius Pulcher cos. 505. | „ | „ | atavus | (2.) |
| Ap. Claudius Pulcher cos. 542. | „ | „ | abavus | (3.) |
| C. Claudius Pulcher cos. 577. | „ | „ | proavus | (5.) |
| C. Claudius Pulcher Lentulus cos. 624. | „ | „ | avus | (7.) |
| Ap. Claudius Pulcher cos. 675. | „ | „ | pater | (10.) |

Cf. Manutium ad l. l. Schottum Nod. Cic. 3, 14. Borghesi tamen rationem ego quoque sequor, quum ad caetera testimonia accedat etiam cistophorus Laodicenus cum hac inscriptione: Ap. Pvlcher, Ap. F. Procos. Eckhel D. N. Vol. 5. p. 171. ORELLIUS.

**Q. Claudia.** Matris Idaeae sacra accepit a. u. c. 549. femina, quae matronarum castissima putabatur, Q. Claudia, de harusp. resp. 13, 27. — Appii Claudii Caeci progenies, pro Cael. 14, 34.

**Claudia**, virgo Vestalis, pro Cael. 14, 34.

**Claudia**, P. Clodii soror, Q. Metelli Celeris uxor, ad fam. 5, 2, 6. V. **Clodia.**

**Claudii.** Claudii Pulcri patricii. Horum et Marcellorum plebeiorum controversia apud centumviros, de orat. 1, 39, 176.

Appius **Claudius**, decemvir a. u. c. 303. Eius libido, de fin. 2, 20, 66.

Appius **Claudius Crassus**, cum L. Furio Camillo cos. a. u. c. 405. his coss. Plato Tarentum venit, de sen. 12, 41.

Appius **Claudius Caecus.** Appius vetus ille, qui caecus annos multos fuit, in illo suo casu nec privato nec publico muneri defuit, Tuscul. 5, 38, 112. cl. pro Cael. 14, 33. Pacem Pyrrhi diremit, aquam Appiam adduxit, viam munivit, Ib. §. 34. — Disertus homo, senatum iamiam inclinatum a Pyrrhi pace revocavit, Brut. 14, 55. Philipp. 1, 5, 11. — Oratio eius de Pyrrho scripta exstabat Ciceronis tempore, Brut. 16, 61. cl. de sen. 6, 16. — Maxima eius auctoritas etsi caeci et senis inter suos, de sen. 11, 36. — Appii Caeci carmen, Tuscul. 4, 2, 4. — Cf. praeterea pro Caec. 19, 54. pro Mil. 7, 17.

Appius **Claudius Caudex** cos. a. u. c. 490., cum M. Fulvio Flacco, quibus consulibus primum bellum Punicum coeptum est, de inv. 1, 19, 27.

Appius **Claudius** cos. a. u. c. 611., avus Appii Claudii Pulcri a. u. c. 700., inimicus P. Africani, pro Scauro 14, 32. — Eius oratio qualis fuerit, Brut. 28, 108. — App.

Claudius, princeps senatus, socer et fautor Ti. Gracchi, obtrectator et invidus Scipionis Africani mortuus ante a. u. c. 625., de r. p. 1, 19, 31.

Appius (**Claudius**) maior, homo dicax, de orat. 2, 60, 246. Ib. 2, 70, 284.

Appius **Claudius**, nobilissimus homo, vivo patre suo, C. Claudio, potentissimo et clarissimo cive, aedilis non est factus, et idem sine repulsa factus est consul a. u. c. 675., pro Planc. 21, 51. — App. Claudius Megalesia fecisse traditur de harusp. resp. 12, 26. — Praetor fuit a. u. c. 665. cum P. Gabinio et Q. Metello Pio. — Appii tabulae negligentius adservatae dicebantur, pro Archia 5, 9. — App. Claudius, P. Clodii pater, civis egregius dissimilisque Publii filii, quum de eo tribunus pl. promulgasset, adesse propter iniquitatem Cinnani temporis noluit eique imperium est abrogatum, de domo sua 31, 83. — Eum L. Marcius Philippus censor avunculum suum praeteriit in recitando senatu, Ib. 32, 84.

Appius **Claudius Ap. F. Pulcher** Augur. Ciceroni consuli nunciavit addubitato Salutis augurio bellum domesticum turbulentum fore, de divin. 1, 47, 105. — App. Claudius praetor a. u. c. 697., pro Sest. 36, 78. — Salse deridetur, Ib. 59, 126. — Quaestionem de pecuniis repetundis sortitus erat. Unde eum Q. fratris ex provincia redeuntis causa metuit Cicero, ad Att. 3, 17, 1. — Post Ciceronis reditum contionem dedit P. Clodio a. u. c. 697., ad Att. 4, 2, 3. — Temerariae eius contiones, Ib. 4 3, 4. — Ib. 4, 15, 9. — Cum Appio in gratiam rediit Cicero, ad fam. 1, 9, 4 et 19., et quidem per Cn. Pompeium, fragm. p. 249. — Consul (a. u. c. 700.) fortissimus atque ornatissimus vir, inimicus M. Scauri, pro Scauro 14, 31. cl. ad Q. fr. 2, 12, 2. — 'Appius miscet', Ib. 3, 9, 3. — Favet Pomptino; — sine lege suo sumptu in Ciliciam cogitat, ad Att. 4, 16, 12. Cf. ib. 4, 18, 2. — Appii calumnia legis curiatae, ad fam. 1, 9, 25. — Appius sine lege curiata confirmat se Lentulo successurum, Gabinium accusavit maiestatis, ad Q. fr. 3, 2, 3. — — P. Clodius Appium fratrem, absentem de possessione fundi deiecit, pro Mil. 27, 75. — Seditio militum in Asia sedata ab Appio a. u. c. 703., ad Att. 5, 14, 1. cl. ib. 5, 15, 2. — Appius, ut audivit Ciceronem venire, in ultimam provinciam se coniecit Tarsum usque, Ib. 5, 16, 4. Ib. 5, 17, 6. — Praefectum habuerat M. Scaptium, Ib. 5, 21, 10. Ib. 6, 1, 6. 6, 2, 8. — Appius *ἐξ ἀφαιρέσεως* provinciam curavit, sanguinem misit, Ciceroni tradidit enectam, Ib. 6, 1, 2. — Appius *πρόπυλον* Eleusine facere dicitur, Ib. 6, 1, 26. — Ib. 6, 6, 2. — Pro Appio omnia facit Cicero in provincia, Ib. 6, 2, 10. Ib. 6, 3, 7. — Eius censura, ad fam. 3, 11, 5. Ib. 8, 14, 4. Ib. 8, 17, 1. — A Dolabella reus factus a. u. c. 704., Cael. ad fam. 8, 6, 1. — Pompeius dicitur valde pro Appio laborare, Ib. 8, 6, 3. — A Caelio lege Scantinia postulatus a. u. c. 704., Ib. 8, 12. — Absolutus est, defendentibus Q. Hortensio et M. Bruto genero, Brut. 64, 230. — Appius et honorificus in Ciceronem consul fuit et suavis amicus et studiosus studiorum etiam Ciceronis, ad fam. 2, 13, 2. — Appius Claudius, bonus augur, non satis scienter C. Ateium notavit, quod ementitum auspicia subscriberet, de divin. 1, 16, 29. Pompeianorum nemo inconstantior quam App. Claudius, ad fam. 8, 1, 3. — Appius Caesarem timet propter inimicitias recentes, Ib. 9, 1, 4. — Satis studiosus et valde quum doctus tum etiam exercitatus orator et quum auguralis tum omnis publici iuris antiquitatisque bene peritus, Brut. 77, 267. — De dissensione inter Marcellum et Appium optimos augures de auspiciis, de leg. 2, 13, 32. — Eius *liber auguralis* ad Ciceronem scriptus, Ib. 3, 4, 1. Cf. ad fam. 3, 9, 3. Ib. 3, 11, 4. — Appius sortibus, hariolationibus, psychomantiis uti solebat, de divin. 1, 58, 132. — Appius *νεκυομαντεῖα* faciebat, Tuscul. 1, 16, 37. Cf. **Appius**. In eius locum suffectus est P. Vatinius, ad fam. 5, 10, 2. — Praeterea Philipp. 13, 14, 29. ad Att. 4, 11, 2. pro Sulla 14, 42. ad Q. fr. 2, 4 (6), 6. de divin. 2, 35, 75.

App. **Claudius** (maior), C. Claudii filius. Is accusaturus fore Q. Ciceronem putabatur a. u. c. 695., ad Att. 3, 17, 1. — Appius Claudius maior, accusator Milonis, pro Mil. 22, 59. — Ad eum est ad fam. lib. 10. ep. 29. — Appius Claudius C. F., nobilissimus adolescens a Cicerone commendatur D. Bruto a. u. c. 711., ad fam. 11, 22, 1. Utrum hic maior an minor sit, haud satis constat.

**Appius** (**Claudius**) minor, commemoratur ad fam. 8, 8, 2.

**Appius** (**Claudius**) frater Alfii, ad Att. 6, 1, 10.

**A. Claudius** (**Clodius**), Niconis filius Drepanitanus, civis Romanus factus, quum antea fuisset Apollonius, Verr. accusat. 2, 57 140. Ib. 4, 17, 37.

**C. Claudius Cento**, Appii Caeci filius, consul cum M. Sempronio Tuditano a. u. c. 514., Tuscul. 1, 1, 3. de sen. 14, 50. — Salse reprehensus a M. Cincio Alimento, de orat. 2, 71, 286. Brut. 18, 72.

**C. Claudius Pulcher**, consul cum Ti. Sempronio Graccho a. u. c. 577., a. u. c. 585. censor cum eodem Ti. Sempronio Graccho. — Eius invidiam Ti. Gracchi (collegae in censura) caritas deprecata est, de r. p. 6, 2, 2.

**C. Claudius** (**Clodius**) **Ap. F. Pulcher.** — C. Claudius, quum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., pro salute communi arma cepit, pro C. Rabirio perd. 7, 21. — Aliquando aedilitatis repulsam tulit, postea eum magistratum adeptus est, pro Planc. 21, 51. — Eius aedilitas ornatissima a. u. c. 655., Verr. accusat. 4, 3, 6. 4, 59, 133. de off. 2, 16, 57. — Mamertini populi patronus, Verr. accusat. 4, 3, 6. — Praetor a. u. c. 659., quo anno decrevit senatus, ut is Halaesinis de senatu cooptando leges conscriberet, Verr. accusat. 2, 49, 122. — Consul a. u. c. 662. rettulit de Cn. Carbonis seditione, de leg. 3, 19, 42. de harusp. resp. 12, 26. — Eloquentiae eius mediocritas, Brut. 45, 166.

**C. Claudius Pulcher**, frater Appii Claudii et P. Clodii. — Eius filius, Appius Claudius Q. Ciceronem accusaturus fore putabatur a. u.

c. 695., ad Att. 3, 17, 1. — Propraetor Asiae a. u. c. 700., pro Scauro 14 et 15, 33 et 35. — C. et Appius Claudii, quum ludos facerent, servos de cavea exire iubebant, de harusp. resp. 12, 26.

**C. Claudius** senator, pro Tullio §. 14.

**C. Claudius**, C. F. Palatina, homo obscuro loco natus. Eum C. Verres cognitorem ascripsit Sthenio a. u. c. 682., Verr. accusat. 2, 43, 106 et 107. — Verris sequester et interpres, Ib. 2, 44, 108.

**L. Claudius**, rex sacrorum a. u. c. 697. cum ceteris pontificibus Ciceronis domum religione liberavit, de domo sua 49, 127. de harusp. resp. 6, 12.

**M. Claudius** ficticium nomen adversarii in formula, pro Tullio §. 29.

**P. Claudius (Clodius) Pulcher**, Appii Caeci filius, eiusque collega L. Iunius Pullus a. u. c. 505. bello Punico primo classes maximas perdiderunt, quum vitio navigassent, de divin. 1, 16, 29. cl. ib. 2, 8, 20. 2, 33, 71. — Eius temeritas et impius iocus de pullis. — — Classis eius devicta. — Ipse a populo condemnatus est, de n. d. 2, 3, 7.

**Ser. Claudius (Clodius)**, frater L. Papirii Paeti, ad Att. 1, 20, 7. Ib. 2, 1, 12.

**P. Claudius Pulcher**, consul a. u. c. 570. cum L. Porcio Licino, Brut. 15, 60.

**T. Claudius**, T. Claudium a se consilium P. Sestii accusandi petisse dicebat P. Vatinius, sed abiecit hoc consilium, quum M. Tullius Albinovanus illum accusare instituerat, in Vatin. 1, 3.

**Ti. Claudius Asellus.** A Scipione Africano minore censore a. u. c. 612. notatus, de orat. 2, 64, 258. A L. Mummio collega Scipionis in censura ex aerariis exemptus, Ib. 2, 66, 268.

**Ti. Claudius Centumalus.** Eius lis cum P. Calpurnio Lanario, de off. 3, 16, 66.

**C. Claudius Nero**, consul a. u. c. 547. V. **Neronianum.**

**C. Claudius Nero** Asiae provinciae praefuit a. u. c. 674., Verr. accusat. 1, 19, 50. Ib. 1, 30, 75.

**Ti. Claudius Nero**, Liviae ante Octavianum maritus, pater Tiberii Caesaris. — Cum bonis subscriptoribus de pecuniis repetundis postulavit A. Gabinium a. u. c. 700., ad Q. fr. 3, 1, 5. §. 15. Ib. 3, 2, 1. — Commendatur P. Silio ad fam. 13, 64, 1 sq. — Eum generum sibi volebat Cicero a. u. c. 704., sed Terentiae, ut videtur, magis placebat P. Dolabella, ad Att. 6, 6, 1.

**Claudii Marcelli** plebeii, de orat. 1, 39, 176. — Marcellorum nomini tota provincia Sicilia adiuncta est, divin. in Q. Caecil. 4, 13. Verr. accusat. 2, 14, 36. — Marcelli, antiquissimi Siciliae patroni, Ib. 3, 18, 45. — C. Claudius Appii F. Pulcher, praetor a. u. c. 659. adhibitis omnibus Marcellis, qui tum erant, de eorum sententia leges Halaesinis dedit, Ib. 2, 49, 122. — Veteres Marcellos Maximosque veste et caelato auro atque argento multi eunuchi e Syria Aegyptoque vicerunt, orat. 70, 232. Cornel. sec. fragm. 8. p. 215.

**C. et M. (Claudii) Marcelli** cos.



703 et 705. — Marcelli quidem nisi gladium Caesaris timuissent, manerent apud Pompeium, ad Att. 9, 1, 4.

**Marcellia** (*Μαρκέλλεια*), festus dies in honorem Marcellorum Syracusis celebratus, Verr. accusat. 2, 21, 51. Ib. 2, 63, 154. Ib. 4, 67, 151.

**(Claudius) Marcellus**, candidatus aedilicius a. u. c. 697., ad Att. 4, 4, 5.

**C. Claudius Marcellus**, M. F. M. N. Marci eius, qui Syracusas cepit, pronepos sive abnepos, pater eius Caii, qui cum L. Paullo a. u. c. 704. consul fuit. — Eius fide atque praesidio Siculi maxime nitebantur adversus C. Verrem, divin. in Caecil. 4, 13. — Obtinuit propraetor cum laude Siciliam provinciam a. u. c. 674 sq., Verr. accusat. 2, 3, 8. cl. ib. 2, 21, 51. — Ib. 3, 16, 42. Ib. 3, 91, 212. Ib. 4, 40, 86. — Tutor Heii pupilli, Lilybaetani, Ib. 4, 17, 37. — Ad eum est ad fam. 15, 8. — Eius uxor Iunia, Ib. — C. Claudius Marcellus Ciceronis in auguratu collega. De eius dissensione cum Appio Claudio Pulcro de auguriis, de leg. 2, 13, 32. cl. de divin. 2, 35, 75.

**C. Claudius C. F. M. N. Marcellus** consul cum L. Aemilio Paullo a. u. c. 704., Cael. ad fam. 8, 4, 1. Ib. 8, 8, 5. Ib. 8, 9, 2. — Ad eum scriptae sunt ad fam. 15, 10 et 11. Memoratur Ib. 15, 8. et 15, 9, 1. Brut. 64, 229. Ib. 96. 328. — Caii Claudii Marcelli, pater et filius, deprecati sunt pro P. Sulla, pro Sulla 6, 19.

**C. Claudius M. F. Marcellus** cum L. Lentulo cos. a. u. c. 705. Caesar quum in Italiam venisset a. u. c. 705., ex urbe profugit, ad fam. 7, 3, 1. — C. Marcellus, L. Lentulus coss. simul ex Italia eiecti, Philipp. 13, 14, 29. — Capuam erant venturi hi coss., inanes, imparati, ad Att. 7, 20, 1. cl. ib. 7, 21, 1. — C. Marcellum consulem fuisse poenituit, ad Att. 10, 15, 2. — Cf. ad Att. 15, 3, 1. V. **L. Cornelius Lentulus Crus.** Cum Pompeio erat a. u. c. 705., ad Att. 8, 12. A., 4. — A. u. c. 705. de Sicilia petenda cogitabat aut bene simulabat, ad Att. 10, 12, 3. Ib. 10, 13, 2. — C. Marcellus se in senatu ad Caesaris pedes abiecit, ut M. fratri reditus concederetur a. u. c. 708., ad fam. 4, 4, 3. Ib. 4, 7, 6. Ib. 4, 9, 4. Ib. 4, 11, 1. — C. Marcellus deprecatus est pro Marco fratre exsule, pro Marcello 4, 10. Ib. 11, 34. — C. Marcellus Aricinae filiam (Octaviam Caesaris Octaviani sororem) habuit uxorem, Philipp. 3, 6, 17. — Ei Octavianus deditus esse videbatur, ad Att. 15, 12. — Marcellus Pansae et Hirtio non nimis credebat, Ib. — Cautus Marcellus, Ib. 15, 13, 3. — Alia eius est ratio atque Ciceronis, Ib. 16, 14, 2. Cf. tamen Ib. 16, 15, 6.

**C. (Claudius) Marcellus** M. F. Catilinarius, pro Sestio 4, 9.

**M. Claudius M. F. Marcellus.** Magnitudine animi excellit, de off. 1, 18, 61. — Acer et pugnax, de r. p. 5, 8, 10. — Cos. a. u. c. 532. — Marcellus fortis ad Clastidium non iratus hosti, Tuscul. 4, 22, 49. — M. Marcellus ille quinquies consul (a. u. c. 532. 539. 540. 544. 546.) ex acuminibus, quod totum auspicium militare

est, totum omisit, idem imperator, idem augur optimus, de divin. 2, 36, 77. — Secundum eius proelium ad Nolam a. u. c. 539., Brut. 3, 12. — Syracusas cepit a. u. c. 542., Verr. accusat. 1, 21, 55. Captas Syracusas servavit, Ib. 5, 32, 84. Ib. 2, 2, 4. — Archimedis sphaeram captis Syracusis sustulit, quum aliud nihil ex tanta praeda domum suam deportavisset, de r. p. 1, 14, 21. — Quo modo Syracusis captis se gesserit, Verr. accusat. 4, 52, 115. Ib. 4, 55, 122. Archimedem servatum voluit, Ib. 4, 58, 131. — Bellum Punicum secundum contudit, de r. p. 1, 1, 1. — Ab eo Virtutis Honoris templum renovatum, de n. d. 2, 23, 61. — Eius et P. Africani monumenta ex fanis et ex urbibus sociorum a Verre ablata, Verr. accusat. 1, 4, 11. — Eum in quinto consulatu a. u. c. 546. Hannibal interemit, de n. d. 3, 32, 80. — Venusiae interemptus, Tuscul. 1, 37, 89. — In eius honorem a Siculis Marcellia instituta, sublata a Verre, Verr. accusat. 7, 21, 51. Ib. 2, 63, 154. Ib. 4, 67, 151. V. **Marcellia** p. 85. a.

**M. Claudius Marcellus**, qui consul fuit a. u. c. 588. 590. 602., periit in mari profectus legatus ad Masinissam, in Pison. 19, 44. — Naufragio ad ipsam Africam periit, paullo ante coeptum bellum Punicum tertium, de divin. 2, 5, 14. de fato 14, 33. de r. p. 1, 14, 21.

**M. Claudius Marcellus**, Aesernini pater. De eius eloquentia, Brut. 36, 136. — L. Crassi testimonium in eum non valuit, pro Font. 7, 13. In causa P. Quinctii C. Aquilio aderat in consilio a. u. c. 673., pro Quinct. 17, 54. — M. Marcellus vir primarius, summo officio ac virtute praeditus, Verr. accusat. 1, 51, 135.

**M. (Claudius) Marcellus M. F. Aeserninus**, adolescens (a. u. c. 684.), Verr. accusat 4, 42, 91.

**M. Claudius Marcellus**, sodalis Catilinae, in Catil. 1, 8, 19.

**M. Claudius M. F. Marcellus**, vir fortissimus, in Catil. 1, 8, 21. — M. Marcellus dixit pro Milone a Cicerone rogatus a. d. IV. Non. Febr. a. u. c. 698., ad Q. fr. 2, 3, 1. — Consul a. u. c. 703. Ad eum scriptae sunt epp. ad fam. 15, 7 et 9. — Eius collega fuit Ser. Sulpicius Rufus, ad fam. 8, 10, 3. 8, 13, 2. Iis coss. renovatum foedus cum Rhodiis, Ib. 12, 15, 2. — M. Marcello consuli finienti provinciis Galliis Kalendarum Martiarum diem restitit Pompeius, ad Att. 8, 3, 3. — Marcellus Comensem foede tractavit, ad Att. 5, 11, 2. — Cf. de eo Caelium ad fam. 8, 1, 2. — Eius impetus de successore Caesari in Galliam mittendo resederunt, non inertia, sed consilio, Cael. ib. 8, 2, 2. Ib. 8, 5, 3. — Eius laudes, Brut. 71, 249. — Exsulem Mytilenis eum viderat Brutus a Cratippo instructum omni copia doctrinae, Ib. 71, 250. — Ad eum sunt scriptae epistolae ad fam. 4, 7—10. — Quae acta sint Romae in senatu de M. Marcelli reditu et quo modo Cicero pluribus verbis egerit gratias a. u. c. 708., narrat ad fam. 4, 4, 3 sqq. — Eius epistola ad Ciceronem, Ib. 4, 11. cf. de eo M. Ciceronis orat. pro M. Marcello 1, 1 sqq. — Eum cum summa illius dignitate restituit Caesar, ad fam. 6, 6, 10. — Caesaris in eum clementia, pro Ligario 12, 37. — M. Marcelli caedem Athenis a P. Magio Cilone (Chilone) a. u. c. 709. patratam Ciceroni narrat Ser. Sulpicius, ad fam. 4, 12. cl. ad Att. 13, 10. — De Marcello scripserat ad me Cassius antea: τὸ κατὰ μέρος Servius. O rem acerbam! Ib. 22, 2. — ad fam. 8, 8, 5 et 6. ad Att. 5, 4, 2. Ib. 5, 21, 9. Philipp. 13, 14, 29.



**Clazomenae**, urbs Ioniae, Anaxagorae patria, Tuscul. 1, 43, 104.

**Clazomenius**, Clazomenis oriundus. V. **Anaxagoras.**

**Cleanthes**, Stoicus, Zenonis auditor, solem dominari et rerum potiri putat, Acad. pr. 2, 41, 126. cl. ib. 2, 23, 73. — Eum non coëgit in suis studiis obmutescere senectus, de sen. 7, 23. — Cleanthis, Zenonis auditoris, sententia de mundo, de n. d. 1, 14, 37. — Cleanthes quattuor de causis dixit in animis hominum informatas deorum esse notiones etc., de n. d. 2, 5, 13. Ib. 3, 7, 16. — Quibus argumentis docuerit quanta vis insit caloris in omni corpore, Ib. 3, 9, 24. Cf. ib. 3, 15, 40. — Zeno primus, post Cleanthes, deinde Chrysippus studuit commenticiarum fabularum reddere rationem, de n. d. 3, 24, 63. — cl. ib. 2, 24, 63. — Qualem scripserit artem rhetoricam, de fin. 4, 3, 7. — Cleanthes semina doctrinae de divinatione a Zenone sparsa paullo uberiora fecit, de divin. 1, 3, 6. — Eius tabula 'Voluptas cum Virtutibus ancillis' verbis depicta, de fin. 2, 21, 69. — Eius sententia de consolatione, Tusc. 3, 31, 76. cl. ib. 3, 32, 77. — Eam causam adfert, cur se sol referat nec longius progrediatur solstitiali orbe itemque brumali, ne longius discedat a cibo, de n. d. 3, 14, 37. — Cleanthes quo modo reprehenderit Dionysium Heracleotam, Tuscul. 2, 25, 60. — A Cleanthe doctore suo multis rebus Chrysippus dissidebat, Acad. pr. 2, 47, 143. — Cleanthes magister Chrysippi, qui ab illo in doctrina de fato aliquantum dissentiebat, de fato 7, 14. Aetatem suam in exsilio consumpsit, Tuscul. 5, 37, 107.

**Cleobis** et Bito, Argiae sacerdotis filii, Tuscul. 1, 47, 112.

**Cleombrotus**, Lacedaemoniorum dux, de off. 1, 24, 84.

**Cleombrotus** Ambraciota, pro Scauro 2, 4. — Callimachi in eum epigramma, Tuscul. 1, 34, 84.

**Cleomenes** Lacedaemonius, de n. d. 3. fragm. p. 126.

**Cleomenes** Syracusanus. Eius uxor Nice amata a Verre, Verr. accusat. 5, 12, 31. — A Verre praepositus classi populi Rom., Ib. 5, 31, 82 sqq. — Cleomenes et Aeschrio per irrisionem Verris adfines nominantur, quod ille cum eorum uxoribus rem habere dicebatur, Ib. 2, 14, 36. Ib. 2, 21, 50.

**Cleon**, coriarius, Atheniensis, popularis homo improbus, laesus a comoedia prisca, de r. p. 4, 10, 11. — Cleon turbulentus ille quidem civis, sed tamen eloquens, Brut. 7, 28.

**Cleopatra**, Aegypti regina, ad Att 14, 8, 1. Ib. 14, 20, 3. Ib. 15, 15, 2.

**Cleophantus** medicus, pro Cluent. 16, 47.

**Cleophon**, popularis homo improbus, laesus a comoedia prisca, de r. p. 4, 10, 11.

**Clinias** Cres loquens inducitur in Platonis libris de legibus, de leg. 1, 5, 15.

**Clisthenes** Atheniensis, civis egregius, quum rebus timeret suis, Iunoni Samiae filiarum dotes credidit, de leg. 2, 16, 41. — De eius eloquentia, Brut. 7, 27. — Cf. de r. p. 2, 1, 2.

**Clitarchus**, Alexandri Magni comes. Non optimus historicus, quem unum tamen Sisenna imitatus est, de leg. 1, 2, 7. — Clitarchus narrat apud Issum Darium ab Alexandro esse superatum, ad fam. 2, 10, 3. — Clitarchus et Stratocles ficta tradiderunt de Themistoclis morte, Brut. 11, 42.

**Cliternini** colei, ad fam. 9, 22, 4.

**Clitomachus** Karthaginiensis cum Charmada et Aeschine caput Academiae post Carneadem circa a. u. c. 645., de orat. 1, 11, 45. — Quattuor eius libri de sustinendis adsensionibus, Acad. pr. 2, 31, 98. — Eius multitudo librorum, Ib. 2, 6, 16. — Ei Philo operam multos annos dedit, Ib. 2, 6, 17. — Eius de Carneade iudicium, Acad. pr. 2, 34, 108. — Eius liber, quem eversa Karthagine misit consolandi causa ad captivos cives suos, Tuscul. 3, 22, 54. — Locus ex eius libro, quem ad C. Lucilium scripsit poëtam, quum scripsisset iisdem de rebus ad L. Censorinum, Acad. pr. 2, 32, 102. — Adfirmabat numquam se intelligere potuisse quid Carneadi probaretur, Acad. pr. 2, 45, 139. — Carneadis de Clitomacho iudicium, orat. 16, 51. — Ex eo faceta dicta A. Albini et Carneadis adferuntur, Acad. pr. 2, 45, 137. — Carneadem scribit dicere solitum nusquam se fortunatiorem quam Praeneste vidisse Fortunam, de divin. 2, 41, 87. — Cf. Acad. pr. 2, 21, 87. Tuscul. 5, 37, 107.

**Clitus**, dux Alexandri, ab eo interemptus, Tuscul. 4, 37, 79.

**Clodia** gens eadem, quae Claudia. Sacra Clodiae gentis, de domo sua 13, 34.

**Clodia** gens ironice vocantur operae P. Clodii, pro Sestio 38, 81. ad Q. fr. 2, 11 (13), 2.

**Clodia**, mater, ut videtur, D. Iunii Bruti cos. a. u. c. 616., ad Att. 12, 22, 2.

**Clodia** s. Claudia, P. Clodii soror, Q. Metelli Celeris uxor, ad fam. 5, 2, 6. — Palatina Medea, pro Cael. 8, 18. — Mulier non solum nobilis, sed etiam nota, Ib. 13, 31. — Uxor Q. Metelli Celeris, Ib. 14, 34. — Maritum veneno necasse tecte insimulatur, Ib. 24, 60. — Salse deridetur passim per totam Caelianam, ut 15, 36 Ib. 20, 50. — Clodia, P. Clodii soror; ea est seditiosa, ea cum viro bellum gerit, neque solum cum Metello (Q. Metello consule), sed etiam cum Fadio, quod eos Ciceroni esse amicos moleste fert, ad Att. 2, 1, 5. — Falsa scripsit de Pompeio, ad Att. 9, 9, 2. — Clodia βοῶπις vocatur, Ib. 2, 9, 1. Ib. 2, 12, 2. Ib. 2, 14, 1. Ib. 2, 22, 5. — Versus obscoenissimi in Clodium et Clodiam dicti, ad Q. fr. 2, 3, 2.

**Clodia**, socrus L. Metelli, tribuni pl. a. u. c. 705., ad Att. 9, 6, 3.

**Clodia**, mulier copiosa, ad Att. 12, 38, 4. Ib. 12, 42, 1. Ib. 12, 47, 2. Ib. 14, 8, 1.

**Clodianus**, Cn. Cornelius Lentulus Clodianus consul a. u. c. 682.



cum L. Gellio Poplicola, ad Att. 1, 19, 2.

**Clodia** lex in Ciceronem a. u. c. 691. lata, pro Sestio 32, 69.

**Clodianae** leges, pro Mil. 33, 89. Clodiana incendia, ad Q. fr. 2, 1, 2. Nuncius necis Clodianae, pro Mil. 23, 63. Clodianum crimen, Ib. 23, 67.

**Clodius** nomen, de inv. 2, 9, 28.

**Clodius** 'nescio quis', fragm. p. 252.

**Clodius** Caesarianus, ad Att. 10, 8, 3.

**Clodius** Patavinus, ad Att. 12, 44, 4.

**Clodius Hermogenes** libertus, ad Att. 13, 24.

**Clodius Philhetaerus** libertus, ad fam. 14, 4, 6.

**A. Clodius**. V. **A. Claudius**.

**A. Clodius**. V. **A. Claudius**.

**C. Clodius**, Publii frater, ad Att. 3, 17, 1. V. **C. Claudius**.

**C. Clodius** comes P. Clodii, pro Mil. 17, 46.

**C. Clodius Philo** Halaesinus, commendatur Acilio, ad fam. 13, 32, 1.

**L. Clodius**, praefectus fabrum Appii Claudii Pulcri, ad fam. 3, 4, 1. Ib. 3, 5, 3. Ib. 3, 6, 2. Ib. 3, 8, 7. — Idem videtur, qui memoratur ad Att. 12, 30, 1. Ad eundem pertinet Ib. 15, 13, 3. — L. Clodius, tribunus pl. designatus a. u. c. 711., ep. ad Brut. 1, 1. — — Auctus Antonii beneficio, Ib.

**L. Clodius**, Anconitanus, pharmacopola circumforaneus, pro Cluent. 14, 20.

**M. Clodius Archagathus** Halaesinus, commendatur Acilio, ad fam. 13, 32, 1.

**P. Clodius** consul cum L. Iunio a. u. c. 505., de divin. 2, 8, 20. V. **P. Claudius Pulcher.**

**Clodius Licinus**, Gellius, Asellio successere L. Caelio Antipatro: nihil ad eum, sed potius ad antiquorum languorem atque inscitiam, de leg. 1, 2, 6.

**P. Clodius Appii F. Pulcher**, inimicissimus ille Ciceronis adversarius. — Cum veste muliebri deprehensus est domi C. Caesaris, quum pro populo fieret, a. u. c. 693., ad Att. 1, 12, 3. Ib. 1, 13, 3. Ib. 1, 14, 1. in Pison. 39, 95. — Contiones eius miserae in Lucullum, Hortensium, C. Pisonem, Messalam cos., Ciceronem, ad Att. 1, 14, 5. — Eius iudicium a M. Crasso corruptum, Ib. 1, 16. — Ciceronis cum eo altercatio, Ib. 1, 9. — Emptum constupratumque iudicium, Ib. 1, 18, 3. — C. Herennius, tribunus pl., P. Clodium ad plebem traduxit a. u. c. 694., Ib. 1, 18, 4. — Pulchellus iam non simulat, sed plane tribunus pl. fieri cupit, Ib. 2, 1, 5. — Clodius cogitat ire ad Tigranem, Ib. 2, 4, 2. — Sacerdos Bonae deae, Ib. cf. ib. 2, 7, 2. — Subcontumeliose tractatur, ne in viginti quidem viris esse potuit: deinde alia legatio dicta erat, alia data est, Ib. 2, 7, 3. — Nebulo, Ib. 2, 9, 1. — Negent illi Publium plebeium factum esse! Hoc vero regnum est et ferri nullo pacto potest, Ib. 2, 12, 1. — Si diem sibi Clodius dicat, sperat Cicero fore ut summa gloria discedat, si vi agat, vult ipse quoque vi resistere, ad Q. fr. 1, 2, 5. §. 15. — P. Clodius adoptatus a Fonteio, de domo sua 13, 34 et 35. — In eo adoptando Cn. Pompeius augur fuit, ad Att. 8, 3, 3. — Tribunatum pl. petit a. u. c. 695. et inimicissimus quidem Caesaris, ad Att. 2, 12, 2. Ib. 2,

15, 2. — Pudor Pulchelli (ironice), ad Att. 2, 18, 3. — Minae Clodii contentionesque in Ciceronem, Ib. 2, 19, 1. Ib. §. 4. — Clodius Ciceroni denunciat periculum, Pompeius adfirmat non esse periculum cet., Ib. 2, 20, 2. — Cicero ad resistendum se parat, Ib. 2, 21, 5. — Clodius furit et Ciceroni quum vim tum iudicium minatur, Ib. 2, 22, 1. cl. ib. 2, 23, 3. — De lege Clodii, qua Ciceronem vult e civitate eiicere, Ib. 3, 15, 6. Ib. 3, 23, 2. — Turbae ab eo concitatae post reditum Ciceronis, Ib. 4, 1, 6. — Quo modo in senatu se gesserit, quum ageretur de Ciceronis domo restituenda, Ib. 4, 2, 4. — Q. fratris domus a. d. III. Non. Novembr. inflammata iussu Clodii, Ib. 4, 3, 2. — Desertus a suis, vix iam Decimum designatorem, vix Gellium retinet; servorum consiliis utitur, Ib. Impetum in Ciceronem ipsum fecit a. d. III. Idus Nov., Ib. 4, 3, 3. — Milonis cum eo contentiones, Ib. 4, 3, 5. — In causa Sufenatis et C. Catonis sane diserto epilogo criminans mentes iudicium movit, Ib. 4, 15, 4. — P. Clodius furibundus homo ac perditus tribunus pl. Cn. Pompeium terruit; legum sacratarum catenis lege curiata solutus a C. Iulio Caesare consule, pro Sestio 7, 15 sqq. Ib. 17, 39. — Leges perniciosae ab eo latae, Ib. 25, 55. — A P. Clodio lex Aelia et Fufia eversa est, in Pison. 4, 9. — Quae L. Catilinam conantem Cicero consul prohibuit, ea P. Clodium facientem consules Piso et Gabinius adiuverunt, Ib. 7, 15. — Intimus erat in tribunatu Clodio M. Antonius, Philipp. 2, 19, 48. — Postea P. Clodium approbante populo Romano in foro est conatus occidere, Philipp. 2, 20, 49. — P. Clodius lege nefaria Ptolemaeum, regem Cypri, fratrem regis Alexandrini, causa incognita publicavit, atque eius pecuniae deportandae et, si quis suum defenderet, bello gerendo M. Catonem praefecit, de domo sua 8, 20. Ib. 20, 52. — Eius flagitia et scelera enumerantur, de harusp. resp. 20, 42 sqq. — Capite velato, contione advocata, foculo posito, bona sui Gabinii, cui regna omnia Syrorum, Arabum Persarumque donarat, consecravit, de domo sua 47, 124. — P. Clodius Licentiae potius quam Libertatis templum exaedificavit in area domus Tullianae, de leg. 2, 17, 42. — Exercitum C. Caesaris in curiam se immissurum minitabatur, Cn. Pompeio adiutore, M. Crasso auctore, quae faciebat facere clamabat, de harusp. resp. 22, 47. — Etiam privatus eadem manu posse videbatur contiones concitare, ad Q. fr. 1, 4, 3. — Clodiana incendia, trucidationes, lapidationes, Ib. 2, 1, 2 et 3. — P. Clodius, pestis illius anni (a. u. c. 696.), furia patriae, tempestas rei publicae, appellatus a P. Vatinio, ne causam diceret, in Vatin. 12, 33. Ib. 15, 36. — P. Clodius, inimicus Ciceronis, — immo vero legum, iudiciorum, otii, patriae, bonorum omnium, ad fam. 1, 9, 10. — Illa furia muliebrium religionum, qui non pluris fecerat Bonam deam, quam tres sorores, impunitatem corruptorum iudicum sententiis adsecutus, Ib. 1, 9, 15. — P. Clodius aedilis curulis a. u. c. 698., diem dixit et accusavit de vi Milonem, pro Sestio 44, 95. — De eius levitate et imbecillitate (a. u. c. 698.) P. Lentulus Spinther gratulabatur Ciceroni, ad fam. 1, 7, 7. — Eius oratio contra Pompeium a. d. VIII. Id. Febr. a. u. c. 698., ad Q. fr. 2, 3, 2. — P. Clodius (a. u. c. 699.) cupit legationem aliquam liberam, ad Q. fr. 2, 7 (9), 2. — De Clodii ad Caesarem litteris, Ib. 3, 1, 4. §. 11. — Inter eius **Canes** numeratur L. Gavius, ad Att. 6, 3, 6. — Unus vituperavit Ciceronis consulatum, Philipp. 2, 5, 11. — Eius mors, Ib. 2, 9, 21. — In eum invehitur Cicero per totam Milonianam. In Appia via ornatissimum equitem Romanum M. Papirium occidit, in templo Castoris servum ad interficiendum Cn. Pompeium collocavit, pro Mil. 7, 18. — Quo modo praeturam gerere decreverit, Ib. 9, 24. — Quo modo Milonem in petitione consulatus impedire temptarit, Ib. 9, 25 sqq. — Quo modo occisus sit in Appia via a Milonis servis, Ib. 10, 27 sqq. — Reus Milonis lege Plotia fuit Clodius quoad vixit, Ib. 13, 35. — Eius caedes vocatur ironice Bovillana pugna, ad Att. 5, 13, 1. Leuctrica pugna, Ib. 6, 1, 26. — P. Clodius quo significatu *frater* Q. Metelli Celeris dicatur, pro Cael. 24, 60. post red. in sen. 10, 25. de domo sua 3, 7. Ib. 5, 13. — Ciceroni odium cum Clodio fuit, quod perniciosum patriae civem fore putabat, qui turpissima libidine incensus duas res sanctissimas, religionem et pudicitiam, uno scelere violasset, de prov. cons. 10, 24. cl. ib. 17, 42. Ib. 19, 46. Ib. 27, 70. — Acriter in eum invehitur, de leg. 3, 9, 21. Ib. 3, 11, 25. — Tangitur item de leg. 2, 14, 36. — P. Clodius perniciosus civis, sceleratus, libidinosus, impius, audax, facinorosus, Philipp. 8, 5, 16. — Clodii satellites eum felicem Catilinam nominabant, de domo sua 27, 72. — Declamatiuncula in eum, parad. 4, 1, 27 sqq. — Vide etiam fragmenta orationis in P. Clodium et C. Curionem p. 201—206. — De off. 2, 17, 58. — In eum invehitur Cicero de domo sua 2, 3 sqq. — Ciceronis et P. Clodii concertationes res publica diiudicavit, ad Att. 14, 13. B., 4.



**P. Clodius, P. F. Pulcher**, Antonius ad Ciceronem in ep. ad Att. 14, 13. A., 2. — Cic. ad Antonium, Ib. ep. B., 4.

**P. Clodius** subscriptor L. Atratini in M. Caelium, Cael. 11, 27.

**Ser. Clodius s. Claudius**, eques Romanus, frater (patruelis) L. Papirii Paeti, homo litteratissimus, ad fam. 9, 16, 4. cl. ad Att. 1, 20, 7. Ib. 2, 1, 12.

**Sex. Clodius**, testis in causa A. Caecinae, pro Caec. 10, 27.

**Sex. Clodius**, scriba cliens Clodiorum patriciorum, pro Cael. 32, 78. — ad Att. 2, 12, 2. ubi Athenio vocatur, in Pison. 4, 8. Ib. 10, 23. — ad Q. fr. 2, 4 (6), 6. — pro Sest. 64, 133. — de domo sua 10, 25. Ib. 31, 83. de harusp. resp. 6, 11. Ib. 27, 59. — pro Mil. 13, 33. Ib. 33, 90. — ad Att. 14, 13. A. et B. Ib. ep. 14, 2. Ib. ep. 19, 2.

**Sex. Clodius**, rhetor e Sicilia, ad Att. 4, 15, 2. Philipp. 2, 17, 43. — Ib. 3, 9, 22.

**T. Cloelius** Tarracinensis, pro Sex. Roscio 23, 64.

**Cluatius**, architectus, ad Att. 12, 18, 1. Ib. ep. 36, 2.

**Cluentia**, A. Cluentii Aviti, quem Cicero defendit, soror, nupta A. Aurio Melino, consobrino, pro Cluent. 5, 11. Ib. §. 13. Ib. 10, 30.

A. **Cluentius Avitus** Larinas pater, pro Cluent. 5, 11.

A. **Cluentius Avitus**, filius a Cicerone defensus, v. pro Cluent. 1, 1 sqq. — Eius contentiones cum Oppianico, Ib. 15, 44. — A. Cluentius accusatus a T. Accio Pisaurensi, a Cicerone defensus, Brut. 78, 271. orat. 29, 103. — Cicero se tenebras offudisse iudicibus in causa Cluentii gloriatus est, fragm. p. 350.

**Num. Cluentius**, eques Romanus, A. Cluentii sororis filius, pro Cluent. 60, 165.

**Tullus Cluilius**, legatus populi Romani, interemptus a Larte Tolumnio, Veientium rege, Philipp. 9, 2, 4 et 5.

**Clutidae**. V. **Clytidae**.

**Cluvius**. Ei negotium agrorum adsignandorum in Gallia Cisalpina datum erat a. u. c. 709., ad fam. 13, 7.

C. **Cluvius**, eques Rom., iudex in causa C. Fannii Chaereae petitoris et Q. Flavii rei circa a. u. c. 677., pro Roscio Com. 14, 41.

M. **Cluvius** Puteolanus, ad Att. 6, 2, 3. ad fam. 13, 56, 1. — Heredem scribit Ciceronem cum aliis. Hinc cretio hereditatis Cluvianae (709), ad Att. 13, 46, 3. Ib. 14, 9, 1.

**Tullus Cluvius**, Philipp. 9, 2, 5.

**Clytaemnestra**, Agamemnonis uxor, ad Her. 1, 10, 17. Ib. 1, 16, 26. de inv. 1, 13, 18. Ib. 1, 12, 31.

**Clytaemnestra**, Accii fabula, de off. 1, 31, 114. ad fam. 7, 1, 2.

**Clytidae** s. **Clutidae**, familia in Elide haruspicinae nobilitate praestans, de divin. 1, 41, 91.

**Cnidii**, incolae Cnidi, urbis Cariae, Verr. accusat. 4, 60, 135.

**Cnidus**, Colophon, Samus a praedonibus Ciliciensibus captae, de imp. Cn. Pomp. 12, 33.

**Cnosii**. V. **Gnosii**.

**Cobiamachus**, vicus inter Tolosam et Narbonem, pro Font. 9, 19.

**Cocceius**, ad Att. 12, 13, 2. Ib. ep. 19, 2. Ib. 16, 15, 5.

**Cocles**. V. **Horatius Cocles**.

**Coctia** lex, (?) Vocabulum corruptum, ad Att. 4, 16, 14.

**Coctius** (?), ad fam. 9, 4.

**Cocytus**, fluvius apud inferos, Tuscul. 1, 5, 10. de n. d. 3, 7, 43.

**Codrus**, Atheniensium rex, Tuscul. 1, 48, 116. de n. d. 3, 19, 49. de fin. 5, 22, 62.

**Coi**, incolae Coae insulae, Verr. accusat. 4, 60, 135.

**Colchi**. Colchis Aeetes et Circe a Sole quinto procreati, de n. d. 3, 21, 54. — Colchorum auratus aries, orat. 49, 163. — Colchorum copiae ad Pompeium adductae, ad Att. 9, 9, 2. Ib. 9, 10, 3. ad Her. 2, 22, 34.

**Collatia**, oppidum Latii non procul ab urbe Roma, de lege agr. 2, 35, 96.

**Collatinus**. V. **Tarquinius**.

**Collina** porta. Extra eam Honoris aedes, de leg. 2, 53, 58.

**Collina** tribus, pro Mil. 9, 25.

**Coloneus** locus s. collis prope Athenas. Eius incola Sophocles, de fin. 5, 1, 3.

**Colophon**, urbs Ioniae celebris, de imp. Cn. Pomp. 12, 33.



**Colophonii**, ad fam. 13, 69, 2. pro Archia 8, 19.

**Colotes** inter Epicuri auditores famosior et loquacitate notabilior, de r. p. 6, 7, 7.

**Comensis**, ad Att. 5, 11, 2.

**Comici** aliquot versiculi, de orat. 2, 67, 274. — Comoediarum incertarum fragmenta, ad Her. 1, 10, 14. de orat. 3, 58, 219. orat. 49, 166. topic. 13, 55. pro Cael. 15, 36. ad fam. 3, 8, 8. — Comici ignoti versiculi, ad Att. 13, 23, 3.

P. et L. **Cominii**, equites Romani, homines diserti, pro Cluent. 36, 99.

P. **Cominius** Spoletinus, eques Romanus, quo accusante Cicero defendit C. Cornelium. De eius eloquentia Brut. 78, 271. Cornel. prim. fragm. 1. p. 209.

**Postumus Cominius Auruncus** consul cum Sp. Cassio Viscellino a. u. c. 261., de r. p. 2, 33, 57.

**Sex Cominius**, eques Romanus, Verr. accusat. 4, 10, 24.

**Commagene**, pars Syriae, Amano monti et Euphrati interiecta, ad fam. 8, 10, 1.

**Commagenus**, Antiochus II., rex Commagenes, ad Q. fr. 2, 10 (12), 2 ad fam. 15, 4, 3.

**Commoris** vicus vel castellum Ciliciae ad montem Amanum, ad fam. 15, 4, 9.

**Comoedia** prisca Athenis: laesit non solum populares homines improbos, sed etiam Periclem, de r. p. 4, 10, 11.

**Compitalia**, dies conceptivus, attributus Laribus, ad Att. 2, 3, 3. — Compitaliorum dies a. u. c. 686. vel 690. in Kalendas Ianuarias incidit, in Pison. 4, 8.

**Compsani**. V. **Consani**.

**Concordia** dea, de n. d. 2, 23, 61. Ib. 2, 31, 79. Ib. 3, 18, 47. — Concordiae aedes, in Catil. 3, 9, 21.

**Congus**. V. **Cassius**.

**Confluens Rhodanus**, ad fam. 10, 34, 1.

**Connus**, nobilissimus fidicen, Socratem fidibus docuit, ad fam. 9, 22, 3.

**Conon** Atheniensis. Eius pater Timotheus, ad Att. 6, 5, 2. — Praestantissimus imperator, de orat. 3, 34, 139. — Timotheus, Cononis filius, cum belli laude non inferior fuisset quam pater, ad eam laudem doctrinae et ingenii gloriam adiecit, de off. 1, 32, 116.

**Consani (Compsani)**, incolae Compsae, Hirpinorum urbis, hodie *Conza*, Verr. accusat. 5, 61, 158.

**Consentini**, incolae oppidi Consentiae in mediterranea Bruttiorum, de fin. 1, 3, 7.

C. **Considius Longus**, propraetor Africae, paullo ante bellum civile inter Caesarem et Pompeium a. u. c. 704. vel initio a. 705. decedens provincia Ligarium provinciae praefecit, pro Ligar. 1, 2.

L. **Considius** et **Sex.** Saltius praetores Capuae coloniae, de lege agr. 2, 34, 92 sqq.

Q. **Considius Gallus**, familiaris Verris, pro Cluent. 38, 107. Senex fortissimus, ad Att. 2, 24, 4.

Q. **Considius Gallus**, heres Q. Turii, ad fam. 12, 26, 1.

Q. **Considius**, fenerator, ad Att. 1, 12, 1.

M. **Considius Nonianus**, praetor a. u. c. 702. — Ei citeriorem Galliam traditurum se pollicebatur Caesar a. u. c. 705., ad fam. 16, 12, 3. — Propraetor eodem anno, Pompeianus, ad Att. 8, 11. B., 2.

**Consualia**, Cic. de r. p. 2, 7, 12.

**Contumeliae** et Impudentiae fanum Athenis, de leg. 2, 11, 28.

**T.** et **C. Coponii**, adolescentes rectissimis studiis atque optimis artibus praediti, pro Cael. 10, 24. pro Balbo 23, 53.

**C. Coponius** praetor a. u. c. 705., Pompeianus, ad 8, 12. A., 4. — C. Coponius praetorio imperio Dyrrhachii classi Rhodiae praeerat, de divin. 1, 32, 68. Ib. 2, 55, 114.

**M. Coponius**. Eius causa celebratissima, de orat. 1, 39, 180. — Coponius in causa Curiana, de orat. 2, 32, 140. — Pro eo in causa Curiana dixit Q. Scaevola, Brut. 52, 194.

**T. Coponius** Tiburs, avus T. et C. Coponiorum, pro Balbo 23, 53.

**Corax** et Tisias, Syracusani artis rhetoricae inventores et principes, de orat. 1, 20, 91. Brut. 12, 46. cl. de orat. 3, 21, 81.

**Corcyra** insula Graeca, hodie *Corfu*, ad Att. 5, 9, 1. Ib. 7, 2, 3. ad fam. 16, 7. Ib. 9, 1. cet.

**Corcyraei**, incolae insulae Corcyrae, ad fam. 16, 9, 1.

**Corduba**, urbs in Hispania ulteriore s. Baetica, pro Archia 10, 26. ad fam. 10, 31, 5.

**L. Corfidius**, eques Romanus, pernecessarius Ligariorum, pro Ligario 11, 33. Falso a Cicerone in oratione Ligariana positus, ad Att. 13, 44, 3.

**Corfinium** municipium in Pelignis, quum bello Italico tum civili Caesaris nobilitatum, ad Att. 8, 3, 7. Ib. 9, 7. C. §. 1. Exspectatio Corfiniensis, Ib. 8, 5, 2.

**Coria**. Minervam quartam Arcades Coriam nominant et quadrigarum inventricem ferunt, de n. d. 3, 23, 59.

**Corinthia** opera, parad. 1, 3, 13. Ib. 5, 2, 36. cet. — Corinthia et Deliaca vasa, pro Sex. Rosc. 46, 133.

**Corinthii** agri opimi et fertiles, de lege agr. 2, 19, 51.

**Corinthii**. Eorum πολιτεία a Dicaearcho descripta, ad Att. 2, 2, 2. — Corinthii publicis equis adsignandis et alendis orborum et viduarum tributis fuerunt quondam diligentes, de r. p. 2, 20, 36. Corinthii oratores nulli, Brut. 13, 50. — Deliberabant rhetores, utrum Corinthiis bellum indiceretur, necne, de inv. 1, 12, 17. — Vidit in Peloponneso Cicero adolescens quosdam Corinthios, Tuscul. 3, 22, 53. — Corinthiis nihil erudita calliditas praesidii tulit, ad Her. 4, 27, 37.

**Corinthium** aes in aeruginem incidit tardius, Tuscul. 4, 14, 32.

**Corinthius** ager optimus et fructuosissimus L. Mummii imperio ac felicitate ad vectigalia populi Rom. adiunctus est, de lege agr. 1, 2, 5. Ib. 2, 19, 51.

**Corinthus**, urbs Achaiae ad Isthmum, deleta a Romanis, de r. p. 2, 4, 7. Ib. §. 8. Ib. 4, 53, 66. de n. d. 3, 38, 91. ad Her. 4, 27, 37, ad fam. 4, 5, 4. de imp. Cn. Pomp. 5, 11. Verr. accusat. 1, 21, 55. de lege agr. 2, 32, 87. de off. 1, 11, 35. Ib. 3, 11, 46.

**Coriolanus**. V. **Cn. Marcius Coriolanus**.

**Cornelia** gens, de leg. 2, 22, 56 et 57.

**Corneliae** leges, L. Cornelii Sullae, Philipp. 1, 7, 18.

**Cornelia** lex, Sullae, qua tribunis pl. aliorum magistratuum capessendorum facultas adimebatur, Verr. accusat. 1, 60, 155.

**Corneliae** leges, de sententia ferenda, Verr. accusat. 2, 31, 77.

**Cornelia** lex, quae de proscriptione est, sive Valeria est sive Cornelia, pro Sex. Roscio 43, 125. — Corneliam liquido appellat Verr. accusat. 1, 47, 123.

**Cornelia** lex de pecuniis repetundis, pro Rab. Post. 4, 9.

**Cornelia** lex testamentaria, nummaria, ceterae complures, Verr. accusat. 1, 42, 108.

**Cornelia** lex de provinciis ordinandis, ad fam. 1, 9, 25. Ib. 3, 6, 3 et 6. Ib. 3, 10, 6.

**Cornelia** lex de sicariis et veneficis, pro Cluent. 20, 55.

**Cornelia** lex maiestatis, in Pison. 21, 50.

**Cornelia** et **Gellia** lex. V. **Gellia** lex.

**Cornelia**, P. Scipionis Africani minoris filia, Ti. Gracchi cos. uxor, de divin. 1, 18, 36. — De eius epistolis, Brut. 58, 211. — Memoratur item de inv. 1, 94, 91. Brut. 27, 104.

**Cornelia**, uxor P. Sestii, Cornelii Scipionis filia, ad fam. 5, 6, 1.

**Corneliana** oratio, orat. 29, 103. Ib. 29 et 30, 108. orat. 70, 232. — Corneliana secunda, Ib. 67, 225.

**Cornelii** ita multi sunt, ut iam etiam collegium (Corneliorum) constitutum sit, Cornel. prim. fragm. 20. p. 212.

**Cornelius** pupillus, pro Caec. 19, 54.

**Cornelius**, familiaris, ut videtur, C. Antonii et negotiorum eius procurator, ad Att. 1, 12, 1. cl. ib. 1, 13, 1.

**Cornelius**, qui in Sullae dictatura scriba fuerat, in Caesaris dictatura fuit quaestor urbanus, de off. 2, 8, 29.

**Cornelius** medicus (Artemidorus Pergaeus) ex C. Verris cohorte, Verr. accusat. 3, 11, 28. Ib. 3, 21, 54. Ib. 3, 28, 69.

**Cornelius**, lictor C. Verris, Lampsaci in tumultu occisus, Verr. accusat. 1, 26, 67.

**Cornelius**, P. Sullae, ut videtur, libertus, pro Sulla 19, 55.

**C. Cornelius**, pater, eques Romanus, socius Catilinae, pro Sulla 2, 6. Ib. 6, 18. Ib. 18, 51 et 52.

**C. Cornelius** filius eius, qui inter socios Catilinae fuerat, subscriptor L. Torquati in accusando P. Sulla, pro Sulla 18, 51.

**C. Cornelius**, quaestor Cn. Pompeii, tribunus plebis a. u. c. 687., accusatus a. u. c. 689. Vide omnino fragm. orat. Corn. prim. et sec. p. 207 sqq. Q. Cic. de pet. cons. 5, 19. Ib. 13, 51. — Brut. 78, 271. in Vatin. 2, 5. ad Q. fr. 2, 3, 5.

**Cn. Cornelius**, Dolabella, qui consul cum M. Tullio Decula fuit a. u. c. 663., de lege agr. 2, 14, 35.

**Cn. Cornelius** Lentulus Clodianus, cos. a. u. c. 682. cum L. Gellio Poplicola, pro Balbo 8, 19.

**Cn. Cornelius**, amicus Trebatii, ad fam. 7, 9.

**L. Cornelius** (Balbus), pro Balbo 8, 19. et 17, 38.

**M. Cornelius** reddit Ciceroni Attici epistolam, ad Att. 1, 13, 1.

**P. Cornelius** (Scipio Africanus minor), Brut. 22, 85.

**P. Cornelius** trib. pl. a. u. c. 703., ad fam. 8, 8, 6.

**P. Cornelius** commendatur Q. Valerio Orcae, ad fam. 13, 6 a.

**P. Cornelius**, ad fam. 13, 14, 1.

**P. Cornelius** civitate Romana adepta vocabatur Demetrius Megas, Siculus, ad fam. 13, 36, 1.

**Q. Cornelius**, iureconsultus circa a. u. c. 700., ad fam. 7, 8, 2. — Ib. 7, 17, 3.

**Q. Cornelius**, pontifex minor a. u. c. 697., de harusp. resp. 6, 12.

**Q. Cornelius**, adfinis P. Sestii, frater fortasse eius uxoris, ad fam. 5, 6, 1. cl. ad Att. 1, 12, 1.

**L. Cornelius Balbus** (Balbus maior, ad Att. 14, 20, 4.) Gaditanus (hinc Tartessius dicitur ad Att. 7, 3, 11.), sed rogatu L. Cornelii Lentuli a Pompeio lege Gellia et Cornelia civitate Romana donatus. Accusatus a Gaditano quodam non esse civem Romanum a Pompeio, Crasso, Cicerone defensus est. V. omnino orationem, quae est pro Balbo 1, 1 sqq. Pervenit in tribum Crustuminam, pro Balbo 25, 57. — Pro eo Cn. Pompeius simul cum Cicerone dixit, de leg. 2, 3, 6. — Eius epistolae ad Caesarem missae a. u. c. 700., ad Q. fr. 2, 10 (12), 4. — Eum in oculis fert Cicero, Ib. 3, 1, 3. 9. — Balbus et Oppius fere coniunguntur, ad Att. 11, 7, 5. Ib. 11, 12, 1. — Balbus Caesaris causa contristatus sententia Q. Metelli Scipionis de provinciis Galliis a. u. c. 703., Cael. ad fam. 8, 9, 5. — Balbi operam et sedulitatem laudat Caelius a. u. c. 704., Ib. 8, 11, 2. — Amans Varronis, ad fam. 9, 6, 1. — Ex eo Cicero a. u. c. 708. consilia et actiones Caesaris resciebat, Ib. 9, 17, 1. Ib. 9, 19, 1. — Quae Balbus et Oppius absente Caesare egerant, ea solebant illi rata esse, ad fam. 6, 8, 1. Ib. 6, 12, 2. Ib. 6, 18, 1. Ib. 6, 19, 2. Ib. 7, 5, 2. Ib. 7, 7, 1. Ib. 7, 9, 1. Ib. 7, 16, 3. Ib. 7, 18, 3. — Pro Caesare Ciceroni litteras blandas mittit, ad Att. 7, 3, 11. cf. ib. ep. 4, 2. — cl. ad Att. 8, 9, 4. Ib. 9, 5, 3. Ib. ep. 6, 1. — Homo satis pecuniosus, pro Balbo 25, 56. — Adoptatus a Theophane Mytilenaeo, Pompeii amico et historico, Ib. 25, 57. cl. ad Att. 7, 7, 6. — — Habuit praedium Tusculanum, pro Balbo 25, 56. — Eius cum Caesare familiaritas, Ib. 28, 63. — (Iam a. u. c. 694.) ad Att. 2, 3, 3. — In eo spem maximam habet Cicero Trebatii causa, ad fam. 7, 7, 2. — Dicitur e Britannia bene comitatus (id est, nummatus) esse venturus, ad Q. fr. 3, 1, 12. — Confirmat Ciceroni Trebatium divitem futurum, ad fam. 7, 16, 3. — Ei ad Caesarem redeunti Trebatius commendatur, Ib. 7, 18, 3. — Caesaris beneficio hortos et Tusculanum praedium accipit, ad Att. 7, 7, 6. cl. ib. 9, 13. — Ex eius sermone cum Attico quid colligat Cicero, Ib. 10, 18, 2. — Eum adiri vult Cicero post pugnam Pharsalicam in Italiam regressus, ut sciat an sibi liceat Brundisio propius ad urbem accedere, Ib. 11, 6, 3. — Eius opem in reconciliando Caesare exoptat, Ib. 11, 7, 5. et 8, 1. — De ea re Balbi litterae languidiores, Ib. 7, 9, 1. — Tenuiculo apparatu apud Paetum contentus fuisse dicitur, ad fam. 9, 19, 1. — Respondet Ciceroni de Caesaris lege de decurionibus, ad fam. 6, 18, 1. — Describit librum quintum de finibus, ad Att. 13, 21, 4. — Eum appellari vult Cicero de auctione bonorum Cluvianorum proscribenda, Ib, 13, 37, 4. — Pedum doloribus adficitur, ad fam. 6, 19, 2. — Scribit ad Caesarem Ciceronem legisse eius Anticatonem et vehementer probasse, ad Att. 13, 50, 1. — Iocose Cicero dicit eum scripsisse tanta se epiphora oppressum, ut loqui non posset, ad fam. 16, 23, 1. — Magni eum facit Cicero, fragm. p. 250. — Lentuli cos. a. u. c. 705. omnia negotia Romae sustinet permittente Caesare, ad Att. 9, 7. B., 2. — Caesaris ad eum epistola, Ib. C. — Etiamne Balbus in senatum venire cogitet? Ib. 10, 11, 4. — Balbus aedificat a. u. c. 708., ad Att. 12, 2, 2. — Balbus et Oppius Ligarianam orationem mirifice probant a. u. c. 709., ad Att. 13, 19, 2. — Balbus maior bene loquitur a. u. c. 710., ad Att. 14, 20, 4. — Vir tectus, sed tamen Antonii consilia narrabat, Ib. 14, 21, 2. — Eius et Oppii communis epistola ad Ciceronem, ad Att. 9, 7. A. Tres aliae ab eo solo ad Ciceronem scriptae, ad Att. 8, 15. A. Ib. 9, 7. B. Ib. 9, 13. A. ad fam. 16, 23, 1. Ib. 16, 24, 2.



**L. Cornelius** Balbus minor, Balbi maioris ex fratre nepos. Ad Lentulum cos. a. u. c. 705. missus a Caesare cum litteris, cum mandatis, ad Att. 8, 9, 4. Ib. ep. 15. A., 3. Ib. 9, 6, 1. Vocatur Balbus Cornelius minor, ad Att. 11, 12, 1. — Scribit Ciceroni Caesarem existimare Q. filium lituum profectionis suae fuisse, Ib. — Scribit de Q. filii importunitate, Ib. 1, 38, 2. — Narrat Ciceroni iram Tigellii, Ib. 13, 49, 2. — A. u. c. 711. quaestor in Hispania Asinii Pollionis, ad fam. 10, 32, 1.

**(Cornelius) Cetegus**, orat. 48, 160.

**C. Cornelius Cethegus** consul cum Q. Minucio Rufo a. u. c. 557., Brut. 18, 73.

**C. Cornelius Cethegus**, senator. Cethegus socius Catilinae, caedi praepositus, pro Sulla 19, 53. — Eius in Hispaniam profectio, Ib. 25, 70. — cf. in Catil. 3, 3, 6. Ib. 3, 5, 10. Ib. 3, 6, 14. — Eius furiosa temeritas, Ib. 3, 7, 16. Ib. 4, 7, 11. — Cethegus, consobrinus L. Pisonis Caesonini, post red. in sen. 4, 10.

**M. Cornelius M. F. Cethegus** cos. a. u. c. 550, primus fuit, de quo sit memoriae proditum eloquentem fuisse et ita esse habitum, Brut. 15, 57. cl. ib. §. 60. de sen. 4, 10. 14, 50.

**P. Cornelius Cethegus**, orator, Brut. 48, 178. pro Cluent. 31, 84. parad. 5, 3. 40.

**L. Cornelius Cinna** legatus in bello sociali s. Marsico, belli gerendi peritissimus, pro Font. 15, 33. — Cum Carbone de novorum civium suffragiis bellum civile gessit, Philipp. 8, 2, 7. — Cum Octavio collega Cinna dissedit, de harusp. resp. 25, 54. Philipp. 13, 1, 2. — Cinna IV consul (a. u. c. 667. 668. 669. 670.), collegae sui, consulis Cn. Octavii, praecidi caput iussit, Tuscul. 5, 19, 55. cl. in Catil. 3, 10, 24. — L. Cinna crudelissime interfecit M. Antonium, Philipp. 1, 14, 34. Permulti civitatis principes ab eo interempti, de n. d. 3, 32, 80. — Homo omnium crudelissimus diu regnavit, Ib. 3, 32, 81. — Cinnanus dies, quo L. Cinna et Cn. Octavius coss. a. u. c. 667. inter se mutuo dissidentes magnam civium stragem ediderunt, pro Sestio 36, 77. — Supplicatio Cin-

nae nulla victoris, Philipp. 14, 8, 23. — Etiam in cruore Cinnano leges Aelia et Fufia vixerunt, in Vatin. 9, 23. — Cinna nimis potens, Philipp. 2, 42, 108. — L. Cinna crudelis, Philipp. 11, 1, 1. — Cinna, Sulla, Caesar post civitatem a L. Bruto liberatam plus potuerunt quam universa res publica, Philipp. 5, 6, 17. cl. ad Att. 7, 7, 7. — Cinna deiectus ex urbe, pro Caec. 30, 87. cf. ad Att. 9, 10, 3.

**L. Cornelius Cinna** praetor a. u. c. 710., Philipp. 3, 10, 26. Significatur Philipp. 10, 6, 13.

**L. Cornelius Chrysogonus**, Sullae libertus, apud eum gratiosus, pro Sex. Rosc. 2, 6. 43, 124. 49, 111. 50, 145.

**A. Cornelius Cossus Arvina** consul cum M. Valerio Corvo tertium a. u. c. 411., de divin. 1, 24, 51.

**Cornelius Culleolus** hariolus, de divin. 1, 2, 4.

**Cn. Cornelius Dolabella** cos. a. u. c. 673. cum M. Tullio Decula, Pison. 19, 44. Brut. 92, 317. de lege agr. 2, 14, 35.

**Cn. Cornelius Dolabella** praetor urbanus a. u. c. 673. coss. cognomine eius et M. Tullio Decula, pro Quinct. 2, 9. Ib. 8, 30. Verr. Act. 1, 4, 11. — 1, 15, 41. — Provinciae Ciliciae praefuit a. u. c. 674 et 675., donec P. Servilius cos. a. u. c. 675. ei successit, Ib. 17, 44. Ib. 29, 72. M. Aemilii Scauri paternus inimicus, pro Scauro 2, 45. Verr. accusat. 1, 30, 77. cl. ib. 34, 88. Ib. 36, 91. Ib. 38, 95. — Cn. Dolabella Volcatium communi et cotidiano iure privavit, Cornel. prim. fragm. 18. p. 211.

**P. Cornelius Dolabella**, familiaris, mox gener M. Ciceronis, ad fam. 7, 32, 3. Ib. 7, 33, 2. — Quindecimvir factus a. u. c. 703., Cael. ad fam. 8, 4, 1. — Reum facit Ap. Claudium Pulcrum a. u. c. 704., Ib. 8, 6, 1. cl. ad fam. 2, 13, 2. 3, 10, 4. — Sperat Cicero fore iucundum sibi generum, Ib. 2, 25, 2. ad Att. 6, 6, 1. Ib. 7, 3, 12. 7, 8, 3. ad fam. 2, 16, 5 et 7. Ib. 2, 14, 9. Molestum erat Ciceroni, quod apud Caesarem erat a. u. c. 705., ad fam. 16, 12, 5. cf. tamen ad Att. 7, 13, a. 3. Ib. 7, 21, 3. Ib. 9, 16, A. Ib. 14, 14, 1. 14, 18, 1. Eius epistola ad Ciceronem a. u. c. 706. Ad Dolabellam scriptae sunt ad fam. 9, 10—14. cl. ib. 9, 16, 7. ad Att. 10, 4, 11. Non amplius iucundus est Ciceroni gener, ad Att. 11, 14, 2. 11, 23, 3. — Cael. ad fam. 8, 13, 1. — Inter postulationem (Appii Claudii) et nominis delationem uxor a Dolabella discessit, Cael. ad fam. 8, 6, 1. ad 11, 23, 3. — Dolabellam Cicero laudat, ad fam. 6, 11, 1. Ib. 6, 18, 5. — Eius adventus in Italiam a. u. c. 708., ad fam. 9, 7, 2. — Dolabella scribit se ad Ciceronem venturum postridie Idus a. u. c. 709., ad Att. 13, 47, 1. — Cicero de eo bene existimat a. u. c. 709., Ib. 13, 9, 1. — Ad Dolabellam librum vult Cicero scribere, Ib. 13, 10, 2. Ib. 13, 13, 2. — Caesar Saturnalibus a. u. c. 709. Dolabellae villam praeterivit, ad Att. 13, 52, 2. — De eo est, ad Att. 14, 2, 1. Ib. 14, 15, 1. — Ib. 14, 16, 2. — Rursus acriter de eo queritur Cicero, Ib. 14, 18, 1. — Eius ἀτισία, Ib. 14, 19, 1. — Ib. 14, 19, 5. — Contio Dolabellae praeclara, Ib. 14, 20, 2. Ib. 14, 21, 4. — Dolabella Ciceronem sibi legavit a. d. IV. Nonas Apriles a. u. c. 710., ad Att. 15, 11, 4. — 'Vir optimus', Ib. 15, 13, 5. — Ciceronis epistola ad Dolabellam, Ib. 15, 14, 2. Quae a Dolabella mandata habeat Cicero, Ib. 15, 19, 2. cl. ib. 15, 20, 1. — De laudibus Dolabellae, Ib. 16, 11, 2. — Ab eo abalienatus est Cicero, Ib. 15, 15, 1. — Rursus laudatur, Philipp. 1, 2, 5. Ib. 1, 11, 27. Ib. 1, 12, 29 sqq. ad fam. 12, 1, 1. — Valde vituperabatur, quod C. Cassio tam cito succederet, Ib. 12, 4, 2. — Ter depugnavit Caesar cum civibus, in Thessalia, Africa, Hispania. Omnibus adfuit his pugnis Dolabella, Philipp. 2, 30, 75. — Post bellum Hispaniense perfide elusus a Caesare et Antonio, Ib. 2, 32, 79. Vehementer vituperatur propter necem C. Trebonii, Philipp. 11, 1. Ib. 14, 3, 8. cl. ib. 12, 12, 2. — Rumores de oppresso Dolabella a. u. c. 711., ad fam. 12, 8, 2. Ib. 12, 9, 1. Ib. 12, 10, 1. — In Ciliciam venit, ad fam. 12, 12, 4. — Eius classi Lucilius praeerat, Ib. 12, 13, 3. — Arcessitus a Tarsensibus et Laodicenis, Ib. 12, 13, 4. — Eius res gestas et consilia exponit P. Lentulus propraetor, Ib. 13, 14 et 15. — P. Dolabella quinque cohortes misit in Cherrhonesum a. u. c. 711., ep. ad Brut. 1, 2. cf. ib. 1, 5. — — A Tillio Cimbro et Deiotaro caesus fugatusque esse dicebatur, ep. ad Cic. 1, 6. cl. ib. 2, 3. — Dolabella vexat Asiam, Rhodiis exclusus, ep. ad Brut. 2, 4.

**Cornelius Gallus**, familiaris Asinii Pollionis, ad fam. 10, 32, 5.

**Cn. Cornelius Lentulus**, consul cum L. Mummio a. u. c. 608., ad Att. 13, 33, 3.

**Cn. Cornelius Lentulus Clodianus** cum collega L. Gellio cos. a. u. c. 682. legem tulit, qua est sanctum, uti cives Romani sint ii, quos Cn. Pompeius de consilii sententia singillatim civitate donavit, pro Balbo 8, 19. Ib. 14, 33. — Cn. Lentulus et L. Gellius coss. a. u. c. 682. propter C. Verris iniquitatem in senatu verba fecerunt, ne absentes homines in provinciis rei fierent rerum capitalium, Verr. accusat. 2, 39, 95. — testis in C. Verrem, Ib. 5, 7, 15. — Censor, Temnitarum patronus, pro Flacco 19, 45. — Cn. Lentulus censor cum L. Gellio collega animadvertit in iudices quosdam consilii Iuniani, pro Cluent. 42, 118 sqq. — Eius bona tribunus plebis nescio quis publicavit, de domo sua 47, 124. — Favebat legi Maniliae, de imp. Cn. Pomp. 23, 68. — Cn. Lentulus, aequalis Q. Hortensii, Brut. 64, 230. Ib. 90, 308. — De eius eloquentia, Brut. 66, 234.

**(Cornelius) Lentulus**, Clodiani filius. Legatus in Galliam missus a. u. c. 694., ad Att. 1, 19, 2.

**Cn. Cornelius P. F. P. N. Lentulus Marcellinus**, patre Claudio Marcello plebeiae gentis natus. Eius fide atque praesidio Siculi maxime nitebantur adversus C. Verrem, divinat. in Q. Caecil. 4, 13. — Patronus Siciliae, Verr. accusat. 2, 42, 103. — Testis in C. Verrem, Ib. 4, 24, 53. — In senatu graviter de Clodianis incendiis, trucidationibus, lapidationibus questus est, ad Q. fr. 2, 1, 2. — In eius sententiam senatus consultum de Ciceronis domo

factum est, ad Att. 4, 2, 4. Ib. 4, 3, 3. Ib. 5, 21, 11. — Marcellinus consul a. u. c. 698., Ib. 9, 9, 4. — Eius stirps materna, de harusp. resp. 11, 22. — Hoc uno Ciceroni non satis fecit, quod Pompeium nimis aspere tractavit a. u. c. 698., ad Q. fr. 2, 4 (6), 5. — Quo modo se gesserit in causa Ptolemaei regis Aegypti, ad fam. 1, 1, 2. Ib. 1, 2, 1. — De eius eloquentia, Brut. 70, 247. — De harusp. resp. 1, 2.

**Cn. (Cornelius) Lentulus**, tribunus pl. et anno proximo legatus, de imp. Cn. Pomp. 19, 58.

**Cn. Lentulus Vatia.** Eum Cn. Nerius index a. u. c. 698. edidit ad alligatos inter conscios corruptarum per P. Sestium tribuum, ad Q. fr. 2, 3, 5.

**L. Cornelius Lentulus Crus.** Accusator Clodii significatur, non nominatur ad Att. 1, 16, 3. — L. Lentulus Crus praetor a. u. c. 696. pro Cicerone L. Pisonem consulem deprecatus est, in Pison. 31, 77. — Repulsus a. u. c. 703. in petitione quindecimviratus, Cael. ad fam. 8, 4, 1. — Consul designatus a. u. c. 704., ad Att. 6, 8, 2. ad fam. 7, 3, 1. — L. Cornelio Lentulo Crure et C. Claudio Marcello coss. a. u. c. 705. Kalendis Ianuariis, quum labantem et prope cadentem rem publicam fulcire cuperet senatus ipsique C. Caesari, si sana mente esset, consulere vellet, tum M. Antonius venditum atque emancipatum tribunatum consiliis senatus opposuit, Philipp. 2, 21, 51. — Lentulus cos. dixit se relaturum de Ciceronis triumpho, ad fam. 16, 11, 3. — L. Lentulus C. Marcellus, duo consules amicissimi patriae simul ex Italia eiecti, Philipp. 13, 14, 29. — Caesarem fugiens Larinum iter habuit, ad Att. 7, 12, 2. — L. Lentulus Ciceronem timidum esse dixerat, ad fam. 6, 21, 1. — 'Cave putes quidquam minoris esse his consulibus. Capuam erant venturi, inanes, imparati,' ad Att. 7, 20, 1. cl. ib. 7, 21, 1. — Eius Lentuli responsum ad Caesarem missum, Ib. 7, 21, 2. — Caesaris mandata ad eum per Balbum minorem missa, Ib. 8, 9, 4. Ib. 8, 11, 6. Ib. 8, 15. A. 2. Ib. 9, 6, 1. — Omnia eius negotia permittente Caesare Romae sustinebat Balbus maior, Balbus in ep. ad Cic., ad Att. 9, 7. B. 2. — Hortensii domum sibi et Caesaris hortos et Baias desponderat, si Pompeius vicisset, Ib. 11, 6, 6. — Ab Rhodiis non receptus, ad fam. 12, 14, 3. — Lentulo et Marcello coss. acta in aede Apollinis, ad Att. 15, 3, 1. — De eius eloquentia, Brut. 77, 268.

**L. Cornelius Lentulus Lupus** consul cum C. Marcio Figulo a. u. c. 598. non indisertus, Brut. 20, 79. — De bello Punico quum aliud M. Catoni, aliud L. Lentulo videretur, nulla inter eos concertatio umquam fuit, Tuscul. 3, 21, 51.

**L. Cornelius Lentulus** praetor, pro Archia 5, 9.

**L. Cornelius Lentulus Niger,** flamen Martialis. — Accusat P. Clodium a. u. c. 693., in Vatin. 10, 25. cl. de harusp. resp. 6, 12. — Sic amabat patriam, ut Ciceroni aliquo deorum beneficio videatur ex eius incendio esse ereptus a. u. c. 698., ad Att. 4, 6, 1. Ib. 12, 7, 1. — Idem fortasse est Lentulus, Ciceronis et Attici familiaris, ad Att. 1, 8, 2. Ib. 1, 9, 2.



**L. Cornelius L. F. Lentulus**, flaminis filius, a Vettio indice a. u. c. 695. coniurationis in Pompeium insimulatus, ad Att. 2, 24, 2. — De maiestate postulavit A. Gabinium a. c. c. 700., ad Q. fr. 3, 1, 5. §. 15. — Gabinius absolutus est. Omnino nihil accusatore Lentulo subscriptoribusque infantius, Ib. 3, 4, 1. — Eius incredibilis infantia, immo praevaricatio in accusando A. Gabinio a. u. c. 700., ad Att. 4, 16, 9.

**L. Cornelius Lentulus**, praetor a. u. c. 710., Philipp. 3, 10, 25. — L. Lentulus proconsul Hispaniae a. u. c. 711., ad fam. 10, 32, 3.

**P. Cornelius Lentulus Caudinus** consul a. u. c. 518., Brut. 19, 77.

**P. Cornelius Lentulus**, avus P. Lentuli Surae Catilinarii, consul suffectus cum Cn. Domitio Ahenobarbo a. u. c. 592., princeps senatus, vitam produxit usque ad a. u. c. 633., quo in tumultu Gracchano vulneratus nec multo post mortuus est. — P. Lentulus, is, qui princeps senatus fuit, accusavit M'. Aquilium (patrem, cos. a. u. c. 625.) subscriptore C. Rutilio Rufo, divinat. in Q. Caecil. 21, 69. — Rei publ. rector et consilii publici auctor, de orat. 1, 48, 211. — De eius eloquentia, Brut. 28, 108. — P. Lentulus, princeps senatus, de agro Campano quid renunciaverit, de lege agr. 2, 30, 82. — P. Lentulus, clarissimus vir, armatus C. Gracchum est persecutus; ille etiam grave tum vulnus accepit, ne quid de summa re publ. minueretur, in Catil. 4, 6, 13. Philipp. 8, 4, 14. — Cornelius Lentulus avus P. Lentuli Surae, Catil. 4, 6, 13.

**P. Cornelius Lentulus Spinther,** aedilis a. u. c. 691. Praetor 694., Propraetor Hispaniae citerioris a. u. c. 695. Cos. a. u. c. 697. Procos. Ciliciae a. u. c. 698—700. In hoc imperio Ptolemaeum, Aegypti regem, ab Alexandrinis expulsum reducere volebat, qua de causa variis calumniis diu multumque in senatu agitata sunt, ad fam. libri primi ep. 1—6. partim etiam ep. 7 et 8. — De eius eloquentia, Brut. 77, 268. — Eius aedilitas magnificentissima a. u. c. 691. omnes vicit superiores, de off. 2, 16, 57. — Praetor fuit cum Domitio, Nigidio, Memmio, Lentulo a. u. c. 695. amicus Ciceronis, ad Q. fr. 1, 2, 5. §. 15. cl. ib. 1, 4, 5. Ib. 2, 2, 1. — Totus in Pompeii potestate, ad Att. 3, 22, 2. Ib. 3, 23, 1. Ib. 3, 24, 2. — P. Lentulus cos. designatus a. u. c. 696. Ciceronis studiosus, ad fam. 14, 1, 2. — Consul et pontifex a. u. c. 697., de harusp. resp. 6, 12. — Optime meritus de revocando Cicerone, pro Sest. 32, 70. Ib. 33, 72. — In Pison. 15, 34. — pro Sest. 50, 107. — Consul egregius Lentulus, ad Q. fr. 2, 4 (6), 4. — Rogatio tribunicia adversus eum lata, pro Sest. 69, 144. Ib. 69, 147. — Eius laudes, pro Mil. 15, 39. post red. in sen. 3, 5. Ib. 4, 8. Ib. 11, 27. post red. ad Quir. 5, 11. Ib. 6, 16 cet. de domo sua 3, 7. — Ib. 12, 30. Ib. 27, 70. Ib. 28, 75. ad fam. 3, 7, 5. — Eius triumphus ex Cilicia, ad Att. 5, 21, 4. — Eius lex provincialis Ciliciae data, ad fam. 13, 48. — Ptolemaeum in regnum reducere cupiebat: quid ea de re actum sit in senatu circa XIIII. Kal. Febr. a. u. c. 698., ad Q. fr. 2, 2, 3. — P. Lentulus Aegyptum provin-

ciam quum et auctoritate senatus et sorte haberet, interposita religione, sine ulla dubitatione deposuit, in Pison. 21, 50. — Ad eius auctoritatem a senatu profectam Roma ad Ptolemaeum contendit C. Rabirius Postumus, pro Rab. Postumo 8, 21. — Amicus Ciceronis, ad Att. 5, 3, 3. — Tusculanum suum proscripsit, Ib. 6, 1, 23. — Furnius et Lentulus, una cum Caelio circumierunt et laborarunt, ut Ciceroni supplicatio decerneretur a. u. c. 704., Cael. ad fam. 8, 11, 2. — V. Id. Febr. 705. litteras accepit Cicero, cohortes ex Piceno Lentulo et Thermo ducentibus cum Domitii exercitu coniunctas esse, ad Att. 7, 23, 1. — A Caesare Corfinio incolumis dimissus, Ib. 8, 12, 6. Ib. 8, 14, 3. Ib. 9, 3, 1. Ib. 9, 7, 6. — Puteolis se in hortis suis occultans litteras Ciceroni remisit mirifice gratias agens Caesari, Ib. 9, 11, 1. et ib. A., 3. cl. ib. 9, 13, 7. Ib. 9, 9, 15. — P. Lentulum patrem Rhodi esse aiebant, Alexandreae filium a. u. c. 707., ad Att. 11, 13, 1. — Non receptus a Rhodiis, ad fam. 12, 14, 3. — Foede periit in bello civili, Ib. 9, 18, 2. cl. Philipp. 13, 14, 29.

**P. Cornelius Lentulus Spinther**, superioris filius. Eximia spe summae virtutis adolescens, ad fam. 1, 7, 11. Ib. 9, 23 et 24. — Ei annus idem (697) et virilem patris et praetextam (auguratus) populi iudicio togam dedit, pro Sestio 69, 144. — Cena auguralis apud Lentulum a. u. c. 697., ad fam. 7, 26, 2. — Vestitum mutavit, quum C. Cato legem promulgasset de imperio eius patri abrogando a. u. c. 698., ad Q. fr. 2, 3, 1. — Divortium fecisse cum Metella dicebatur a. u. c. 709., ad Att. 12, 52, 2. cl. ib. 13, 7, 1. — Apud Ciceronem fuit a. u. c. 710., Ib. 14, 11, 2. — Particeps caedis Caesarianae. Pro quaestore a. u. c. 711. cum Trebonio proconsule profectus; hoc occiso, propraetoris nomen adsumpserat, quo maiore auctoritate sociis imperare posset. Epistolas de suis rebus gestis misit quum ad Ciceronem, ad fam. 12, 14, tum ad consules cet., Ib. 12, 15. — Appetebat procurationem Asiae, Ib. 14, 5. — Lentulus, qui in M. Bruti castris erat a. u. c. 711., petebat pontificatum minorem, ep. ad Brut. 1, 14. — Memoratur etiam Ib. 2, 2.

**P. Cornelius Lentulus Sura**. P. Lentulus Sura aequalis Q. Hortensii, Brut. 64, 230. Ib. 90, 308. — Quaestor urbanus a. u. c. 673., Verr. accus. 1, 14, 37. — cos. a. u. c. 683., a Cn. Lentulo Clodiano et L. Gellio censoribus a. u. c. 685. senatu motus: postea iterum, ut in senatum reciperetur, factus praetor a. u. c. 691., Catilinariae coniurationis particeps, supplicio adfectus est. — De eius eloquentia, Brut. 66, 235. — Bis absolutus, ad Att. 1, 16, 9. — P. Lentulus Sura praetor (iterum) a. u. c. 691., Allobrogum legatos sollicitavit, in Catil. 3, 2, 4. — Ad Ciceronem vocatus, Ib. 3, 3, 6. — Quid cum Allobrogibus egerit, Ib. 3, 4, 9. Ib. 3, 5, 10 sqq. — Eius litterae ad Catilinam datae, Ib. 3, 5, 12. — Patres censuerunt, ut, quum se praetura abdicasset, tum in custodiam traderetur, Ib. 3, 6, 14 et 15. — P. Lentuli somnus, Ib. 3, 7, 16. — Suum nomen inductus a vatibus fatale ad perniciem rei publicae fore putavit, in Catil. 4, 1, 2. 4, 6, 12. — In eum L. Caesar sententiam dixit, sororis suae virum, vitricum M. Antonii, Philipp. 2, 6, 14. Ib. 2, 7, 17. — Quod flagitium Lentulus non cum L. Varguntelo concepit? pro Sulla 6, 16. — De supplicio P. Lentuli, de carcere magna et queribunda voce dixit L. Torquatus, Ib. 20, 30. cl. ib. 11, 33. Ib. 25, 70. Ib. 27, 76. — De eius nefariis conatibus, pro Flacco 38, 95. Ib. 39, 97.



**(P. Cornelius) Lentulus**, nepos Ciceronis ex P. Dolabella et Tullia, ad Att. 12, 18a., 2. — Ib. 12. 28, 3.

**L. Cornelius Lupus**, homo periurus et impurus notatus a Lucilio, de n. d. 1, 23, 63.

**Cornelius Nepos**, notus historicus, Ciceronis, Attici, Catulli amicus, fragm. epistolarum ad eum, fragm. 254 sq. — ad Att. 16, 14, 4. — Ib. 16, 5, 5.

**P. Cornelius Rufinus** cos. a. u. c. 464. C. Fabricii dictum in eum, de orat. 2, 66, 268.

**Cornelii Scipiones**.

## STEMMA SCIPIONUM.

L. Cornelius Scipio cos. 456. Etruscos vincit. Liv. 10, 11.

- Cn. Cornelius Scipio Asina, cos. 494. Ex consule captivus Karthaginiensium bello Punico primo et ex captivo iterum consul 500.
  - P. Cornelius Scipio Asina, quo cos. 533. Hannibal dux Poenorum in Hispania fit.
- L. Cornelius Scipio, cos. 495. vincit Sardos et Hannonem bello Punico primo.
  - P. Cornelius Scipio, cos. 536., a filio ad Ticinum servatus, victus ad Trebiam. Periit cum fratre in Hispania 542.
    - P. Cornelius Scipio Africanus maior, bis cos. 549. et 560. Victor Hannibalis.
      - P. Cornelius Scipio Africanus, imbecillus, castra non secutus. Augur 574. Adoptavit:
        - P. Cornelium Scipionem Aemilianum Africanum minorem (L. Aemilii Paulli Macedonici filium) bis cos. 607. et 620., Karthaginis et Numantiae eversorem.
      - L. Cornelius Scipio Africanus, ab Antiocho in Asia captus, degener; a censoribus notatur.
      - Cornelia, mater Ti. et C. Gracchorum.
    - L. Cornelius Scipio Asiaticus, cos. 564. Victor Antiochi magni.
  - Cn. Cornelius Scipio Calvus, cos. 532. Periit in Hispania 542.
    - P. Cornelius Scipio Nasica nondum quaestor optimus vir 550. iudicatus, cos. 563.
      - P. Cornelius Scipio Nasica Corculum, bis cos. 592. et 599.
        - P. Cornelius Scipio Nasica Serapio cos. 616., occisor Ti. Gracchi 621.
          - P. Cornelius Scipio Nasica, quo consule 643. bellum Iugurthinum exarsit; mortuus in consulatu.
            - a
  - L. Cornelius Scipio obscurus.
    - Cn. Cornelius Scipio Hispallus, cos. 578., a quo familia Hispallorum.

a

P. Cornelius Scipio Nasica, gener L. Licinii Crassi oratoris, praetor 660.

| | |
|---|---|
| L. Licinius Crassus Scipio, ab avo materno adoptatus. | P. Cornelius Scipio Nasica, idem (a Q. Metello Pio adoptatus) Q. Caecilius Metellus Scipio cos. 702., Pompeii Magni socer, a Caesare victus in Africa se occidit. |

De Scipionum familia, de harusp. resp. 11, 22. — Scipionum sepulcra ad portam Capenam, Tuscul. 1, 7, 13. — Ennius in sepulcro Scipionum putatur esse constitutus e marmore, pro Archia 9, 22.

**(Cornelius) Scipio**, Q. Caecilius Q. F. Metellus Pius Scipio, Cael. ad fam. 8, 9, 5. Ib. 8, 11, 2.

**(Cornelius) Scipio**, praetor Siciliae, de orat. 2, 69, 208.

**Cn.** et **P. Cornelii Scipiones** comitatu nobilium iuvenum fortunati, de sen. 9, 29. — Scipiones duo, fortes viri, de off. 3, 4, 16. — Scipiones duo oriens incendium belli Punici secundi sanguine suo restinxerunt, de r. p. 1, 1, 1. — Cn. et P. Scipiones, duo propugnacula belli Punici, qui Karthaginiensium adventum corporibus suis intercludendum putaverunt, parad. 1, 2, 12. cl. de sen. 20, 75. Ib. 23, 82. — Cn. et P. Scipiones, duo fulmina imperii Romani, pro Balbo 15, 34. — Scipiones in Hispania pro patria ceciderunt, Tuscul. 1, 37, 89. — Duo Scipiones, fortissimos et optimos viros, in Hispania Poenus oppressit, de n. d. 3, 32, 80. de off. 1, 18, 61.

**L. Cornelius P. F. Scipio** Asiaticus sive Asiagenes. Bellum in Asia gessit Antiochumque regem potentissimum vicit, Verr. accusat. 1, 21, 55. — Maximum bellum populus Romanus cum Antiocho gessit, cuius belli victor L. Scipio, parta cum P. fratre gloria, quam laudem ille Africa oppressa cognomine ipso prae se ferebat, eamdem hic sibi ex Asiae nomine adsumpsit, pro Mur. 14, 31. — Bello Antiochino magno et gravi, L. Scipioni P. frater legatus fuit, Philipp. 11, 7, 17. — Ei ex toto illo collegio tribunorum plebis solus auxilio fuit Ti. Gracchus pater, inimicus, de prov. cons. 8, 18. — Eius statua chlamydata et crepidata in Capitolio, pro Rab. Postumo 10, 27.

**L. Cornelius L. F. Scipio Asiaticus**. — L. Scipio, quum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., pro salute communi arma cepit, pro C. Rabirio perd. 7, 21. — Si deliberet senatus bello Italico, solvatne legibus Scipionem, ut eum liceat ante tempus consulem fieri, ad Her. 3, 2, 2. — Fuit in consulatu C. Iunio Norbano collega a. u. c. 671. — Ei quaestor obtigit M. Pupius Piso Calpurnianus, Verr. accusat. 1, 14, 37. — Memoratur pro Quinct. 6, 24. — Dicebat non imperite, Brut. 47,



175. — Eius colloquium cum L. Sulla, Philipp. 12, 11, 27. Ib. 13, 1, 2. — L. Cornelius Scipio Asiaticus optimus et calamitosissimus vir cos. a. u. c. 671. proscriptus a Sulla in exsilium Massiliense profectus: ibi eum consolatus est gener P. Sestius, pro Sest. 3, 7. — L. Scipio a Sulla proscriptus, ad Att. 9, 15, 2.

**L. Cornelius Scipio Nasica**. Eius dictum, de orat. 2, 64, 260.

**M. Cornelius Scipio Maluginensis**, praetor a. u. c. 578. Eius dictum in L. Manlium Acidinum consulem, de orat. 2, 64, 260.

**P. Cornelius Scipio**, Africanus maior. Aedilis curulis fuit a. u. c. 541., aedilicius a. u. c. 543. Hispaniam extra ordinem pro consule obtinuit eamque provinciam prorogato imperio cum exercitu per annos 544—548. tenuit ibique rem publ. contra Poenos felicissime gessit. Romam rediit a. u. c. 548. A. u. c. 549. primum consul factus est cum P. Licinio Crasso Divite, eique provincia Sicilia extra ordinem adsignata, quam a. 550. prorogato imperio tenuit, ex eaque cum classe in Africam traiecit eamque a. 551. 552. 553. tenuit ac debellato ad Zamam Hannibale ex S. C. et populi iussu pacem cum Poenis fecit et clarissimo triumpho urbem ingressus est. Africani cognomen honoris causa adeptus est. A. 555. censor fuit cum P. Aelio Paeto. A. 560. iterum consul fuit cum Ti. Sempronio Longo. — Mortui quoque nomen splendori ac decori est civitati, ad Her. 4, 15, 22. — Scipio Africanus superior admodum adolescens consul factus, Philipp. 5, 17, 48. — Mortuus est a. u. c. 569., de sen. 6, 19. — Optimus atque invictissimus vir, de r. p. 6, 9, 9. — Formula triumphi ei decreti QVOD EIVS VIRTVTE AVT FELICITATE CET., de fin. 4, 9, 22. — Ad honestatem omnem conatum suum referebat, non ad voluptatem, Ib. 2, 17, 57. — Scipio Africanus maior, Paullus, Q. Maximus: eorum non in sententia solum, sed etiam in nutu residebat auctoritas, de sen. 17, 61. — Comitatu nobilium iuvenum fortunatus, Ib. 9, 29. — Eum scribit Cato solitum esse dicere, numquam se plus agere, quam nihil quum ageret, numquam minus solum esse, quam quum solus esset, de r. p. 1, 17, 27. de off. 3, 1, 1. — Legatus fratri profectus in Asiam, pro Mur. 14, 32. Philipp. 11, 7, 17. — Eius in re gerunda celeritas, Verr. accusat. 5, 10, 25. — Responsum ab eo Corinthiis datum, de orat. 2, 65, 262. — Eius dictum in M. Naevium, a quo erat accusatus, Ib. 2, 61, 249. — Quid ei dixerit P. Licinius Varus, Ib. 2, 61, 250. — Nulla eius ingenii monumenta mandata litteris, nullum opus otii, nullum solitudinis munus exstat, de off. 3, 1, 4. — Eum accepimus non infantem fuisse, Brut. 19, 77. — Agrigentinis de senatu cooptando leges dedit a. u. c. 549., Verr. accusat. 2, 50, 123. — Eius consilio ac virtute Hannibal in Africam redire atque ex Italia decedere coactus est, in Catil. 4, 10, 21. — Bellum Punicum secundum a portis huius urbis avulsum compulit intra hostium moenia, de r. p. 1, 1, 1. — Africanus maior quum consul esset cum Ti. Longo

(a. u. c. 560.), passus est tum primum a populari consessu (in Megalensibus) senatoria subsellia separari, Cornel. prim. fragm. 12. p. 210. cl. de harusp. resp. 12, 24. — Ennii distichon in eius laudem, Tuscul. 5, 17, 49. — Ennii versus in eius laudem, de fin. 2, 32, 106. — Scipio invicte! Ennius dixit, orat. 45, 152. de fin. 5, 24, 70. parad. 1, 2, 12. ad Her. 4, 5, 7.

**P. Cornelius Scipio**, filius Africani maioris, si corpore valuisset, in primis habitus esset disertus: indicant quum oratiunculae tum historia quaedam Graeca scripta dulcissime, Brut. 19, 77. cl. de off. 1, 33, 121. de sen. 11, 35.

**P. Cornelius Scipio Aemilianus**, Africanus minor, L. Paulli Aemilii filius adoptatus a P. Cornelio Scipione, Africani maioris filio, sub initium belli Punici tertii a. u. c. 603. tribunus militum fuit in Celtiberia, deinde anno eius belli secundo a. u. c. 606., quum rex Massinissa decessisset, e castris apud Karthaginem evocatus eius regnum inter tres filios, Micipsam, Gulussam, Manastabalem divisit. A. u. c. 607. cum C. Livio Mamiliano Druso quum aedilitatem peteret, legibus solutus, 37. annos natus consul factus Africam populi iussu extra sortem provinciam accepit. Karthaginem obsessam a. u. c. 608. prorogato ei proconsulari imperio cepit et excidit, Africaque in provinciae Romanae formam redacta cognomen Africani a Scipione Africano maiore quasi hereditate relictum etiam sua virtute et felicitate obtinuit et Romam rediens triumphum splendidissimum duxit. A. u. c. 612. censor fuit cum L. Mummio Achaico, Brut. 22, 85. de off. 2, 22, 76. ad Att. 16, 13. c., a. u. c. 620. legibus solutus, quum non peteret, consul iterum factus est cum C. Fulvio Flacco. Eodem anno ei Hispania citerior bellumque Numantinum extra sortem decretum est. A. u. c. 621. Numantiam cepit et funditus delevit anno sequente de Numantinis triumphavit. A. u. c. 625. quum ferveret seditio a triumviris agris dividundis C. Graccho, C. Carbone, M. Fulvio Flacco excitata, quorum iniuriis adversus socios Scipio gravissime se opposuerat, mane in lectulo mortuus inventus est, annos natus 56., non sine magna suspicione esse ei ab inimicis noctu vim illatam. Scipio Afr. minor in gloria rei militaris Paullum patrem imitatus est, pro Rab. Postumo 1, 2. — Discipulus Catonis et Laelii, de inv. 1, 4, 5. — In Africam venit M'. Manilio consuli a. u. c. 605. ad quartam legionem tribunus militum, de r. p. 6, 9, 9. — In acie M. Alienum Pelignum scuto protexit gladiumque hosti in pectus infixit, Tuscul. 4, 22, 50. — Quem ad modum aequales suos tractaverit, de am. 19, 69. — L. Paulli patris hereditatis Q. Maximo fratri partem suam concessit, parad. 6, 2, 48. — Quem ad modum censor in C. Licinium Sacerdotem animum adverterit, pro Cluent. 48, 134. — Corneliam filiam Ti. Graccho collocavit, de inv. 1, 49, 91. — Vituperationi ei fuit, quod M. Antius Briso, qui L. Cassii legi tabellariae diu restitit, eius auctoritate de sententia deductus



putabatur, Brut. 25, 97. — Constans opinio de eius virtute, topic. 20, 78. — Eius gravitas, de orat. 3, 7, 28. — Eum non nulli in popularium numerum referre solent, Acad. pr. 2, 5, 13. — Eius singulare consilium, Verr. accusat. 5, 10, 25. — Rei publ. rector et consilii publici auctor, de orat. 1, 48, 211 et 215. — Ante Laelii aetatem et Scipionis non fuerunt sapientes quos appellare possimus nominatim, Tuscul. 4, 3, 5. — Africanus Socraticus Xenophontis in primis laudabat illud, quod diceret eosdem labores non esse aeque graves imperatori et militi, Tuscul. 2, 26, 62. — Xenophontis *Κύρου παιδείαν* non sine causa de manibus ponere non solebat, ad Q. fr. 1, 1, 8. §. 23. — Scipionem Africanum minorem doctum fuisse traditum est, Tuscul. 1, 3, 5. — P. Scipio, C. Laelius optime [Latine] loquebantur, Brut 74, 258. — Omnia sermone conficiebat paullo intentiore, de orat. 1, 60, 255. — Paulli filius Africanus in re militari excelluit, eloquentia cumulavit bellicam gloriam, de off. 1, 32, 116. — P. Scipio Africanus minor et C. Laelius in primis eloquentes habiti, quorum exstant orationes, ex quibus existimari de ingeniis oratorum potest, Brut. 21, 82. — Comparatur cum Laelio, Ib. 21, 83 et 84. — P. Africanus Karthagine deleta Siculorum urbes signis monumentisque pulcherrimis exornavit, Verr. accusat. 2, 2, 3. — Scipio Siculis omnibus Karthagine capta, quae potuit restituenda curavit, Ib. 2, 35, 86. — Eius dictum de ea re, Ib. 4, 33, 73 sqq. cf. ib. 4, 39, 84. — Laudat Africanum Panaetius, quod fuerit abstinens etc., de off. 2, 22, 76. ad Att. 16, 13. c. 2. — Eius providentia Karthaginis opes fregit, ad Her. 4, 32, 43. — Natus ad interitum exitiumque Karthaginis, de harusp. resp. 4, 6. — Ad bellum Punicum tertium populus Romanus ita sibi ipse delegit idoneum ducem, P. Scipionem, ut eum tamen bellum gerere consulem vellet, Philipp. 11, 7, 17. — De Numantinis triumphavit a. u. c. 622., Ib. 11, 8, 18. — Ad eum privatum a. u. c. 622. bellum contra Aristonicum delatum non est, duas tribus solas tulit, Ib. — Non plus in excidenda Numantia rei publ. profuit quam eodem tempore P. Nasica privatus, quum Ti. Gracchum interemit, de off. 1, 22, 76. — De donis ab Attalo rege magnificentissimis P. Africano usque ad Numantiam missis ex Asia, pro Deiotaro 7, 19. — Karthaginem delevit, triumphum egit, censor fuit, obiit legatus Aegyptum, Syriam, Asiam, Graeciam, delectus iterum absens consul, bellum maximum confecit, Numantiam excidit, de r. p. 6, 11, 11. ad Her. 4, 13, 19. — Sol geminatus Tuditano et Aquilio coss. a. u. c. 625. quo quidem anno P. Africanus sol alter exstinctus est, de n. d. 2, 5, 14. de r. p. 1, 13, 19. — Non fuisset illa nox tam acerba Africano, sapientissimo viro, si nihil eum fefellisset, ad Att. 10, 8, 7. — Africanum domestici parietes non texerunt, de n. d. 3, 32, 80. — Eius mors, de fato 9, 18. cl. ib. 12, 27. — C. Carbo P. Africani necis socius nominatus est a L. Crasso, de orat. 2, 40,

170. ad fam. 9, 21, 3. ad Q. fr. 2, 3, 3. cl. de am. 12, 41. cl. ib. 3, 4. Quaestio de Africani morte nulla lata est, pro Mil. 7, 16. — Africanum quum supremo eius die Q. Fabius Maximus Aemilianus laudaret, gratias egit dis immortalibus, quod ille vir in hac re publica potissimum natus esset, pro Mur. 36, 75. — Q. Tuberoni Africanum avunculum laudanti C. Caelius scripsit laudationem funebrem, de orat. 2, 84, 341. — Eius statuae ad Opis et ad *Πολυθεύκους*, ad Att. 6, 1, 17. — Africanus, si sua res ageretur, testimonium non diceret, pro Sex. Rosc. 36, 103. — Acipenser ei adlatus in Lavernio, de fato fragm. 2, p. 240. — Scipio Africanus minor in libris Ciceronis de re publ. loquitur, ad Att. 4, 16, 2. — A. u. c. 625. feriis Latinis fingitur ab eo habita disputatio de re publ., de r. p. 1, 9, 14. — Loquens inducitur in Catone maiore, de sen. 1, 3. — Eius fratres (filii L. Aemilii Paulli) exspectati ad amplissimam dignitatem, immatura morte abrepti, Ib. 19, 68. — Scipionis Africani fratris nepos, homo perditus (Q. Fabius Maximus Allobrogicus), Tuscul. 1, 33, 81. cf. de orat. 2, 6, 22. de imp. Cn. Pomp. 20, 60. de lege agr. 1, 2, 5. Ib. 2, 19, 51. in Catil. 4, 10, 21. de fin. 5, 24, 70. parad. 1, 2, 12. — V. etiam **Laelius**. — *Εἰρωνείαν* ait in Africano fuisse Fannius, Acad. pr. 2, 5, 15. cl. de orat. 2, 67, 270. Brut. 87, 299. — Eius dictum a Panaetio relatum, de off. 1, 26, 90. — Facete reprehendit centurionem ignavum, de orat. 2, 67, 272. — Amarum eius dictum in C. Metellum Caprarium, de orat. 2, 66, 267. — Eius dicta in Asellum, trib. pl., Ib. 2, 64, 258. Ib. 2, 66, 268. — Maxime reprehendere solebat Biantis dictum, ita amare oportere, ut si aliquando esset osurus, de am. 16, 59. — Africani dictum de adsectatore, qui ab eo impetrare voluit, uti se praefectum in Asiam duceret, Verr. accusat. 2, 11, 29. — Quem ad modum inter se coluerint Africanus et Laelius, de r. p. 1, 12, 18. — Eius et Laelii amicitia, Lael. 27, 102 sqq. — Erat in C. Laelio multa hilaritas; in eius familiari Scipione ambitio maior, vita tristior, de off. 1, 30, 108. — Vix intellexisses Africanum id (ut philosophis operam daret) agere, quum ageret tamen, de orat. 3, 23, 87. — Secum eruditissimos homines ex Graecia (Polybium, Panaetium) palam semper habuit, Ib. 2, 37, 154. cl. Acad. pr. 2, 2, 5. pro Mur. 31, 66. — Bis consul quum fuisset P. Africanus et duos terrores imperii Rom., Karthaginem Numantiamque delevisset, accusavit L. Aurelium Cottam, Ib. 28, 58. cl. divin. in Q. Caecil. 21, 69. — C. Papirio Carboni trib. pl. (a. u. c. 625.) de Ti. Graccho interroganti respondit iure caesum videri, de orat. 2, 25, 106. pro Mil. 3, 8. — Eius oratio adversus C. Papirii Carbonis legem de tribunis plebi reficiendis, de am. 25, 96. — Ab amicitia Q. Pompeii Nepotis Laelii nomine se removit, propter dissensionem autem, quae erat in re publ., alienatus est a Q. Caecilio Metello Macedonico, de am. 21, 77. cl. de off. 1, 25, 87. — Eius obtrectatores et invidi P. Crassus



Mucianus, App. Claudius princeps senatus iisque mortuis Q. Metellus Q. F. L. N. Macedonicus, P. Mucius Scaevola, P. Crassi frater etc., de r. p. 1, 19, 31.

**P. Cornelius CN. F. L. N. Scipio Nasica.** Ad sacra Idaea accipienda tamquam optimus vir delectus, de fin. 5, 22, 64. Brut. 20, 79. de harusp. resp. 13, 27. — Quo modo iocatus sit cum Ennio, de orat. 2, 68, 276. — Et in senatu et apud populum et in causis amicorum et domi et militiae consilium suum fidemque praestabat, Ib. 3, 33, 134.

**P. Cornelius P. F. CN. N. Scipio Nasica Corculum,** cos. cum C. Marcio Figulo a. u. c. 592., censor a. u. c. 592., cos. iterum cum M. Claudio Marcello a. u. c. 599., proavus Scipionis, generi L. Crassi. Eius sapientia, de orat. 3, 33, 134. de n. d. 2, 4, 10. — Scipio et Figulus coss. Ti. Gracchi litteris, quum augures iudicassent eos vitio creatos esse, magistratu se abdicaverunt, de divin. 2, 35, 74. — Eius eloquentia, Brut. 20, 79. Eximium in eo et pontificii et civilis iuris studium, de sen. 14, 50. — P. Scipio, qui bis consul fuit, qui est Corculum dictus, Brut. 58, 213. cl. Tuscul. 1, 9, 18.

**P. Cornelius P. F. P. N. Cn. Pron. Scipio Nasica Serapio.** Aediliciam accepit repulsam, pro Planc. 21, 51. — Consul fuit cum D. Iunio Bruto Callaico a. u. c. 616., Brut. 22, 85. — Serapio et D. Brutus coss. in vincula coniecti a C. Curiatio trib. pl., de leg. 3, 9, 20. — Eum quum omnibus in rebus vehementem tum acrem aiebat L. Accius in dicendo fuisse, Brut. 28, 107. — Ti. Gracchum perculit, de orat. 2, 70, 285. Brut. 58, 212. Tuscul. 4, 23, 51. in Catil. 1, 1, 3. de off. 1, 22, 76. pro Planc. 36, 88. de domo sua 34, 91. Philipp. 8, 4, 13. — Nullam comitatem habebat sermonis, de off. 1, 30, 109. — Serapio censor non fuit, ut tamen rebatur eius pronepos P. Scipio Metellus, ad Att. 6, 1, 17. — Nasica, qui Ti. Gracchum occidit, Pergami exsul mortuus est, pro Flacco 31, 75. — Nullae ei statuae in publico in interfecti tyranni remunerationem locatae, de r. p. 6, 8, 8. — Memoratur praeterea pro Mil. 3, 8. de n. d. 3, 2, 5. de am. 27, 101.

**P. Cornelius Scipio Nasica,** Serapionis filius, cos. a. u. c. 643. cum L. Calpurnio Bestia in sermonibus efficiebat, ut unus de multis esse videretur, de off. 1, 30, 109. — De eius eloquentia, Brut. 34, 128. — Granii praeconis in eum libere dictum, pro Planc. 14, 33.

**P. Cornelius Scipio Nasica,** Scipionis Nasicae Serapionis nepos, praetor a. u. c. 660. — Advocatus Sex. Roscii, pro Sex. Rosc. 28, 77. — Scipio Nasica, Serapionis nepos, uxorem habuit Liciniam alteram, L. Crassi oratoris filiam, Brut. 58, 211.

**Q. Cornelius Metellus Scipio.** V. in **Caeciliis Metellis.**

**L. Cornelius Sisenna,** patricii generis, natus circiter a. u. c. 635., praetor anno suo, id est legitimo, a. u. c. 676. Varr. A. 677. Siciliam provinciam obtinuit. — Pompeii legatus et Graeciae praefectus a. u. c. 687. — De eius eloquen-

tia et historiae studiis, Brut. 64, 228. de leg. 1, 2, 7. — De eius genere scribendi, Brut. 74, 259. — In praetura bonorum Cn. Cornelii possessionem edicto P. Scipioni dat, Cornel. prim. fragm. 18. p. 211. — A. u. c. 684. cum Hortensio defendit C. Verrem de pecuniis repetundis reum, Verr. accusat. 2, 45, 110. et 4, 20, 43. — Vir primarius et dives, Ib. 4, 15, 33. — Caecilia, Q. filiae somnium et similia narravit, de divin. 1, 44, 99.

**L. Cornelius L. F. P. N. Sulla Felix.** Unus adhuc fuit post Romam conditam, cui res publica totam se traderet, temporibus et malis coacta domesticis, L. Sulla. Hic tantum potuit, ut nemo illo invito nec bona nec patriam nec vitam retinere posset etc., Verr. accusat. 3, 35, 81. — Sulla potuit efficere, ab interrege ut dictator diceretur, a. u. c. 672., ad Att. 9, 15, 2. — Sulla dictator omnes, quos oderat, morte multabat, pro Ligar. 4, 12. — C. Marii sitas reliquias apud Anienem dissipari iussit Sulla victor et primus e patriciis Corneliis igni voluit cremari, de leg. 2, 22, 57. — Eius dicta et facta insolentia, de off. 2, 7, 26. Sulla trium pestiferorum vitiorum, luxuriae, avaritiae, crudelitatis magister, de fin. 3, 22, 75. — Sulla tribunis pl. sua lege iniuriae faciendae potestatem ademit, auxilii ferendi reliquit, de leg. 3, 9, 22. — Sulla Cn. Pompeii opibus regnavit, Philipp. 5, 16, 44. — L. Sulla Cn. Pompeii virtute et subsidio Italiam confessus est liberatam, de imp. Cn. Pomp. 11, 30. — L. Sulla P. Sulpicium oppressit, ex urbe eiecit C. Marium, multosque fortes viros partim eiecit ex civitate, partim interemit, in Catil. 3, 10, 24. — Sulla cum Sulpicio de iure legum, quas per vim latas dicebat, bellum civile gessit, rursum cum Mario et Carbone, ne dominarentur indigni et ut clarissimorum hominum crudelissimam puniretur necem, Philipp. 8, 2, 7. M. Vergilius trib. pl. a. u. c. 667. L. Sullae imperatori diem dixit, Brut. 48, 179. — Inter profectionem reditumque L. Sullae (a. u. c. 667—671.) sine iure fuit et sine ulla dignitate res publ., Brut. 63, 227. — Mithridatem cum bello invectum totam in Asiam cum pace dimisit, pro Mur. 15, 32. — De eius bello cum Mithridate gesto, de imp. Cn. Pomp. 3, 8. — Sulla omnes Asiae civitates pro portione in provincia descripsit, pro Flacco 14, 32. — Sulla Graecis Asianis vectigal aequaliter descripsit, ad Q. fr. 1, 1, 11. §. 33. — Turbulentissimum rei publicae tempus, quum adventu L. Sullae in Italiam maximi exercitus civium dissiderent de iudiciis ac legibus, pro Font. 3, 6. — Sulla cum Scipione inter Cales et Teanum, quum alter nobilitatis florem, alter belli socios adhibuisset, de auctoritate senatus, de suffragiis populi, de iure civitatis leges inter se condicionesque contulerunt, Philipp. 12, 11, 27. Ib. 13, 1, 2. — Sullae C. Verres Cn. Carbonem prodidit, Verr. accusat. 1, 15, 38. — Rostra post adventum L. Sullae tribunicia voce deserta, pro Cluent. 40, 110. — Sullanum regnum, ad Att. 8, 11, 2. — Eius gravis victoria turbulentaque, pro Sulla 26, 72. —



Eius lege Arretinis civitas adempta est, pro Caec. 33, 97. — Quem ad modum tulerit de illorum civitate, Ib. 32, 105. — L. Sulla odium habuit in equestrem ordinem, acerbitate proscriptionis suae est usus in veteres iudices, pro Cluent. 55, 151. — Sulla voluit ne in quemvis impune declamari liceret, ad fam. 3, 11, 2. — — L. Sulla dictator vendidit bona Sex. Alfeni, pro Quinct. 24, 76. — L. Sulla, cos. iterum, Verr. accusat. 1, 50, 130. — Eo cos. iterum cum Caecilio Metello Pio a. u. c. 674. habita est oratio pro Sex. Roscio, in qua etiam illius libertus L. Cornelius Chrysogonus exagitandus erat, qua in re orator summo opere nititur, ne Sullam offendat, pro Sex. Rosc. 2, 6. Ib. 8, 23. Ib. 44, 127. — — Proscriptio Sullana, Ib. 47, 136 sq. — Dissensit cum Mario L. Sulla. Horum uterque ita cecidit victus, ut victor idem regnaverit. Cum Octavio collega Cinna dissedit: utrique horum secunda fortuna regnum est largita, adversa mortem. Idem iterum Sulla superavit: tum sine dubio habuit regalem potestatem, quamquam rem publicam recuperavit, de harusp. resp. 25, 54. — Populus Romanus, L. Sulla dictatore ferente, comitiis centuriatis municipiis civitatem ademit, ademit iisdem agros: de agris ratum est: — fuit enim populi potestas —, de civitate ne tam diu quidem valuit, quam diu illa Sullani temporis arma valuerunt, de domo sua 30, 79. — Proscriptionis miserrimum nomen illud et omnis acerbitas Sullani temporis quid habeat, quod maxime sit insigne ad memoriam crudelitatis, de domo sua 17, 43. — Bona indemnatorum civium funesta illa auctione sua vendidit et se praedam suam dixit vendere, de lege agr. 2, 21, 56. — Campanus ager per sese et Sullanae dominationi et Gracchorum largitioni restitit, de lege agr. 1, 7, 21, cf. ib. 2, 29, 81. — L. Sulla colonos Faesulas deduxit, in Catil. 3, 6, 14. — L. Sulla non nullas civitates, pecunia accepta, ex senatus consulto liberavit: eas rursus vectigales reddidit L. Philippus, de off. 3, 22, 87. — L. Cinna crudelis, C. Marius in iracundia perseverans, L. Sulla vehemens, Philipp. 11, 1, 1. — Sed quid Sullae, Marii, Cinnae victoria crudelius, quid funestius? ad Att. 9, 10, 3. — Sulla, Cinna, Caesar: hi tres post civitatem a L. Bruto liberatam plus potuerunt quam universa res publ., Philipp. 5, 6, 17. — Sullana acta confers et Caesariana, ad Att. 11, 21, 3. — Sulla ex iis hominibus fuit, qui quidvis perpetiuntur, cuivis deserviunt, dum quod volunt consequantur, de off. 1, 30, 109. — Civile bellum consul Sulla gessit; legionibus in urbem adductis, quos voluit expulit, quos potuit occidit: supplicationis mentio nulla. Grave bellum Octavianum insecutum est: supplicatio Cinnae nulla victoris. Cinnae victoriam imperator ultus est Sulla: nulla supplicatio decreta a senatu, Philipp. 14, 8, 23. — L. Sullae et C. Caesaris pecuniarum translatio a iustis dominis ad alienos non debet liberalis videri, de off. 1, 14, 43. — Illud omnibus exploratum est, si boni victi sint, nec in caede principum clementiorem Caesarem fore,

quam Cinna fuerit, nec moderatiorem quam Sulla in pecuniis locupletium, ad Att. 7, 7, 7. — Historia ab eo conscripta, de divin. 1, 33, 72. cl. Gellio N. A. 1, 12. 20, 6. Sueton. de gramm. 12. — Prodigio ei oblato ante oppidum Nolam fortissima Samnitium castra cepit, de divin. 1, 33, 72. Ib. 2, 30, 65. — Eius dictum de malo poëta, pro Archia 10, 25. — Graeco vestitu Neapoli vivebat L. Sulla imperator, pro Rab. Postumo 10, 26. — Statua inaurata equestris primum L. Sullae statuta est, Philipp. 9, 6, 13. — Sulla dictator, de off. 2, 14, 51. — Cornel. prim. fragm. 25. p. 213. — Sullae leges, fragm. p. 222. — Sullae bona, iudicium de iis factum, Cornel. prim. fragm. 16. p. 211. — Sullanum tempus, parad. 6, 2, 46. — Sullanus ager (publicus ex bonis proscriptorum constitutus) a certis hominibus latissime continuatus, tantam habet invidiam, ut veri ac fortis tribuni stridorem unum perferre non possit, de lege agr. 2, 26, 70. — Sullanae adsignationes agrorum, Ib. 3, 1, 3. — Sullani agri, a Sulla veteranis adsignati, ad fam. 11, 20, 3.

**L. Cornelius Sulla Faustus**, dictatoris filius, plerumque vocatur Faustus Sulla. — Apud C. Orchivium, praetorem a. u. c. 688., locus ab iudicibus Fausto Sullae de pecuniis residuis non est constitutus etc., pro Cluent. 34, 94. — Sulla maximis opibus, cognatis, adfinibus, necessariis, clientibus plurimis, Ib. — Decemviri Rullani maximam pecuniam se a Fausto ablaturos arbitrantur, de lege agr. 1, 4, 12. — Eius munus gladiatorium, pro Sulla 19, 54. Eius epulum, in Vatin. 13, 32. — Faustus Pompeianus a. u. c. 705., ad Att. 8, 3, 7. Ib. 8, 12. A. 2. — Pro quaestore apud Pompeium a. u. c. 705., Ib. 9, 1, 4. — Eius suique similium victoriam in bello civili acerbam exspectat Cicero, Ib. 9, 11, 4. — Cicero pascitur bibliotheca Fausti, Ib. 4, 10, 1.

**P. Cornelius Sulla**, sector bonorum civium suorum in proscriptione Sullana a. u. c. 673. et in proscriptione Caesaris a. u. c. 709., de off. 2, 8, 29. Consul designatus a. u. c. 678 cum P. Antonio a L. Torquato accusatus et damnatus est subscriptore L. Torquato filio, de fin. 2, 19, 62. — Idem accusatus a L. Torquato filio subscriptore C. Cornelio de vi a Q. Hortensio et M. Cicerone defensus et a iudicibus absolutus est, pro Sulla 1, 1 sqq. — Eum L. Torquatus accusator in utraque coniuratione, illa, quae a. u. c. 688., et ea, quae Cicerone consule facta erat, dicebat fuisse, pro Sulla 4, 11. — Negat Cicero, Ib. 5, 15. — Eo tempore omni Neapoli fuit, Ib. 5, 17. — Ab Allobrogibus quo modo nominatus, Ib. 13, 36. — Eius vita ac mores, Ib. 24, 69 sqq. — In illa gravi L. Sullae victoria P. Sulla mitissimus fuit et multorum vitam est a L. Sulla deprecatus, Ib. 26, 72. cf. tamen off. 2, 8, 29. — Post damnationem ipse se exsilio paene mulctavit, Ib. 2, 8, 74. — Eius filius parvus supplex pro patre, Ib. 31, 89. — Gabinium de ambitu reum fecit P. Sulla, subscribente privigno Memmio, fratre Caecilio, Sulla filio a. u. c. 700., ad Q. fr. 3, 3, 2. — Legio



XII., ad quam Sulla venit, lapidibus eiecisse hominem dicebatur a. u. c. 707., ad Att. 11, 21, 2. — Sulla cum Messala currunt ad Caesarem pulsi a militibus, Ib. 11, 22, 2. — De eius morte a. u. c. 709. agitur ad fam. 9, 10, 3. Ib. 15, 17, 2. — De eius moribus et avaritia, C. Cassius ad fam. 15, 19, 3.

**P. Cornelius Servii F. Sulla**, Catilinarius, pro Sull. 2, 6.

**Ser. Cornelius Sulla Servii F.**, P. Sullae frater, Catilinarius, pro Sulla 2, 6.

**(Cornelius) Sulla** nomenclator Q. Ciceronis in Asia provincia a. u. c. 695., ad Q. fr. 1, 2, 3. §. 9.

**Cornelius Tlepolemus Cybarita**, pictor, emissarius C. Verris, Verr. accusat. 3, 28, 69. Ib. 4, 13, 30.

**Corniades**, Epicuri familiaris. Hoc nomen reponi voluit auctore Davisio Orellius, nos cum Madvigio Carneadis nomen reliquimus. Eius colloquium cum Arcesila, de fin. 5, 31, 94.

**Cornicinus** sive **Cornicen**, cognomen Cn. Oppio, ad Att. 4, 2, 4. V. **Cn. Oppius.**

**Cornificia**, Q. filia, ad Att. 13, 29, 1.

**Cornificius**, scriba C. Verris praetoris urbani a. u. c. 680., Verr. accusat. 1, 57, 150.

**Q. Cornificius**, severissimus atque integerrimus iudex, tribunus pl. a. u. c. 685., Verr. act. 1, 10, 30. — Competitor Ciceronis in consulatu, ad Att. 1, 1, 1. — Primus de P. Clodii incesto mentionem in senatu fecit a. u. c. 693., ad Att. 1, 13, 3.

**Q. Cornificius** superioris Q. Cornificii filius, ad fam. 12, 25, 1. — Adolescens Orestillae filiam sibi despondit a. u. c. 704., ad fam. 8, 7, 2. — Obtinuit Africam provinciam a. u. c. 709. Ciceronis epistolae ad eum missae, ad fam. 12. ep. 17. — 30. cl. ib. 12, 19, 1. ad Att. 12, 14, 2. Ib. 12, 17. — Ei Cicero Oratorem suum ad M. Brutum a. u. c. 709. commendat, ad fam. 12, 17, 2. — Magnum oratorem eum vocat, ad fam. 12, 18, 1.

**C. Cornutus**, tr. pl. a. u. c. 693. deditus Ciceroni, ad Att. 1, 14, 6. — Praetor a. u. c. 697. favebat Ciceroni, post red. in sen. 9, 22.

**M. Cornutus**, praetorius, legatus in bello sociali, pro Font. 15, 33.

**M. Cornutus**, praetor urbanus a. u. c. 711., consulare munus sustinebat more maiorum, ad fam. 10, 12, 3. Ib. 10, 16, 1. Philipp. 14, 14, 37.

**Corona** Ariadnes, sidus. Arat. v. 73. de n. d. 2, 42, 108. Ib. 3, 16, 40. fragm. p. 265.

**Coronis** et Valens (*Κράτος*), parentes Mercurii secundi, de n. d. 3, 22, 56.

**Corsica** insula, devicta a P. Papirio Masone cos. a. u. c. 523., de n. d. 3, 20, 52.

**Corumbus**, Balbi libertus, architectus, ad Att. 14, 3, 1.

**Ti. Coruncanius**, Tusculanus esse dicitur a Cicerone, pro Planc. 8, 20. — Ti. Coruncanius primus e plebe pontifex max. consul a. u. c. 474., iure consultus, de leg. 2, 21, 52. de orat. 3, 15, 56. — De eius eloquentia, Brut. 14, 55. — De eius sapientia, de orat. 3, 33, 134. — Peritissimus pontifex fuisse dicitur, de domo sua 54, 139. de n. d. 1, 41, 115. — Eius usque ad extremum spiritum est provecta

prudentia, de sen. 9, 27. — Senex rem publicam consilio et auctoritate defendebat, Ib. 6, 15. Coniunctus amicitia cum Q. Papo Aemilio, C. Fabricio Luscino, M'. Curio, de am. 11, 39. — Quid Ti. Coruncanius et M'. Curius de Epicuri doctrina existimaverint, de sen. 13, 43. — C. Fabricius, M'. Curius, Ti. Coruncanius sapientes a suis popularibus habiti, de am. 5, 18. — Ti. Coruncanius a dis dilectus, de n. d. 2, 66, 165. Ib. 3, 2, 5. pro Sulla 7, 23.

**Corvini.** V. **Rulli.**

**Corvus**, sidus. Arat. v. 464. de n. d. 2, 44, 114.

**Corybas** Apollinis secundi pater, de n. d. 3, 23, 57.

***Κωρυκαῖοι***, Corycaei, populi Pamphyliae, ad Att. 10, 18, 1.

**Corycus**, Ciliciae urbs, ad fam. 12, 13, 3.

**Coryphe**, Oceani filia, et Iuppiter parentes Minervae (Coriae) quartae, de n. d. 3, 23, 59.

**Cos** insula, ad Att. 9, 9, 2. — Incolae Coi, apud quos erat Veneris Coae nobilis tabula picta a cive suo Apelle, Verr. accusat. 4, 60, 135.

**Cosa**, municipium Etruriae, a quo Cosanum, ad Att. 9. 6, 2. Ib. 15, 27, 1.

**C. Cosconius**, praetor consule Cicerone a. u. c. 691., pro Sulla 14, 42. — Postea pro consule Hispaniam ulteriorem obtinuit habuitque Vatinium legatum, in Vatin. 5, 12. ad Q. fr. 2, 4 (6), 5. — Cosconio mortuo a. u. c. 695. Cicero in eius locum invitatus a Caesare in vigintiviratum agris dandis adsignandis, ad Att. 2, 19, 4.

**C. Cosconius**, diversus a praetorio, P. Vatinii collega in tribunatu a. u. c. 695., aedilis a. u. c. 697., index in causa P. Sestii, in Vatin. 7, 16.

**C. Cosconius Calidianus** Illyricum obtinebat, pro Cluent. 35, 97. De eius eloquentia existimat Cicero, Brut. 69, 242.

**Cosianus**, ad Att. 15, 29, 1.

**Cossi** fratres. Pro iis dixit in causa centumvirali Curio contra M. Antonium oratorem, de orat. 2, 23, 98.

**L. Cossinius** Tiburs, damnato T. Caelio, civis Romanus factus, pro Balbo 23, 53.

**L. Cossinius**, ad Att. 1, 19, 11. Ib. 20, 6. Ib. 2, 1, 1. — Commendatur Ser. Sulpicio, ad fam. 13, 23, 1. — De eo mortuo a. u. c. 709. dolet Cicero, ad Att. 13, 46, 4.

**L. Cossinius Anchialus**, L. Cossinii libertus, commendatur Ser. Sulpicio, ad fam. 13, 23, 1.

**Cosmoe** decem in Creta constituti, comparantur cum tribunis plebi, de r. p. 2, 33, 58.

**Cossutianae** tabernae, ad fam. 16, 27, 2.

**M. Cossutius**, eques Rom., Verr. accusat. 3, 22, 55. Ib. 3, 80, 185.

**L. Cotta**. P. Africanus, homo virtute, fortuna, gloria, rebus gestis amplissimus, postquam bis consul et censor fuerat, L. Cottam in iudicium vocavit, divinat. in Q. Caecil. 21, 69. Pater Aurelius Cotta cos. a. u. c. 610. an L. Aurelius Cotta filius cos. a. u. c. 635. fuerit, incertum est. V. **Aurelii.**

**M.** et **P. Cottii**, equites Romani, Verr. accusat. 5, 64, 165.

**Cottus (Cotys)**, rex Bessorum, in Pison. 34, 84.

**Cotyla.** V. **L. Varius Cotyla.**

**Crabra** aqua Tusculana, ad fam 16, 18, 3. de lege agr. 3, 2, 9.



**Cranon**, oppidum Thessaliae, de orat. 2, 86, 352.

**Crantor**, Acad. post. 1, 9, 34. — Crantor Academicus, Platonis auditor, de fin. 5, 3, 7. — Eius consolatio, Tuscul. 1, 48, 115. Acad. pr. 2, 44, 135. Tuscul. 3, 29, 71. — Crantoris se comitem profitetur in Consolatione Cicero, fragm. p. 347. cf. Tuscul. 3, 6, 12. 5, 37, 107. de orat. 3, 18, 67.

**Crassi.** V. in **Liciniis Crassis.**

**Crassicius**, satelles M. Antonii, Philipp. 5, 6, 18. — Collusor et sodalis eius, Ib. 13, 2, 3.

**Crassipes.** V. **Furius Crassipes.**

**Crater**, sinus ad Baias inter Misenum et Athenaeum s. Minervae promontorium, ad Att. 2, 8, 2.

**Cratera**, sidus, Arat. v. 463., de n. d. 2, 44, 114.

**Craterus** medicus Atticae, ad Att. 12, 13, 1. Ib. 12, 14, 4.

**Crates** Tarsensis, Academicus, Acad. post. 1, 9, 34. V. **Speusippus.**

**Cratippus** Peripateticorum omnium facile princeps, Tim. 1. — Cratippus, doctissimus vir Ciceronique amicissimus, etiam M. Marcellum cos. a. u. c. 703. instruxit omni copia doctrinae, Brut. 71, 250. — Fuit magister M. Ciceronis filii, a. u. c. 710., ad fam. 12, 16, 2. — Eum a. u. c. 710. Athenis audiebat M. Cicero filius, de off. 1, 1, 1. Eius laudes, Ib. 1, 1, 2. Ib. 2, 2, 8. Ib. 3, 2, 5. Ib. 3, 7, 33. M. Cicero filius ad fam. 16, 21, 3. — Somniis et furori fidem tribuit, reliqua divinationis genera reiecit, de divin. 1, 3, 5. cl. ib. 1, 32, 70 et 71. — Refutatur, Ib. 2, 52, 107. — Cratippus probat vatum et dormientium praedictiones, de divin. 1, 50, 113. — Cratippus idem ac Dicaearchus censebat de vaticinatione, Ib. 2, 48, 100. V. **Dicaearchus.** — Cf. de off. 3, 33, 119.

**Cratippus** Tyndaritanus, Verr. accusat. 4, 12, 29.

**Crebrius (?)**, ad Q. fr. 3, 6, 6.

**M. Crepereius**, equestri familia, tribunus militaris designatus a. u. c. 684., index in C. Verris causa, Verr. Act. 1, 10, 30.

**Cresphontes**. Euripidis tragoedia, Tuscul. 1, 48, 115. — Ennii tragoedia, ad Her. 2, 24, 38. de inv. 1, 49, 91.

**Creta**, Apollinis secundi certamen cum Iove de insula Creta, de n. d. 3, 23, 57. — In ea Iovis tertii sepulcrum ostenditur, Ib. 3, 21, 53. — In ea decem, qui Cosmoe vocantur, constituti, de r. p. 2, 33, 58. — Creta Metelli virtute provincia Romana, pro Flacco 13, 50. Philipp. 2, 38, 97. — Caprae ferae in Creta confixae venenatis sagittis dictamnum quaerunt, de n. d. 2, 50, 126.

**Cretense** bellum L. Flaccus ex magna parte gessit atque una cum summo imperatore (Q. Metello) sustinuit, pro Flacco 3, 6.

**Cretes**. Cretum leges, Tuscul. 2, 14, 34. — Cretes et Aetoli latrocinari honestum putant, de r. p. 3, 9, 15. — pro Mur. 35, 74. — Cretensibus Cn. Pompeius, quum ad eum usque in Pamphyliam legatos misissent, spem deditionis non ademit obsidesque imperavit, de imp. Cn. Pomp. 12, 35. Ib. 16, 45.

**T. Crispinus**, quaestor, pro Font. 1, 1. Nieb.

**Crispus.** V. **Marcius.**

**Critias** Atheniensis, unus de XXX.

tyrannis, de orat. 2, 22, 93. Ib. 3, 34, 139. — Eius dicendi genus, Brut. 7, 29. Taeterrimus in Theramenem, Tuscul. 1, 40, 96.

**Crito**, Socratis amicus, Tuscul. 1, 43, 103. de divin. 1, 54, 123. Ib. 1, 25, 53.

**Critobulus.** Cum eo loquitur Socrates in Xenophontis Oeconomico, de sen. 17, 59.

**Critolaus**, Peripateticus, ab Atheniensibus legatus Romam missus a. u. c. 599. una cum Carneade Academico et Diogene Stoico, de orat. 2, 37, 155. cl. ib. 2, 38, 160. — Critolaus imitari voluit antiquos (Peripateticos), et quidem est gravitate proximus et redundat oratio, de fin. 5, 5, 14. — Eius de bonis animi et corporis sententia, Tuscul. 5, 17, 51. — Eius auditor Mnesarchus, de orat. 1, 11, 45.

**Critolaus**, Achaeorum praetor. Eius culpa eversa Corinthus, de n. d. 3, 38, 91.

**Critolaus** Hennensis, Verr. accusat. 4, 26, 59.

**Critonius** (?), ad Att. 13, 20, 3.

**Crodunum**, Galliae oppidum, hodie *Gourdan* ad Garumnam, pro Font. 5, 9.

**Croesus**, opulentissimus rex Asiae. Sors ei edita, de divin. 2, 56, 116. — Responsum ei datum a Pythio Apolline, Ib. 1, 19, 37. — Eius filius infans, Ib. 1, 53, 121. de fin. 2, 27, 87. Ib. 3, 22, 76. Ib. 4, 12, 29 et 31.

**Crommyu acra**, *Κρομμύου ἄκρα*, promontorium Cypri, contra Anemurium, promontorium Ciliciae, ad fam. 12, 13, 4.

**Q. Croto.** Eius servus Scaeva occidit L. Saturninum, pro C. Rabir. perd. 11, 31.

**Croton**, urbs in Bruttiis, eo pervenit Pythagoras, de r. p. 2, 15, 28. ad Att. 9, 19, 3.

***Κροτωνιάτης τυραννοκτόνος***, Milo, ad Att. 6, 4, 3. 6, 7, 1.

**Crotoniatae.** Eos ad fluvium Sagram Locri maximo proelio devicerunt, de n. d. 2, 2, 6. — Zeuxin pictorem ad se vocarunt, ut templum Iunonis egregiis picturis locupletaret, de inv. 2, 1, 1.

**Crustumina** tribus, a Crustumeria s. Crustumio, Sabinorum oppido. In eam pervenit L. Cornelius Balbus, pro Balbo 25, 57. cf. pro Planc. 16, 38.

**Crustuminus** ager, crassus, pro Flacco 29, 71.

**Ctesiphon** scitum fecit de coronando Demosthene, de opt. gen. or. 7, 19. orat. 8, 26. Ib. 30, 111. — A Demosthene defensus, de orat. 3, 56, 213. orat. 38, 133.

**Cularo**, in finibus Allobrogum postea Gratianopolis, *Grenoble*, ad fam. 10, 23, 7.

**Culleo.** V. **Terentius Culleo.**

**Culleolus**, homo vilis, ad Att. 6, 3, 6.

**L. Culleolus**, proconsul, ut videtur, Illyrici, a. u. c. 694. vel 695. Ad eum scriptae sunt ad fam. 13. ep. 41 et 42.

**Cumae**, urbs Campaniae. Cumis Apollo sudavit, de divin. 1, 43, 99. — Cumis mortuus est Tarquinius Superbus, Tuscul. 3, 12, 27. de lege agr. 2, 31, 86.

**Cumani.** Eorum decemprimi et quattuorviri adroganter tractati a M. Antonio, ad Att. 10, 13, 1. — Eis iratus erat Caesar, Ib.

**Cumanum**, Catuli villa, Acad. pr. 2, 25, 80.

**Cumanum** Ciceronis et Varronis villae, Acad. post. 1, 1, 1. — Cumanum, villa Ciceronis, ad Q. fr. 2. 12 (14), 1. ad fam. 16, 10, 1. Ib. 12, 20. — Pompeii villa prope Cumas, ad Att. 4, 10, 2.



**Cumanus** ager, de lege agr. 2, 25, 66.

**Cupidines.** Audax consilium Graecia suscepit, quod Cupidinum et Amorum simulacra in gymnasiis consecravit, de leg. II. fragm. p. 403.

**Cupido** deus, de n. d. 2, 23, 61. — Cupido primus Mercurio et Diana prima natus dicitur, secundus Mercurio et Venere secunda, tertius, qui idem est Anteros, Marte et Venere tertia, Ib. 3, 23, 60. — Cupido secundus, natus ex Mercurio et Venere prima, Ib. 3, 23, 59. — Cupido pinnatus genitus ex Diana prima, Ib. 3, 23, 58. — Cupido argenteus cum lampade, Verr. accusat. 2, 47, 115. — Cupidinis signum marmoreum Praxiteli manu factum et alia signa ex Heii Mamertini sacrario a Verre ablata, Verr. accusat. 4, 2, 4. Ib. 4, 60, 135. — Veneri et Cupidini vota debere dicitur Verres, Ib. 4, 55, 123.

**C. Cupiennius.** Cicero ad eum scripsit de causa Buthrotia ab Attico suscepta, ad Att. 16, 16. D.

**Cures**, Sabinorum caput, ad fam. 15, 20, 1. — Numa Curibus Romam accitus, de r. p. 2, 13, 25.

**Curia**, feminae nomen fictum, ad Her. 4, 21, 29.

**Curiana** defensio contra Scaevolam tota redundavit hilaritate quadam et ioco, de orat. 2, 54, 221. — Curiana causa, topic. 10, 44.

**Curiana** *πτῶσις*, ad Att. 2, 17, 2.

**Curiana** villa in Sabinis, parva, de leg. 2, 1, 3.

**Curiatii** Albani fratres tres, ab Horatiis Romanis occisi, de inv. 2, 26, 78.

**C. Curiatius** tribunus plebis, homo omnium infimus et sordidissimus, D. Brutum et P. Scipionem Nasicam, consules (a. u. c. 616.), in vincula coniecit, de leg. 3, 9, 20.

**L. Curidius**, testis in C. Verrem, Verr. accusat. 4, 20, 44.

**Curii**, Fabricii, Camilli haec ex minimis tanta fecerunt, pro Cael. 17, 39.

**Curio.** V. **Scribonius Curio.**

**Curius.** Cohortes sex, quae Albae fuerant, ad Curium via Minucia transisse dicuntur a. u. c. 705., ad Att. 9, 6, 1. Idemque est qui Vibius dicitur, ad Att. 2, 20, 6.

**C. Curius.** V. **C. Curtius.**

**C. Curius (C. Curtius?)**, propinquus C. Rabirii in tabularii incensi crimine iudicio clarissimo pro virtute sua est honestissime liberatus, pro C. Rabir. perd. 3, 7.

**M'. Curius Dentatus**, pro Sulla 7, 23. — Homo novus, pro Mur. 8, 17. — M'. Curius, tribunus pl., interrege Appio Caeco comitia contra leges habente, quum de plebe consulem non accipiebat, patres ante auctores fieri coëgit, quod fuit permagnum, nondum lege Maenia lata, Brut. 14, 55. — M'. Curius vixerat cum P. Decio, qui quinquennio ante eum consulem a. u. c. 464. se pro re publica quarto consulatu a. u. c. 459. devoverat, de sen. 13, 43. — Samnitium copiae ei non defuerunt. Eius etiam focum Cato, quum venerat ad se in Sabinos, visere solebat, de r. p. 3, 28, 40. — M'. Curii responsum Samnitibus datum, de sen. 16, 55. — A villa in

senatum arcessebantur et Curius et caeteri senes, Ib. 16, 56. — Eius laus auctore Ennio, de r. p. 3, 3, 6. — Cum Q. Papo Aemilio, C. Fabricio Luscino, Ti. Coruncanio coniunctus amicitia fuit, de am. 11, 39. — M'. Curius et Ti. Coruncanius quid de Epicuri doctrina existimaverint, de sen. 13, 43. — Eius triumphus de rege Pyrrho, pro Mur. 14, 31. — Emisit lacum Velinum, ad Att. 4, 15, 5. — Senex rem publ. consilio et auctoritate defendebat, de sen. 6, 15. — Tenuitas victus eius, parad. 1, 2, 12. Ib. 5, 2, 38. Ib. 6, 2, 48. — Magnitudo eius, pro Planc. 25, 60. — M'. Curius a dis dilectus, de n. d. 2, 66, 165. — C. Fabricius, M'. Curius, Ti. Coruncanius sapientes a popularibus suis iudicati, de am. 5, 18. Ib. 8, 28.

**M'. Curius** controversiam cum M. Coponio habuit. Eius causa dicta a L. Crasso contra Q. Mucium Scaevolam, de orat. 1, 39, 180. Ib. 1, 56, 238. 1, 57, 242. Ib. 2, 6, 24. Ib. 2, 32, 140. Brut. 39, 144. Ib. 52, 195. Ib. 73, 256. pro Caec. 18, 53. V. **Curiana causa.**

**M'. Curius**, consobrinus C. Caelii Caldi, quaestoris, Ciceroni maxime necessarius, ad fam. 2, 19, 2. — Quaestor urbanus a. u. c. 693., pro Flacco 13, 30. — M'. Curius tribunus pl. a. u. c. 696. in Ciceronem officiosissimus, ad Q. fr. 1, 4, 3. — Eius patri Cicero quaestor fuit, post red. in sen. 8, 21. — Ad eum Cicero scripsit epistolam, ad fam. 13, 49.

**M'. Curius**, collusor Lysiadis, iudex constitutus ab Antonio, Philipp. 5, 5, 13. Ib. 8, 9, 27.

**M'. Curius**, homo cum M. Cicerone summa familiaritate coniunctus, ad fam. 7, 23—26. Ib. 7, 29. Ib 8, 5, 2. Ib. 8, 6, 3. Ib. 13, 17, 1. 13, 50, 1. Ib. 16, 4, 2. 16, 5, 1. 16, 9, 3 sq. 16, 11, 1. 16, 29, 1. — Heredes instituit Atticum et Ciceronem, ad Att. 7, 2, 3. Ib. 7, 3, 9 et 12. cl. ib 16, 3, 3.

**Q. Curius**, senator, Catilinarius, Q. Cic. de pet. cons. 3, 10. — Homo quaestorius, Cic. in toga candida fragm. 22. p. 243. Aleator, ad Att. 1, 1, 2.

**Cursor.** V. in **Papiriis.**

**Curtilius**, ad Att. 14, 6, 1. Ib. 14, 10, 2.

**Curtius**, accusator, occisus ad lacum Servilium tempore proscriptionis Sullanae vel iam ante a C. Mario, pro Sex. Rosc. 32, 90.

**C. Curtius**, eques Rom., pater C. Rabirii Postumi, pro Rab. Post. 2, 3. Ib. 17, 45.

**C. Curtius**, a Caesare in senatum lectus, ad fam. 13, 5, 2.

**P. Curtius**, ad fam. 6, 18, 2.

**Q. Curtius**, sodalis C. Verris, iudex quaestionis in iudicio ignoto, Verr. accusat. 1, 61, 158.

**Q. Curtius**, bonus et eruditus adolescens, a. u. c. 700. Memmium, candidatum consularem, de ambitu postulavit, ad Q. fr. 3, 2, 3.

**C. Curtius Mithres**, Postumi libertus, ad fam. 13, 69, 1.

**C. Curtius Peducaeanus** praetor a. u. c. 704. Ad eum est epistola ad fam. 13, 59.

**M. Curtius Postumus**, M. Curtio tribunatum mil. a Caesare petivit Cicero a. u. c. 700., ad Q. fr. 2, 13 (15a), 3. Ib. 3, 1, 3, §. 10. — Curtius Caesaris amicus dibaphum cogitat, sed eum infector moratur, ad fam. 2, 16, 7. — Ab eo Atticus impediri videtur, ne



initio belli civilis Italia exeat, ad Att. 10, 13, 3. cl. ib. 2, 5, 3. — Postumus Curtius, Caesarianus, venit ad Ciceronem nihil nisi classes loquens et exercitus a. u. c. 705., ad Att. 9, 2. a., 3. Ib. 9, 5, 1. — Invidiose de eo scribit Cicero, Ib. 9, 5, 1. Ib. 9, 6, 2. Ib. 12, 49, 1. — Ad Ciceronem venit, Ib. 12, 9, 10. — M. Curtius accusat Ciceronem de Caesaris morte laetantem, Ib. 14, 9, 2.

**Q. Curtius Postumus**, Q. et Cn. **Postumi Curtii**, i. e. Curtii Postumi argentarii, Verr. accusat. 1, 39, 100 et 102.

**Cusinius**, ad Att. 12, 38, 4. Ib. 12, 41, 3.

**P. Cuspius**, eques Rom., ad fam. 13, 6, 1. Ib. 16, 17, 2.

**L. Custidius**, Arpinas, tribulis et municeps Ciceronis, ad fam. 13, 58.

**Cybaea**, genus navigii, Verr. accusat. 4, 8, 17 et alias.

**Cybistra**, oppidum Cappadociae secundae, ad montem Taurum, ad fam. 15, 2, 2. Ib. 15, 4, 4. ad Att. 5, 18, 1. Ib. 5, 20, 2.

**Cyclopes**, de divin. 2, 19, 43.

**Cyclops.** Verres Cyclops alter, multo importunior, Verr. accusat. 5, 56, 146.

**Cydas** Gortynius portentum insulae (Cretae), homo audacissimus, iudex constitutus ab Antonio, Philipp, 5, 5, 13. Ib. 8, 9, 27.

**Cydnus**, Ciliciae flumen, Philipp. 2, 11, 26.

**Cyllenia** fides, sidus, Arat. v. 627.

**Cylonium** scelus. Eo expiato Epimenide Crete suadente Athenienses fecerunt Contumeliae fanum et Impudentiae, de leg. 2, 11, 28.

**Cymaeus** fundus ad Cymen, Aeoliae oppidum, pro Flacco 20, 46. — Cymaeus Athenagoras virgis caesus, Ib. 7, 17.

**Cynici** primum, deinde Stoici ab Antisthene, de orat. 3, 17, 62. de fin. 3, 20, 68. de off. 1, 35, 128. Ib. 1, 41, 148.

**Cynicus** consularis videtur M. Pupius Piso Calpurnianus consul a. u. c. 693., ad Att. 2, 9, 1.

**Cynosura**, iugum montis Arcadiae. Ibi humatus Mercurius secundus, de n. d. 3, 22, 57.

**Cynosura** s. Ursa minor, Arat. v. 37. 186. Acad. pr. 2, 20, 66. de n. d. 2, 41, 104. — Parva Cynosura, Ib. 2, 41, 106.

**Cyprii.** Evocari in ius ex insula Cyprios non licet, ad Att. 5, 21, 6. — Cyprii C. Sextilio Rufo commendantur, ad fam. 13, 48.

**Cyprus** et Syria parentes Veneris quartae sive Astartes, de n. d. 3, 23, 59.

**Cyprus**, insula Asiatica e regione Ciliciae asperae, ad fam. 12, 13, 4. pro Flacco 13, 30. ad fam. 15, 4, 15. ad Att. 6, 2, 9.

**Cypselus**, Corinthiorum tyrannus, de r. p. 2, 19, 34. de fato 7, 13. Tuscul. 5, 37, 109.

**Cyrea**, aedificia a Cyro architecto descripta, ad Att. 4, 10, 2.

**Cyrenae**, urbs Cyrenaicae regionis in Africa, pro Planc. 26, 63. — **Cyrenaei**, Tuscul. 1, 43, 102. **Cyrenenses agri**, de lege agr. 2, 19, 51.

**Cyrenaica** philosophia ab Aristippo manavit, de orat. 3, 17, 62.

**Cyrenaici** ab Aristippo Cyrenaeo, Acad. pr. 2, 42, 131. cl. de off. 3, 33, 116. — Cyrenaici minime contempti philosophi, Acad. pr. 2, 24, 76. — Cyrenaici praeter permotiones intimas nihil putant esse iudicii, Ib. 2, 46, 142. — Cy-

renaici melius liberiusque quam Epicurus defendunt omnia ad voluptatem et dolorem et quae sequamur et quae fugiamus referenda esse, de fin. 1, 7, 23. Ib. 1, 11, 39. Ib. 2, 13, 39. — Cyrenaici non omni malo aegritudinem effici censent, sed insperato et necopinato malo, Tuscul. 3, 13, 28. Ib. 3, 15, 31. Ib. 3, 22, 52. — Sunt qui in consolando satis putent ostendere nihil inopinati accidisse, ut Cyrenaici, Tuscul. 3, 31, 76. de fin. 2, 34, 115.

**Cyrrhestica**, Syriae pars proxima Ciliciae, ad Att. 5, 18, 1. Ib. 5, 21, 2.

**Cyrsilus** suadens, ut Athenienses manerent et Xerxem reciperent, lapidibus coopertus a civibus suis, de off. 3, 11, 48.

**Cyrus**. Cyrus ille Perses iustissimus sapientissimusque rex, de r. p. 1, 27, 43. Ib. 1, 28, 44. — Eius somnia quo modo magi interpretati sint, de divin. 1, 23, 46. — Cyrus ille a Xenophonte non ad historiae fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperii, ad Q. fr. 1, 1, 8. §. 23. — Cyri vita et disciplina liber Xenophontis, Brut. 29, 112. — Cyri morientis sermo apud Xenophontem, de sen. 9, 30. cl. ib. 22, 79. — Antiquissimum sepulturae genus illud fuisse videtur, quo apud Xenophontem Cyrus utitur, de leg. 2, 22, 56. de fin. 2, 35, 116. Ib. 3, 22, 76. de off. 2, 5, 16.

**Cyrus**, Antisthenis liber, ad Att. 12, 38, 4.

**Cyrus** minor et Agesilaus Xenophontis: quorum regum summo in imperio nemo umquam verbum ullum asperius audivit, ad Q. fr. 1, 2, 2. §. 7. — Cyrus minor, rex Persarum, praestans ingenio atque imperii gloria: eius colloquium Sardibus cum Lysandro habitum, de sen. 17, 59. — Cum eo militia perfunctus est Xenophon, de divin. 1, 25, 52.

**Cyrus**, architectus. Eius doctrina de fenestris per iocum dicitur *Κύρου παιδεία*, ad Att. 2, 3, 2. — Eum urget Cicero de fratris aedificatione, ad Q. fr. 2, 2, 2. ad fam. 7, 14, 1. — Mortuus a. u. c. 702., pro Mil. 17, 46. Fortasse ad eum pertinet locus corruptus, ad Q. fr. 2, 8 (10), 3. V. **Cyrea.**

**Cytheris**, Volumnii Eutrapeli liberta et amica. Accumbit in cena, cui Cicero interfuit infra Volumnium Eutrapelum, ad fam. 9, 26, 2. — M. Antonius Cytherida secum lectica aperta portat, alteram uxorem, ad Att. 10, 10, 5. Ib. 10, 16, 5.

**Cytherius** per iocum appellatur M. Antonius propter Cytheridis mimae amorem, ad Att. 15, 22.

**Cyziceni**, incolae urbis Cyzici, Verr. accusat. 4, 60, 135. — Fidelissimi socii a L. Lucullo defensi, pro Mur. 15, 33. pro Arch. 9, 21.

**Cyzicus**, urbs Asiae, obsessa a Mithridate, liberata a L. Lucullo, de imp. Cn. Pomp. 8, 20.

**Daedalus**. Livii Andronici Odyssea Latina dicitur tamquam opus aliquod Daedali, Brut. 18, 71.

**Dalmatia** s. **Delmatia**. Res in Dalmatia a P. Vatinio gestae a. u. c. 709., ad fam. 5, 10, 3 et 4.

**Damasippi**. V. **Licinii Damasippi.**

**Damio**. V. **Tettius Damio.**

**Damocles**, adsentator Dionysii tyranni, ab eodem gladio e lacunari saeta equina apto perterrefactus, Tuscul. 5, 21, 61.



**Damon** musicus, Periclis magister, de orat. 3, 33, 132.

**Damon** et Phintias, Pythagorei, de off. 3, 10, 45. Tuscul. 5, 22, 63. V. **Dionysius** minor.

**Danai**. Eis datum erat oraculum non posse capi Troiam sine Philoctetae sagittis, ad Her. 4, 30, 41. Tuscul. 4, 23, 52. de fin. 2, 6, 18.

**Danaus**. Ei quinquaginta fuerunt filiae, parad. 6, 1, 44.

**Daphitas**. Ei fatum fuit ex equo cadere atque ita perire, de fato 3, 5.

**Dardani**, incolae Dardaniae, pro Sest. 43, 94.

**Dardanus**, Antiochi Academici aequalis, Athenis princeps Stoicorum cum Mnesarcho, Acad. pr. 2, 22. 69.

**Dardanus**, C. Furnii libertus, ad fam. 10, 25, 3.

**Dareus**, Persarum rex. Eius praetor Oroetes in crucem egit Polycratem Samium, de fin. 5, 30, 92.

**Dareus** Codomannus. — Vaticinium de eius morte, de divin. 1, 53, 121. — Ab Alexandro M. victus ad Issum, ad Att. 5, 20, 3. ad fam. 2, 10, 3. — In fuga, quum aquam turbidam et cadaveribus inquinatam bibisset, negavit umquam se bibisse iucundius, Tuscul. 5, 34, 97.

**Decemviri**. Decemviri, qui leges scripserunt, sine provocatione creati, de r p. 2, 31, 54. — Eorum res gestae, Ib. 2, 36, 61. — Per eos vindicias amisit ipsa libertas, Ib. 3, 32, 44. — Decemviri, qui XII. tabulas perscripserunt, necesse est fuisse prudentes, de orat. 1, 13, 58.

**Decianus**. V. **Appuleius.**

**Cn. Decidius**, Samnis, pro Cluent. 59, 161.

**L. Decidius Saxa**, Caesarianus. Homo perditus adsecula M. Antonii, Philipp. 8, 3, 9. — Ib. 8, 9, 26. Ib. 10, 10, 22. — Saxa, quem nobis Caesar ex ultima Celtiberia tribunum plebi dedit, castrorum antea metator, nunc, ut sperat, urbis, Philipp. 11, 5, 12. Ib. 12, 8, 20. Ib. 13, 13, 27. — Peritus metator et callidus, Ib. 14, 4, 10.

**Decii** duo ad voluntariam mortem cursum equorum incitaverunt, de sen. 20, 74. — Eorum devotio consilium imperatorium fuit, de n. d. 3, 6, 15. — Decii se devoverunt pro salute rei publ., de domo sua 24, 64. cl. ep. ad Octav. §. 10. — Decii duo fortes viri. de off. 3, 4, 16. cl. ib. 1, 18, 61. — Cum Latinis decertans pater Decius, cum Etruscis filius, cum Pyrrho nepos se hostium telis obiecerunt, Tuscul. 1, 37, 89. cl. ib. 2, 24, 59. de fin. 5, 22, 64. — Quae vis patrem Decium, quae filium devota vita immisit in armatas hostium copias? parad. 1, 2, 12.

**C. Decimius**, Attici familiaris, ad Att. 14, 16, 15.

**Decimus**. P. Clodius (a. u. c. 697.) vix iam Decimum designatorem, vix Gellium retinet, ad Att. 4, 3, 2. cf. de domo sua 19, 50.

**Decius**. Iocus Lucilianus in eum, de orat. 2, 62, 253.

**Decius** Campanus, in Pison. 11, 24.

**Decius**, P. Sestii libertus, ad fam. 5, 6, 1.

**P. Decius Q. F. Mus**, tribunus mil. fuit a. u. c. 411. — Eius somnium in bello Samnitico, de divin. 1, 24, 51. Ib. 2, 66, 136. — Post

triennium, quum consul esset, devovit se, Ib. — P. Decius Mus, collega T. Manlii Imperiosi Torquati a. u. c. 414., princeps in ea familia consulatus, se devovit et equo admisso in mediam aciem Latinorum irruit, de fin. 2, 19, 61. V. Tuscul. 1, 37, 89. — P. Decius primum pater, post aliquot annos patria virtute praeditus filius se ac vitam suam instructa acie pro salute populi Rom. victoriaque devovit, pro Sest. 21, 48. de sen. 13, 43. cl. ad Her. 4, 44, 57.

**P. Decius Mus** in devotione vitae et in ipso genere mortis imitatus est patrem, pro Rab. Postumo 1, 2. V. **Decii.**

**P. Decius.** Ambigitur ceperitne contra leges pecunias P. Decius, de orat. 2, 31, 135. partit. orat. 30, 104. De eius eloquentia, Brut. 28, 108.

**P. Decius**, collega M. Antonii in septemviratu, Philipp. 11, 6, 13. Ib. 13, 13, 27.

**Q. Decius** trib. pl. a. u. c. 634. maiestatis accusavit L. Opimium, C. Gracchi interfectorem, de orat. 2, 30, 132.

**Decumi (s. Decimi)** et Clodii, de operis Clodianis, de domo sua 19, 50.

**Deianira**, Oenei filia, Herculis uxor, Tuscul. 2, 8, 20. de n. d. 3, 28, 70.

**Deiotarus** rex, pater. Eius auxiliis magnis usus est Cicero in bello adversus Pindenissitas a. u. c. 703., ad Att. 5, 18, 2. Ib. 5, 20, 9. Ib. 5, 21, 14. Ib. 6, 1, 4 et 14. — Deiotarus rex iudicio senatus, de harusp. resp. 13, 29. — Eius litterae de irruptione Parthorum a. u. c. 703., Cael. ad fam. 8, 10, 1 et 2. — Fidelissimus rex atque amicissimus rei publ. Romanae, ad fam. 15, 2, 2. Ib. 15, 4, 5 et 7. cl. ib. 15, 1, 6. — Maxime necessarius M. Catoni, Ib. 15, 4, 15. — Mittit legatos ad Ariobarzanem, Cappadociae regem, de pecunia ab eo M. Bruto debita, ad Att. 6, 1, 4. — Pinarium diligentissime curat graviter aegrum, Ib. 6, 1, 23. — Deiotarus nihil umquam nisi auspicato gessit, de divin. 1, 15, 26. cl. ib. 1, 15, 27. Ib. 2, 8, 20. Ib. 2, 37, 78. Ib. 2, 36, 77. — Deiotarus Caesarem eodem tempore hostem et hospitem vidit, Ib. 2, 37, 79. — Causa Deiotari defensa a M. Bruto a. u. c. 707., Brut. 5, 21. — Pro eo coram Caesare M. Brutus dixit Nicaeae, ad Att. 14, 1, 2. — Orationem pro Deiotaro habitam Cicero mittit Dolabellae a. u. c. 709., ad fam. 9, 12, 1. — Iocatur de exiguis Deiotari muneribus, Ib. 9, 12, 2. Cf. totam or. Deiotarianam. — Eum nepos Castor in discrimen capitis adduxit, pro Deiot. 1, 2. — Eius frugalitas, Ib. 9, 27. — Eius gener Saocondarius, Ib. 11, 30. — Magno animo et erecto erat, Ib. 13, 36. — Inimicissimus Deiotaro Caesar, Philipp. 2, 37, 93 sqq. — Deiotari ministri Hieras et Blesamius, ad Att. 16, 3, 6. — Item Antigonus, pro Deiot. 15, 41. — Dignus ille quidem omni regno, sed non per Fulviam, ad Att. 14, 12, 1. cl. ib. 14, 19, 2. — Deiotarus rex sua sponte, nullis commentariis Caesaris, simul atque audivit eius interitum, suo Marte res suas recuperavit, Philipp. 2, 37, 95. — De ope ab eo et eius filio imperio Rom. ferenda, Ib. 11, 12, 31. —



Deiotarorum laudes, Ib. 12, 13, 33. de har. resp. 13, 29. — Ab eo et Tillio Cimbro Dolabella caesus fugatusque esse dicebatur, ep. ad Brut. 1. 6.

**Deiotarus** filius, rex ab senatu appellatus, ad Att. 5, 17, 3. Ib. 5, 18, 4. — Ei Artavasdis filia pacta est, Ib. 6, 21, 2. — Summa in eo spes, summa ingenii indoles, summa virtus, Philipp. 13, 33. cl. ib. 11, 12, 31. 11, 13, 33.

**Deliaca** et Corinthia vasa, pro Sex. Rosc. 46, 133. — Deliaca supellex, Verr. accusat. 2, 72, 176. — Deliaca et Corinthia supellex ex aere, Ib. 2, 34, 83. — Deliaca vasa, Ib. 4, 1, 1.

**Deliacus** ille, qui ova cognoscebat, Acad. pr. 2, 26, 86. — Deliacus mercator, Cornel. sec. fragm. 8. p. 215. Item orat. 70, 232.

**Delium.** Athenienses apud Delium male pugnarunt Lachete praetore, de divin. 1, 54, 123.

**Delos**, insula in Aegaeo mari posita, de imp. Cn. Pomp. 18, 55. Acad. pr. 2, 18, 57. de leg. 1, 1, 2. Verr. accusat. 1, 17, 46. Ib. 1, 18, 48. ad Att. 5, 12, 1. Ib. 9, 4, 4. Delii, incolae Deli, Verr. accusat. 1, 18, 48.

**Delphi**, Phocidis urbs. Ex Hyperboreis Apollinem tertium Delphos ferunt advenisse, de n. d. 3, 23, 57. — Apollinis templum Delphis a Trophonio et Agamede exaedificatum, Tuscul. 1, 47, 114. — Delphicum oraculum a Lacedaemoniis consultum, de divin. 1, 43, 95. — Gallicae nationes (duce Brenno) quondam longe ab suis sedibus Delphos usque ad Apollinem Pythium vexandum ac spoliandum profectae sunt, pro Font. 10, 20. cl. de divin. 1, 37, 81. — Oraculum Delphis celebre et clarum, Ib. 1, 19, 37. — Oracula Delphis non edebantur iam diu ante Ciceronis aetatem, Ib. 2, 56, 116. — Delphis erat statua Lysandri; stellae aureae (Castor et Pollux) a Lacedaemoniis positae post navalem illam victoriam Lysandri, qua Athenienses conciderunt, de divin. 1, 34, 75. cf. Tuscul. 5, 25, 70.

**Delphicae** mensae ex marmore, Verr. accusat. 4, 59, 131.

**Delphicus Apollo**, Tuscul. 1, 22, 52. Ib. 1, 47, 114. V. **Apollo.**

**Delphinus**, sidus, Arat. v. 333. de n. d. 2, 44, 113.

**Deltoton**, sidus, Arat. v. 239.

**Demades.** Eius nulla exstant scripta, Brut. 9, 36. Praeter caeteros fertur facetus fuisse, orat. 26, 90.

**Demaratus** Corinthius, de r. p. 2, 19, 34. Tuscul. 5, 37, 109.

**Demea**, servus Ciceronis, ad Att. 13, 30, 2. Ib. 13, 31, 1.

*Δημήτηρ* quasi *Γῆ μήτηρ*, de n. d. 2, 26, 67.

**Demetrius**, homo Ciceroni familiaris, ad fam. 16, 17, 2. Ib. 16, 19. Ib. 16, 22, 2.

**Demetrius.** Bellienus, verna Demetrii, Cael. ad fam. 8, 15, 2.

**Demetrius**, Pompeii servus, libertus Caesaris, significari videtur Philipp. 13, 5, 12. Demetrius gratissimus apud Pompeium libertus, ad Att. 4, 11, 1.

**Demetrius** Magnes, aequalis Ciceronis et amicus Attici. Eius liber *περὶ ὁμονοίας*, ad Att. 4, 11, 2. — Ib. 8, 11, 7. Ib. 8, 12, 6. Ib. 9, 9, 2.

**Demetrius Megas** Siculus, Ciceronis hospes, ad fam. 13, 36, 1.

**Demetrius**, Phanostrati filius, Phalereus, princeps Athenarum, quum patria pulsus esset iniuria, ad Ptolemaeum se regem Alexandream contulit. Qui quum in philosophia excelleret Theophrastique esset auditor, multa praeclara in illo calamitoso otio scripsit etc., de fin. 5, 19, 54. — Demetrius Phalereus, a Theophrasto doctus, mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum otioque non modo in solem atque pulverem, sed in ipsum discrimen aciemque produxit, de leg. 3, 6, 14. — Disputator subtilis, orator parum vehemens, dulcis tamen, ut Theophrasti discipulum possis agnoscere, de off. 1, 1, 3. — Doctus vir, Atheniensium rem publ. exsanguem iam et iacentem sustentavit, de r. p. 2, 1, 2. — De eius morte, pro Rab. Postumo 9, 23. — Demetrius Phalereus, politissimus orator, de orat. 2, 23, 95. — Eruditissimus oratorum antiquiorum omnium, sed non tam armis institutus quam palaestra, Brut. 9, 37. — *Ἀλληγορίαν* frequentat, orat. 27, 94. — In suavitate Ciceronis iudicio praestitit caeteris, Ib. 27, 92. — Ex illius orationibus redolere ipsae Athenae videntur. — Et floridior quam Hyperides, quam Lysias, Brut. 82, 285. — De Demosthenis studio et exercitatione scripsit, Q. Cic. de pet. cons. 1, 2. cl. de divin. 2, 46, 96. — Quid de Solone tradiderit, de leg. 2, 25, 64. — De sepulcris Atheniensibus, Ib. 2, 25, 66. — Periclem principem Graeciae vituperat, quod tantam pecuniam in praeclara illa propylaea coniecerit, de off. 2, 17, 60.

**Demetrius** Poliorcetes, Antigoni filius, de off. 2, 7, 26.

**Demetrius** Syrus, vetus et non ignobilis dicendi magister, apud quem Cicero, quum esset Athenis (a. u. c. 675.), studiose exerceri solebat, Brut. 91, 315.

**Demetrius** Tyndaritanus, gymnasiarchus, Verr. accusat. 4, 42, 92.

**Demiurgus**, Turpilii fabula, ad fam. 9, 22, 1.

**Demochares** Leuconoënsis, Demosthenis sororis filius, orator Atticus, de orat. 2, 23, 95. Brut. 83, 283.

**Democritii** ornati homines in dicendo et graves, de orat. 1, 10, 42. — Democritius, v. c. Anaxarchus, de n. d. 3, 33, 82 et al.

**Democritus**, dicitur oculis se privasse; certe, ut quam minime animus a cogitationibus abduceretur, patrimonium neglexit, agros deseruit incultos, nihil quaerens aliud nisi beatam vitam, de fin. 5, 29, 87. cl. Tuscul. 5, 39, 114 sq. — Democritus, Pythagoras, Anaxagoras a regendis civitatibus totos se ad cognitionem rerum transtulerunt, de orat. 3, 15, 56. — A Democrito propter discendi cupiditatem videmus ultimas terras esse peragratas, de fin. 5, 19, 50. cl. Tuscul. 4, 19, 44. Ib. 4, 25, 58. — Eius doctrina de atomis, de n. d. 1, 24, 66. cl. 1, 25, 75. de fato 10, 23. Ib. 20, 46. Tuscul. 1, 18, 42. — Idem negat esse quidquam sempiternum, de n. d. 1, 12, 29. — Censuit omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis adferret, de fato 17, 39. — De divinatione non inscite nugatur, ut physicus, de divin. 2, 13, 30. — Plurimis locis praesensionem rerum futurarum comprobavit, Ib. 1, 3, 5. — Censet sapienter instituisse veteres, ut hostium immolatarum inspicerentur exta, Ib. 1, 57, 131. — Quae ille Gargettius (Epicurus) et iam ante Democritus *εἴδωλα*, Catius spectra nominabat, ad fam. 15, 16, 1. — Imaginum Epicuriarum licentia a Democrito est, de n. d. 1, 38, 107. — Democritus simulacra et Epicurus imagines deorum inducens quodam pacto negat esse deos, Ib. 2, 30, 76. — Censet dormientium animos externa et adventicia visione pulsari, de divin. 5, 58, 120. — Negat sine furore quemquam poëtam magnum esse posse, de divin. 1, 37, 80. cl. de orat. 2, 46, 194. — Democritus optimis verbis causam explicat, cur ante lucem galli canant, Ib. 2, 26, 57. — Verum plane negat esse, sensus quidem non obscuros dicit, sed tenebricosos, Acad. pr. 2, 23, 73. cl. Acad. post. 1, 12, 44. Acad. pr. 2, 10, 34. — Democritus Leucippo in hoc similis, ut diceret plenum et inane esse, e quo omnia gignerentur, uberior in caeteris, Ib. 2, 37, 118. cf. ib. 2, 40, 125. — Democritus singulas mundi partes persequens, quidquid aut sit aut fiat, naturalibus fieri aut factum esse docet ponderibus et motibus, Ib. 2, 38, 121. — Democritus, vir magnus in primis, cuius fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit, nutare videtur in natura deorum etc., de n. d. 1, 43, 120. — 'Veni Athenas', inquit Democritus, 'neque me quisquam ibi agnovit', Tuscul. 5, 36, 104. — Eum non coëgit in suis studiis obmutescere senectus, de sen. 7, 23. — Arcesilae calumnia conferenda non est cum Democriti verecundia, Acad. pr. 2, 5, 14. — Democritus physicus ornate locutus est, de orat. 1, 11, 49. — Valde Heraclitus obscurus; minime Democritus, de divin. 2, 64, 133. — Video visum esse non nullis Platonis et Democriti locutionem . . . . . potius poëma putandum quam comicorum poëtarum, orat. 20, 67. — Multa ex eo hausit Epicurus, de fin. 1, 6, 17 et 18. Ib. 1, 6, 20. — Eum unum secutus est Epicurus, Ib. 2, 31, 102. — Epicurus in Democritum ipsum, quem secutus est, fuit ingratus, de n. d. 1, 33, 93. — Epicurii contendebant Democriti errata ab Epicuro reprehensa et correcta permulta esse, de fin. 1, 8, 28. — Num aliquis dolor aut omnino post mortem sensus in corpore est? Nemo id quidem dicit, etsi Democritum insimulat Epicurus: Democritii negant, Tuscul. 1, 34, 82. — V. etiam Tuscul. 5, 23, 66. de orat. 2, 58, 235.

**Democritus** Attici, ad Att. 6, 1, 13.

**Democritus** Sicyonius, ad fam. 13, 78, 1.

**Demonicus**, ad Att. 15, 4, 1.

**Demosthenes**. De eius studiis, laboribus, vigiliis, de orat. 1, 61, 260. Q. Cic. de pet. cons. 1, 2. — de fin. 5, 2, 5. de divin. 2, 46, 96. Tuscul. 4, 19, 44. Ib. 4, 25, 55. — De eius cupiditate gloriae, Ib. 5, 36, 103. — Demosthenes, quia in sententiarum ornamentis et conformationibus praestat omnibus, idcirco a doctis oratorum est princeps habitus, Brut. 37, 141. Tamen interdum non omnibus satis fecit, orat. 29, 104. fragm. p. 258

Demosthenes tribuit et primas et secundas et tertias actioni, orat. 17, 56. cl. de orat. 3, 56, 213. Brut. 38, 142. — Demosthenis et Aeschinis nobilissimas orationes inter seque contrarias convertit Cicero, de opt. gen. or. 5, 14. — Demosthenes comparatur cum Pacideiano, Ib. 6, 17. — Demosthenes non tam dicax fuit quam facetus, orat. 26, 90. — Demosthenis fulmina, orat. 70, 234. — Δημοσθένους fulmina, ad Att. 15, 1. B., 2. — Demosthenes concursionem vocalium magna ex parte ut vitiosam fugit, orat. 44, 151. — In oratoribus Graecis quidem admirabile est, quantum inter omnes unus excellat, orat. 2, 6. — Demosthenes clarior propter scriptorum multitudinem quam Pericles, de orat. 3, 19, 71. — Demosthenes, Hyperides, Lycurgus, Aeschines, Dinarchus — omnes in eodem veritatis imitandae genere versati, Ib. 2, 23, 94. — Eius laudes summae, orat. 7, 23. Brut. 9, 35. de orat. 1, 13, 58. — Eius pro Ctesiphonte oratio longe optima, orat. 8, 26. — Reprehensus in quibusdam ab Aeschine, Ib. — Demosthenes et Aeschines alter alteri obiicit vocis flexiones, Ib. 18, 57. — Aeschinis lepidum dictum de Demosthenis oratione de corona, de orat. 3, 56, 213. — Demosthenes vim habuit, Ib. 3, 7, 28. — Oratores laudari video, si qui e nostris Hyperidem sint aut Demosthenem imitati, Acad. post. 1, 3, 10. — Nemo est orator qui se Demostheni similem nolit esse, de opt. gen. or. 2, 6. — Demosthenes φιλιππίζειν Pythiam dicebat, de divin. 2, 57, 118. — In iis orationibus, quae Philippicae nominantur, enituit et se ab hoc refractariolo iudiciali genere abiunxit, ut σεμνότερός τις καὶ πολιτικώτερος videretur, ad Att. 2, 1, 3. — Eius orationes contra Leptinem, Aeschinem, pro causa Ctesiphontis, orat. 37, 111. — Eius oratio in Ctesiphontis iudicio in eam formam, quae est insita in mentibus nostris, includi sic potest, ut maior eloquentia non requiratur, Ib. 38, 133. cf. de eadem oratione in primis, de opt. gen. or. 7, 19. — Sententiarum ornamentis frequentissime utitur, orat. 39, 136. — Platonis disciplina usus est, Brut. 31, 121. de orat. 1, 20, 89. orat. 4, 15. — Laudatus a Menedemo, rhetore Atheniensi, de orat. 1, 19, 88. Demosthenes certe potuit summisse dicere, elate Lysias fortasse non potuit, de opt. gen. or. 4, 10. — Atticorum oratorum facile princeps, Ib. 4, 13. — Demosthenem existimat Cicero, si illa, quae a Platone didicerat, tenuisset et pronunciare voluisset, ornate splendideque facere potuisse, de off. 1, 1, 4. — Demosthenes nihil Lysiae subtilitate cedit, nihil argutiis et acumine Hyperidi, nihil laevitate Aeschini et splendore verborum, orat. 31, 110. — Quid est tam dissimile quam Demosthenes et Lysias, quam iidem Hyperides, quam omnium horum Aeschines? Brut. 82, 285. — Quum Demosthenes dicturus esset, concursus audiendi causa ex tota Graecia fiebant, Ib. 84, 289. — Demosthenes officit Lysiae, Brut. 17, 66. cf. Tuscul. 1, 5, 10. de off. 2, 13, 47.

**Demostratus**, Cn. Otacilii Nasonis libertus, ad fam. 13, 33.



**Denseletae**, populus Thraciae occidentalis, in Pison. 34, 84.

**Derbes**, incola Derbae, urbis Lycaoniae, ad fam. 13, 73, 2.

**Dertona**, oppidum Liguriae inter Genuam et Placentiam situm, hodie *Tortona*, ad fam. 11, 10, 5.

**Deterio** (**Doterio**) histrio, ad Att. 1, 16, 5.

**Deucalion**, Tuscul. 1, 10, 21.

**Dexippus**, servus Ciceronis, ad fam. 14, 3, 3.

**Dexius**, Liciniae C. Cassii sororis maritus, ad fam. 7, 23, 4.

**Dexo** Tyndaritanus, Verr. accusat. 5, 42, 108. Ib. 5, 49, 128.

**Di.** Deorum sepulcra in Graecia, Tuscul. 1, 13, 29.

**Di Manes**, de leg. 2, 9, 22.

**Dia** et Caelus, parentes Mercurii primi, de n. d. 3, 22, 56.

**Diadematus.** V. in **Caeciliis Metellis.**

**Diagondas** Thebanus omnia sacra nocturna lege perpetua sustulit, de leg. 2, 15, 37.

**Diagoras** Melius (Ἄθεος dictus) et Theodorus Cyrenaicus nullos esse omnino deos putaverunt, de n. d. 1, 1, 2. Ib. 1, 23, 63. Ib. 1, 42, 117. — Faceta eius dicta, Ib. 3, 37, 89.

**Diagoras** Rhodius, Olympionices nobilis, Tuscul. 1, 46, 111.

**Dialectici**, de orat. 3, 15, 58. fragm. p. 287.

**Diana** prima et Mercurius parentes Cupidinis primi, de n. d. 3, 23, 60. — Diana, prima Iovis et Proserpinae filia, secunda notior Iovis tertii et Latonae, tertiae pater Upis traditur, Glauce mater, de n. d. 3, 23, 58. — Latona confugit Delum atque ibi Apollinem Dianamque peperit, Verr. accusat. 1, 18, 48. — Diana violata ab Orione in insula Chio, Arat. v. 668. — Diana et Luna, de n. d. 2, 27, 68. Ib. 3, 20, 51. — Apollinis exta interdum bona, Dianae non bona, de divin. 2, 17, 38. — Apud quosdam lex erat, ne quis Dianae vitulum immolaret, de inv. 2, 31, 95. — Ei immolata Iphigenia, de off. 3, 25, 95. — Templum Ephesiae Dianae, de divin. 1, 23, 47. de n. d. 2, 27, 69. Verr. accusat. 1, 33, 85. — Dianae Segestanae signum ex aere ablatum a C. Verre, Ib. 4, 34, 74 sqq. — Eadem Diana memoratur orat. 62, 210. — Pergae fanum antiquissimum et sanctissimum Dianae spoliatum a C. Verre, Verr. accusat. 1, 20, 54. cl. ib. 3, 21, 54. — Dianae templum in Insula, parte urbis Syracusarum, Ib. 4, 53, 118. — Dianae sacellum in Caeliculo sublatum a L. Pisone, de harusp. resp. 15, 32.

**Dianium**, hodie *Denia*, oppidum Hispaniae Tarraconensis, Verr. accusat. 5, 56, 146. cl. ib. 1, 34, 87.

**Dicaearchus**, Siculus ex urbe Messana, Peripateticus, Aristotelis discipulus, de leg. 3, 6, 14. cl. de divin. 1, 3, 5. — Luculentus homo et civis paullo melior quam isti ἀδικαίαρχοι, ad Att. 2, 12, 4. — Platonem non iniuria Dicaearchus accusavit, quod amori auctoritatem tribueret, Tuscul. 4, 34, 71. — Dicaearcho visum est ne esse quidem ullum animum, Acad. pr. 2, 39, 124. — Magna controversia erat Dicaearcho cum Theophrasto, ut ille τὸν πρακτικὸν βίον longe omnibus anteponeret, hic autem τὸν θεωρητικόν, ad Att. 2, 16, 3. — Dicaearchus tres libros scripsit, qui Lesbiaci

vocantur, in quibus vult efficere animos hominum esse mortales, Tuscul. 1, 31, 77. — Eius liber *Πελληναίων* (*πολιτεία*). Eiusdem libri *Κορινθίων* et *Ἀθηναίων* (*πολιτεῖαι*), ad Att. 2, 2, 2. — Libri (eius) *Φαίδρου περὶ θεῶν* et *Παλλάδος*, Ib. 13, 39, 2. — Dicaearchi tabulae, Ib. 6, 2, 3. Ib. 7, 3, 1. Ib. 8, 4, 1. — Dicaearchus, familiaris Attici, Ib. 13, 30, 3. — Dicaearchi (liber) *καταβάσεως* (*εἰς Τροφωνίου*), Ib. 13, 31, 2. — Dicaearchi *περὶ ψυχῆς* libri duo et *καταβάσεως*, tum *Τριπολιτικὸς* et epistola eius, quam ad Aristoxenum misit, Ib. 13, 32, 2. Ib. 13, 33, 2. — Dicaearchus et Cratippus censent esse in mentibus hominum tamquam oraculum aliquod, ex quo futura praesentiant etc., de divin. 2, 48, 100. — Dicaearchus probat vatum et dormientium praedictiones, Ib. 1, 50, 113. — Dicaearchus caetera divinationis genera sustulit, somniorum et furoris reliquit, Ib. 1, 3, 5. — Magnus eius liber est nescire res futuras melius esse quam scire, Ib. 2, 51, 105. — Eius liber de interitu hominum, de off. 2, 5, 16. — Dicaearchi sermo, quem Corinthi habitum tribus libris exponit, Tuscul. 1, 10, 21. Ib. 1, 11, 24. Ib. 1, 18, 41. Ib. 1, 22, 51.

**Didia** lex. V. **lex Caecilia et Didia.**

**Didii**, novi homines, pro Mur. 8, 17.

**T. Didius** ex praetura de Scordiscis triumphavit a. u. c. 641. ex Thracia, in Pison. 25, 61. — Eius triumphi memorantur etiam pro Planc. 25, 61. P. Didius dicitur in libris Ciceronis, etiam pro Font. 19, 43 (15, 33).

**T. Didius**, trib. pl. cum L. Cotta a. u. c. 659. vi pulsus ex templo in seditione orta propter Q. Caepionis causam, de orat. 2, 47, 197. V. **L. Aurelius Cotta.**

**Dies** et Aether, Caeli parentes, an di, de n. d. 3, 17, 44. — Dies et Caelus parentes Veneris primae, Ib. 3, 23, 59.

**Digiti Idaei** s. *Δάκτυλοι*. Ex iis Iuppiter tertius, de n. d. 3, 16, 42.

**Dinaea**, Larinas, socrus Oppianici, pro Cluent. 7, 21. Ib. 12, 33. Ib. 14, 40.

**Dinarchus**, orator Atheniensis, Demosthenis aequalis, de orat. 2, 23, 94. Brut. 9, 36. V. **Hyperides.**

**Dino**, historicus Graecus. Eius Persica, de divin. 1, 23, 46.

**Dinomachus**, philosophus Graecus. Dinomachus et Calliphon voluptatem cum honestate copulaverunt, Tuscul. 5, 30, 85. Ib. 5, 31, 87. de fin. 5, 8, 21. de off. 3, 33, 119.

**Dio** Academicus, Acad. pr. 2, 4, 12.

**Dio** Alexandrinus, a civibus legatus Romam adversus Ptolemaeum, huius iussu veneno necatus, pro Cael. 10, 23, Ib. 21, 51.

**Dio** Halaesinus (Q. Caecilius Dio), vexatus a C. Verre, Verr. accusat. 1, 10, 27. Ib. 2, 7, 19 sqq. Ib. 2, 8, 23.

**Dio** Pergamenus, accusator Polemocratis, pro Flacco 30, 74.

**Dio**, philosophus, Papirii Paeti familiaris, ad fam. 9, 26, 1. cl. Acad. pr. 2, 4, 12.

**Dio** Stoicus, de magistratibus scripsit, de leg. 3, 5, 14.

**Dio** Syracusius, eruditus a Platone, de off. 1, 44, 155. de orat. 3, 34, 139. — Platonis ad eius propinquos epistola, Tuscul. 5, 35, 100. Dionis legatio, ad Att. 15, 10.



**Diochares**, Caesaris libertus, ad Att. 11, 6, 7. — Hinc Diocharinae litterae, Ib. 13, 45, 1.

**Diocles** Centuripinus, Verr. accusat. 3, 56, 129.

**Diocles**, **Phimes** cognomine, Panhormitanus, Verr. accusat. 3, 40, 93. Ib. 5, 7, 16.

**Diocles Popilius**, Lilybaetanus, Verr. accusat. 4, 16, 35.

**Diodorus** Iassensis, dialecticus, Cronus dictus, de fato 6, 12. Ib. 7, 13. Ib. 9, 17. ad fam. 9, 4. Acad. pr. 2, 24, 75. cf. ib. 2, 47, 143.

**Diodorus**, auditor Peripatetici Critolai circa a. u. c. 645., de orat. 1, 11, 45. Honestati vacuitatem doloris adiunxit, Tuscul. 5, 30, 85. de fin. 2, 6, 19. Ib. 2, 11, 34. Ib. 5, 5, 14. Ib. 5, 8, 21. Acad. pr. 2, 42, 131. de fin. 4, 18, 49. Ib. 5, 25, 73.

**Diodorus** Melitensis, testis in Verrem, Verr. accusat. 4, 18, 38.

**Diodorus**, Timarchidi filius, senator Syracusanus, Verr. accusat. 4, 62, 137.

**Diodotus**, Luculli libertus, ad Q. fr. 1, 2. 4. §. 12.

**Diodotus** Stoicus, homo eruditissimus, ad fam. 13, 16, 4. — Ab eo Cicero est institutus, de n. d. 1, 3, 6. Brut. 90, 309. Vixit cum M. Cicerone cumque heredem fecit, Acad. pr. 2, 36, 115. ad fam. 9, 4. Tuscul. 5, 39, 113. ad Att. 2, 20, 6.

**Diogenes** Apolloniates aëre utitur deo, de n. d. 1, 12, 29.

**Diogenes** Babylonius, Stoicus, ab Atheniensibus legatus Romam missus a. u. c. 599. una cum Carneade et Critolao, Romae philosophiae studia excitavit, Acad. pr. 2, 45, 137. de orat. 2, 37, 155. Tuscul. 4, 3, 5. — *Διαλεκτικὴν* tradebat, de orat. 2, 38, 157. — Reprehenditur, Ib. 2, 38, 159. — Bonum definit id, quod esset natura absolutum, de fin. 3, 10, 33. Ib. 3, 15, 49. — Multa de magistratibus quaesivit, de leg. 3, 5, 14. — Unus inter Stoicos praeter Panaetium *τὰ πολιτικὰ* tractavit, Ib. — Diogenes Babylonius et Chrysippus, detracta utilitate, ne digitum quidem bonae famae causa porrigendum esse dicebant, de fin. 3, 17, 57. — Eius controversia cum Antipatro discipulo, de off. 3, 12, 51 sqq. Ib. 3, 23, 91. — Ab eo Carneades dialectica didicerat, Acad. pr. 2, 30, 98. — Chrysippum consequens in eo libro, qui inscribitur de Minerva, partum Iovis ortumque virginis ad physiologiam traducens disiungit a fabula, de n. d. 1, 15, 41. — Diogenes Babylonius, Chrysippi auditor, unum librum de divinatione edidit, de divin. 1, 3, 6. — Eius ratiocinatio de divinatione, Ib. 1, 39, 84. Ib. 2, 49, 101. cl. ib. 2, 43, 90. Ib. 2, 43, 91. — Eum non coëgit in suis studiis obmutescere senectus, de sen. 7, 23. cl. de fin. 1, 2, 6.

**Diogenes** Cynicus, de n. d. 3, 34, 83. Tuscul. 1, 43, 104. Ib. 3, 23, 56. Ib. 5, 32, 92. de n. d. 3, 36, 88. pro Mur. 36, 75.

**Diogenes** Graeculus, M. Caelii familiaris, Cael. ad fam. 8, 8, 10. cl. ib. 2, 12, 2.

**Diogenes**, servus Cleophanti medici, pro Cluent. 16, 47.

**Diognetus** Venerius, decumanus, Verr. accusat. 3, 38, 86.

**Diona** et Iuppiter parentes Veneris tertiae, de n. d. 3, 23, 59.

**Dionysia** saltatrix, pro Q. Rosc. 8, 23.

**Dionysiarchus**, proagorus, id est, summus magistratus Catinae, Verr. accusat. 4, 23, 50.

**Dionysius** maior, XXXVIII. annos tyrannus Syracusanorum fuit, quum V et XX natus annos dominatum occupavisset, de n. d. 3, 33, 81. Tusc. 5, 20, 57. — Eius mater, quum praegnans eum alvo contineret, somniavit se peperisse Satyriscum, de divin. 1, 20, 39. — Ei prodigium oblatum ante quam regnare coepit, de divin. 1, 33, 73. Ib. 2, 31, 67. — Eius familiaris erat Philistus historicus, de orat. 2, 13, 57. cf. ad Q. fr. 2, 11 (13), 4. — Cruciatu timoris angi solitus, de off. 2, 7, 25. — Misera eius vita, Tuscul. 5, 20, 57—63. — Omnia moliendo eripuit civibus suis libertatem, de r. p. 1, 17, 28. — Carcer ab eo factus Syracusis, quae lautumiae vocantur, Verr. accusat. 5, 55, 143. Ib. 5, 56, 145. — Vexavit Platonem, pro Rab. Postumo 9, 23. de r. p. 3, 31, 43. de fin. 4, 20, 56. — Faceta eius dicta de Proserpina, Iove Olympio, Aesculapio, aliis a se expilatis, de n. d. 3, 34, 83. — Duas habebat uxores, Tuscul. 5, 20, 59.

**Dionysius** minor, Damonis et Phintiae Pythagoriorum fidem admiratus petivit, ut se ad amicitiam tertium adscriberent, de off. 3, 10, 45. [Falso hoc Cicero rettulit ad Dionysium maiorem, Tuscul. 5, 22, 63.] — Dionysius, quum Syracusis pulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse, ad fam. 9, 18, 1. Tuscul. 3, 12, 27. — Nosti illud: *Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ*, ad Att. 9, 9, 1.

**Dionysius** Heracleotes, Zenonis discipulus, multos annos tenuit, honestum quod esset, id bonum solum esse, postea dolore oculorum commotus defensitavit honesti inane nomen esse, voluptatem esse summum bonum, Acad. pr. 2, 22, 71. cf. de fin. 5, 31, 94. Tuscul. 2, 25, 60. — Multos versus solebat admiscere orationi, Ib. 2, 11, 26. — Dionysius Heracleotes non inscite disputat ad Homerica quaedam, Tuscul. 3, 9, 19.

**Dionysius** Magnes, rhetor, comes Ciceronis in Asia a. u. c. 675. 677., Brut. 91, 316.

**Dionysius**, Attici libertus, ad Att. 4, 8 b. 1. Ib. 4, 11, 2. Ib. 4, 13, 1. — Plenum eius nomen erat M. Pomponius Dionysius, Ib. 4, 15, 1. — Ib. 4, 8 a. 2.

**Dionysius**, Ciceronis servus litteratus, postea libertus, magister Ciceronis filii, homo doctissimus, cuius opera M. Tullius saepe se usum in litteris scribit et mores laudat, ad Att. 4, 15, 10. cf. ib. 4, 17, 3. 4, 18, 3. 5, 3, 3. 5, 9, 3. Ib. 6, 1, 13. Ib. 6, 2, 3. Ib. 7, 3, 10. Ib. 7, 4, 1. Ib. 7, 5, 3. — Postea eum ingratum esse putavit Cicero, Ib. 7, 7, 1. cf. tamen ib. 7, 8, 1. — Ib. 7, 18, 3. — Ib. 7, 26, 3. Ib. 8, 4. 1. Ib. 8, 5, 1. — Ib. 8, 10. — Ib. 9, 12, 2. — Ib. 9, 15, 5. Ib. 10, 2, 2. — Petivit Dionysius, ut Cicero ei ignosceret, Ib. 10, 16, 1. et rediit Cicero cum eo in gratiam, Ib. 13, 2, 4. cf. ad Att. 13, 33, 4.

**Dionysius**, servus Ciceronis anagnostes, ad Att. 9, 3, 1. ad fam. 5, 9, 2. Ib. 5, 10, 1. ad fam.



5, 11, 3. Ib. 5, 13, 77. Ib. 13, 77, 3.

**Dionysius**, commendatur Q. Cornificio a. u. c. 711., ad fam. 12, 24, 3. Fortasse idem qui Attius Dionysius dicitur, ad fam. 12, 30, 5.

**Dionysius**, glutinator, Attici servus, ad Att. 4, 8 a. 2.

**Dionysodorus**, C. Verris adiutor in sceleribus committendis, Verr. accusat. 2, 21, 50.

**Dionysopolitae**, incolae Dionysopolis, oppidi Phrygiae Pacatianae, ad Q. fr. 1, 2, 2. §. 4.

**Dionysus.** Dionysi multi: primus Iove et Proserpina natus, secundus Nilo, tertius Cabiro patre, quartus Iove et Luna, quintus Niso natus et Thyone, de n. d. 3, 23, 58. — Dionysus, unus primorum trium Dioscurorum, de n. d. 3, 21, 53.

**Diophanes**, Mytilenaeus, magister Ti. Gracchi, Brut. 27, 104.

***Διόσκουροι*** apud Graecos multis modis nominantur, de n. d. 3, 21, 53.

**Diphilus** tragoedus ludis Apollinaribus a. u. c. 695. in Cn. Pompeium petulanter invectus est, ad Att. 2, 19, 3.

**Diphilus**, scriptor et lector L. Crassi, de orat. 1, 30, 136.

**Diphilus**, architectus, ad Q. fr. 3, 1, 1. §. 1. Ib. 3, 9, 7.

**Dipylon**, de fin. 5, 1, 1.

**Dis** pater, de n. d. 2, 26, 66. Verr. accusat. 4, 48, 107. cf. ib. 4, 50, 111.

**Dithyrambus**. Quid de eo tradiderit Theophrastus, de orat. 3, 48, 185.

**Divitiacus** Aeduus, Druida, hospes Ciceronis, partim auguriis, partim coniectura quae essent futura dicebat, de divin. 1, 41, 90.

**Docimus**, decumanus, Verr. accusat. 3, 34, 78.

**Dodona**. Oraculum consultum a Lacedaemoniis, de divin. 1, 43, 95. — Dodonaea quercus, ad Att. 2, 4, 5. de divin. 1, 1, 3.

**Dolopes**, de r. p. 2, 4, 8. in Pison. 37, 91. Ib. 40, 96.

**Dolus** deus, de n. d. 3, 17, 44.

**Domitia** lex de sacerdotiis lata a. u. c. 649. a trib. pl. Cn. Domitio Ahenobarbo, ep. ad Brut. 1, 5. cf. de leg. agr. 2, 7, 18.

**Domitia** via, in Gallia, munita a C. Annio Bellieno et C. Fonteio legatis M. Fonteii, pro Font. 4, 8.

**Domitii.** Usquequaque se Domitii male dant, Cael. ad fam. 8, 15, 2.

**Cn.** et **L. Domitii**, quum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., pro salute communi arma ceperunt, pro C. Rabir. perd. 7, 21.

**Domitius** a Regibus Marciis loris caesus, ad Her. 3, 21, 34.

**Domitius**, Intimelius, ad fam. 8, 15, 2.

**Domitius** Apulus, septemvir Antonianus, Philipp. 11, 6, 13.

**Cn. Domitius, Cn. F. Ahenobarbus**, cos. a. u. c. 632., Brut. 26, 99. — Victor Arvernorum et Allobrogum, pro Font. 12, 26. — Censor a. u. c. 639., pro Cluent. 42, 119., Verr. accusat. 1, 55, 143.

**Cn. Domitius Cn. F. Cn. N. Ahenobarbus.** M. Silano diem dixit propter Aegritomari, paterni amici atque hospitis, iniurias, divinat. in Q. Caecil. 20, 67. Verr. accusat. 2, 47, 118. — Cornel. sec. fragm. 6 et 7. p. 215. — In tribunatu a. u. c. 650. de sacerdotiis tulit, de lege agr. 2, 7, 18.

V. **Domitia lex.** — Cn. Domitius tribunus pl. diem dixit M. Aemilio Scauro patri, pro Scauro 1, 2. pro Deiot. 11, 31. — Cn. Domitius, L. Crassi in censura collega a. u. c. 662., contra quem Crassus habuit orationem, Brut. 44, 164. cl. de orat. 2, 11, 45. — De eius facultate dicendi, Brut. 45, 165. — Eius gravitas et auctoritas, de orat. 2, 56, 231.

**Cn. Domitius Ahenobarbus**, filius L. Domitii Ahenobarbi et Porciae, Catonis sororis, ad Att. 9, 3, 1. Ib. 13, 48, 2. — Cn. Saturninum adolescentem reum fecit a. u. c. 704., Cael. ad fam. 8, 14, 1. Quum Cn. Pompeii castra secutus proelio Pharsalico interfuisset, a Caesare veniam redeundi in patriam impetravit. Ad eum scripsit Cicero ad fam. 6, 22. — Cn. Domitium patris interitus, avunculi (Catonis Uticensis) mors, spoliatio dignitatis ad recuperandam libertatem excitavit, Philipp. 2, 11, 27. — Equitatum in Macedonia ab legato Syriaco abduxit a. u. c. 711., Philipp. 10, 6, 13. Commemoratur ad Att. 16, 4, 4. — Ep. ad Brut. 1, 5. Ib. 1. 7. 1, 14.

**Cn. Domitius Calvinus**, tribunus pl. a. u. c. 695. Eius animus constans et egregius in tribunatu in causa fuit, ut postea praetor fieret, pro Sest. 53, 113. — Cn. Domitius, praetor a. u. c. 698. iudicio de M. Caelio praefuit, ad Q. fr. 2, 11 (13), 2. cl. ib. 2, 3, 6. pro Cael. 13, 32. — Apud eum praetorem dixit Cicero pro Bestia, ad Q. fr. 2, 3, 6. — Praetorius a. u. c. 700. Gabinium absolvit, ad Q. fr. 3, 4, 1. — Legatus in Asia, pro Flacco 13, 31. Ib. 28, 68. — Designatus consul fuit, inire consulatum non potest, ad Att. 4, 8 b., 2. ad Q. fr. 3, 1, 5. §. 16. — Messala noster et eius Domitius competitor liberalis in populo valde fuit, ad Att. 4, 16, 6. — De ambitu accusatus a C. Memmio, Ib. 4, 16, 8. ad Q. fr. 3, 2, 3. Ib. 3, 8, 3. — Valet amicis, Ib. 4, 17, 2. — Eius pactio cum consulibus, Ib. 4, 18, 2. — Petit cum Memmio consulatum a. u. c. 700., Ib. 4, 15, 7. — Cn. Domitius decrevit supplicationes a. u. c. 704., Cael. ad fam. 8, 11, 2. — Ei ulteriorem Galliam traditurum se pollicebatur Caesar a. u. c. 705., ad fam. 16, 12, 3. — Post pugnam Pharsalicam Deiotarus exercitum Cn. Domitii suis tectis et copiis sustentavit, pro Deiot. 5, 14. — Naufragio perisse dicebatur, Ib. 9, 25. Ib. 11, 32.

**Cn. Domitius Sincaius**, Sardus, hospes et familiaris Ciceronis, a Pompeio civitate Romana donatus, pro Scauro 2, 43.

**L. Domitius Ahenobarbus** praetor in Sicilia post decessum M'. Aquilii a. u. c. 656. — Nimia eius severitas, Verr. accusat. 5, 3, 7.

**L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus**, cos. a. u. c. 684. Adolescens testis fuit in causa C. Verris, Verr. accusat. 1, 53, 139. — Catonis sororem habebat in matrimonio, ad Att. 1, 16, 12. cl. ib. 13, 37, 3. — In eo uno maxime Ciceronis petitio consulatus nitebatur a. u. c. 689., ad Att. 1, 1, 4. — A. u. c. 695. a Vettio indice coniurationis in Pompeium insimulatus, ad Att. 2, 24, 3. Ib. 3, 15, 6. — Inimicus P. Vatinii, in Vatin. 10, 25. — Praetor cum Nigidio, Memmio, Lentulo Ciceroni amicissimus, ad Q. fr. 1, 2, 5. §. 15. — Exagitati ab eo publicani, ad Q. fr. 2, 11 (13), 2. Cos. cum Appio Claudio Pulcro a. u. c. 700. Pompeianus, ad Q. fr. 2, 13 (15), 3. cl. ib. 2, 14 (15 b.), 4. — Hirrus cum Domitio in gratia est a. u. c. 700., ad Att. 4, 16, 5. — Quaesitor in iudicio Miloniano a. u. c. 702., pro Mil. 8, 22. — Secreto narrat de rumoribus adversis de Caesare, ad fam. 8, 1, 4. — Caelio inimicissimus, Cael. ad fam. 8, 12, 1. — Repulsa ab eo lata in auguratus petitione a. u. c. 704., Ib. 8, 14, 1. — Domitius, Pompeianus, in Marsis agebat mense Ianuario a. u. c. 705., ad Att. 7, 13 b. 7. Ib. 7, 23, 1 et 3. — Non habebat militum III. milia, Ib. 7, 24. — Bona de Domitio fama est, Ib. 7, 26, 1. — Pompeianorum nemo stultior esse dicitur quam L. Domitius a. u. c. 705., Ib. 8, 1, 3. — Domitius Corfinii cum firmo exercitu et pugnare cupiente est, Ib. 8, 3, 7. — Eius litterae ad Pompeium scriptae, Ib. 8, 6, 2. — Deseritur a Pompeio, Ib. 8, 8, 2. 8, 11. A. — Culpam eius rei omnem Pompeius in Domitium confert, Ib. 8, 12, 6. cf. epistolam Pompeii ipsam, Ib. A. — Pompeii epistolae ad Domitium missae, Ib. B. C. D. — Varii de eo rumores, Ib. 8, 14, 3. — Domitius in Cosano esse dicitur, paratus ad navigandum, Ib. 9, 6, 2. cl. ib. 8, 9, 3. — Corfinii a Caesare captus et dimissus a. u. c. 705. significatur a Caelio ad fam. 8, 15, 2. — Eum occidisse dicitur M. Antonius, Philipp. 2, 29, 71. Ciceronem timidum esse dixerat, ad fam. 6, 21, 1. Ib. 8, 8, 5 et 6. — Praestantissimus civis dicitur, Philipp. 13, 14, 29. — De eius facultate dicendi, Brut. 77, 267.



**Dores**, genus Graecorum, pro Flacco 27, 64. de r. p. 2, 4, 8.

**Doris**, uxor Dionysii maioris, Tuscul. 5, 20, 59.

**Dorylaum**, urbs Phrygiae Epicteti, Flacco 17, 39.

**Dorylaus**, Deiotari regis legatus, pro Deiot. 15, 41.

**Dorotheus** Thermitanus, Verr. accusat. 2, 36, 89.

**Doryphori** statua Polycleti, orat. 2, 5.

**Doterio** histrio, ad Att. 1, 16, 12.

**Draco**, sidus, Arat. v. 47. de n. d. 2, 42, 106.

**Dracon**, legis lator Atheniensium, de orat. 1, 44, 197. cf. de r. p. 2, 1, 2.

**Drepanitani**, Drepani incolae, Verr. accusat. 4, 17, 37.

**Druidae** in Gallia augurantur, de divin. 1, 41, 90.

**C. Duellius** s. **Duilius**, qui primus Romanorum classe Poenos devicit, cos. a. u. c. 494., pro Cn. Planc. 25, 60. de r. p. 1, 1, 1. de sen. 13, 44. — Duellium eum, qui Poenos classe devicit, Bellium nominaverunt, quum superiores appellati essent semper Duellii, orat. 45, 153.

**K. Duellius** s. **Duilius** consul cum L. Papirio Crasso a. u. c. 418., ad fam. 9, 21, 2.

**Duodecim tabulae**, de leg. 1, 21, 55. Ib. 2, 23, 58—62. Ib. 2, 25, 64. Ib. 3, 19, 44. de r. p. 4, 10, 12. pro Tullio §. 47. 50. 51. pro Mil. 3, 9. Ib. 4, 11. pro Sest. 36, 65.

**Drusi.** V. in **Liviis Drusis.**

**Drusus** Pisaurensis, ad Att. 2, 7, 3.

**Duris** Samius, historicus Graecus, 'homo in historia diligens', ad Att. 6, 1, 18.

**C. Duronius**, amicus Milonis, ad Att. 5, 8, 2.

**M. Duronius** M. Antonium oratorem de ambitu postulavit, de orat. 2, 68, 274.

**Dymaei**, incolae Dymae, oppidi Achaiae, ad Att. 16, 1, 3.

**Dyrrhachium**, libera civitas et in Cicerone exsulem officiosa, ad fam. 14, 1, 7. cl. ib. 14, 3, 4. pro Planc. 41, 97. — Dyrrhachium exinanitum a L. Pisone, in Pison. 40, 96. — De divin. 1, 32, 68. ep. ad Brut. 2, 3. et saepe alias.

**Dyrrhachini**, de prov. cons. 3, 5. ep. ad Brut. 1, 6. in Pison. 38, 93.

**Ecbatana**, Mediae caput, de imp. Cn. Pomp. 4, 9.

**Echecrates**, Pythagorius, de fin. 5, 29, 87.

**Echion**, pictor Graecus, floruit circa Olympiad. 107., parad. 5, 2, 37. — In eo iam perfecta omnia, Brut. 18, 70.

**Edissa**. V. **Odyssea**.

**Egeria**, nympha, de leg. 1, 1, 4.

**Egilius** et **Egilia**, de orat. 2, 68, 277.

**Egnatius**. Graviter se acturum cum Aquilio confirmavit a. u. c. 699., ad Att. 4, 12. V. **L. Egnatius**.

**Cn. Egnatius**, homo levis et inconstans, filium exheredavit, pro Cluent. 48, 135.

**L. Egnatius**, Q. Ciceronis debitor, ad Att. 7, 18, 4. Ib. 10, 15, 4. Ib. 11, 3, 3. Ib. 12, 18, 3. — Commendatur Q. Philippo procos. Asiae a. u. c. 700., ad fam. 13, 73, 1. et ep. 74. — Memorantur praeterea **Egnatius** Sidicinus, ad Att. 6, 1, 23. et **Egnatius Maximus**, ad Att. 13, 34.

**L. Egnatius Rufus**, ad fam. 13, 43, 1. et ep. 44. Ib. ep. 45. Ib. ep. 47.

**L. Egnatuleius**, quaestor a. u. c. 710., Philipp. 3, 3, 7. Ib. 3, 15, 39. Ib. 4, 2, 6. Ib. 5, 19, 52.

**Elea**. Ἐλέα, Zenonis patria, de n. d. 3, 33, 82.

**Eleatici** philosophi dicti a Zenone Eleate, Acad. pr. 2, 42, 129. — Iidem significantur de orat. 3, 5, 20.

**Electra**, Pleias. Arat. v. 270.

**Electra**, Sophoclis tragoedia in Latinum conversa ab Atilio, de fin. 1, 2, 5. Q. Ciceronis tragoedia, ad Q. fr. 3, 5 (6), 7.

**Elei**, de r. p. 4, 4, 4. — Haruspices Elii, de divin. 2, 12, 28.

**Elesiodoluscantum**, pro Font. 5, 9.

**Eleusinia** mysteria, de leg. 2, 14, 36. V. **Athenae**.

**Eleusis** s. **Eleusin**, oppidum Atticae Megaram versus celeberrimum mysteriis. — Eleusis sancta illa et augusta, de n. d. 1, 42, 119. — Audit Cicero Appium πρόπυλον Eleusine facere, ad Att. 6, 1, 26.

**Eleutherocilices**, ad Att. 5, 20, 5. ad fam. 15, 4, 10.

**Elii**. V. **Elei**.

**Elis** in Peloponneso familias duas certas habet, Iamidarum unam, alteram Clytidarum, haruspicinae nobilitate praestantes, de divin. 1, 41, 91. — Delubrum Veneris primae Elide, de n. d. 3, 23, 59. — ad fam. 13, 26, 2.

**Elorini**. V. **Helorini**.

**Elysius** Terinaeus, Tuscul. 1, 48, 115.



**Empedocles** Agrigentinus, physicus egregium poëma fecit, de orat. 1, 50, 217. Ita physicorum rationes sequi dicitur, ut interdum furere videatur, Acad. pr. 2, 5, 14. cl. ib. 2, 23, 74. — Empedocles censuit omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis adferret, de fato 17, 39. — Eum vaticinatum ferunt, quae in rerum natura totoque mundo constarent quaeque moverentur, ea contrahere amicitiam, dissipare concordiam, de am. 7, 24. — Quattuor elementa dixit esse, e quibus omnia gignerentur, Acad. pr. 2, 37, 118. — Empedocles multa alia peccans in deorum opinione turpissime dicitur labi, de n. d. 1, 12, 29. — Empedocles nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse dixit, Acad. post. 1, 12, 44. — Empedocles animum esse censet cordi suffusum sanguinem, Tuscul. 1, 9, 19. Ib. 1, 17, 41. — Empedocles et Pythagoras clamant inexpiabiles poenas impendere iis, a quibus violatum sit animal, de r. p. 3, 11, 19. — Contra Empedoclem dixerunt Epicurus et Metrodorus et Hermarchus, de n. d. 1, 33, 93. — Empedoclea Sallustii vituperantur, ad Q. fr. 2, 9(11), 4. — Empedocles floruit a. ante Chr. 455.

**Empylus** Rhodius, quae cogitaverat, ad verbum in agendo rettulit, fragm. p. 344.

**Endymion**. Eius somnus, de fin. 5, 20, 55. Tuscul. 1, 38, 92.

**Engonasin**, sidus, Arat. v. 68. — de n. d. 2, 42, 108.

**Enguina** civitas in Sicilia, Ἐγγύϊον, Verr. accusat. 3, 43, 103.

**Enguini**, incolae civitatis Enguinae, Verr. accusat. 4, 44, 97. Ib. 5, 72, 186.

**Enna** et **Ennenses**. V. **Henna** et **Hennenses**.

**Ennius**, egens quidam calumniator, mercennarius Oppianici, pro Cluent. 59, 163.

**M. Ennius**, ad Att. 15, 26, 5.

**Q. Ennius** natus a. u. c. 515. Varr. Rudiis, Calabriae oppido, Tuscul. 1, 1, 3. Brut. 18, 73. pro Archia 9, 22. — Ennius, vicinus Ser. Galbae. Eius somnium, Acad. pr. 2, 16, 51. cl. de r. p. 6, 10, 10. — Ennius cum M. Fulvio Nobiliore in Aetolia militavit, Tuscul. 1, 1, 3. pro Archia 11, 27. Eum civitate donavit illius filius Q. Nobilior, quum triumvir coloniam deduxisset, Brut. 20, 79. — Laudavit M. Lepidi reditum in gratiam cum M. Fulvio Nobiliore, de prov. cons. 9, 20. — Carus fuit Africano superiori Ennius, itaque etiam in sepulcro Scipionum putatur esse constitutus e marmore, pro Archia 9, 22. — Quo modo cum Ennio iocatus sit P. Cornelius Scipio Nasica Optimus, de orat. 2, 68, 276. — C. Sulpicio Gallo praetore, quum Thyesten fabulam docuisset, Q. Marcio Cn. Servilio coss. a. u. c. 585. mortem obiit, Brut. 20, 78. cl. de sen. 5, 14. — Eximiae eius laudes, Tuscul. 3, 19, 45. de orat. 1, 45, 198. — Eius versiculi ex tragoedia, Ib. 1, 45, 199. — Summus epicus poëta, de opt. gen. or. 1, 2. — Non discedit a communi more verborum, orat. 11, 36. — Ennius perfectior Naevio, tamen ab illo sumpsit multa, Brut. 19, 76. — Ennius, Pacuvius, Accius inter se dissimiles, de orat. 3, 7, 27. — Ennius, Pacuvius, Accius

non verba, sed vim Graecorum expresserunt poëtarum, Acad. post. 1, 3, 10. — Ennius multa ab Homero transtulit, de fin. 1, 3, 7. — Euhemerum et interpretatus et secutus est praeter caeteros, de n. d. 1, 42, 119. — Potentes urbes *imperiosas* dixit, de r. p. 1, 2, 3. — Iram bene Ennius *initium* dixit *insaniae*, Tuscul. 4, 23, 52. — Ennius heroos versus *longos* appellat, de leg. 2, 27, 68. — *Caeli palatum* dixit Ennius, de n. d. 2, 18, 49. — Versus Ennii: *Scipio invicte!* orat. 45, 152. — Eius versiculus de simia, de n. d. 1, 35, 97. de divin. 2, 62, 127. — *Vita vitalis*, ut ait Ennius, de am. 6, 22. — Aliquot eius versus, ad Her. 4, 12, 18. — Ennii Annales, de n. d. 2, 37, 93. — Versus de Ilia ex Annalium I., de divin. 1, 20, 40. — Eius versus de Romulo et Remo augurium capientibus, Ib. 1, 48, 107. — Versiculi ex Annalium I. de Romulo, de r. p. 1, 41, 64. — Fragm. ex Annal. II., de divin. 2, 39, 82. — Versus ex Annalibus de Pyrrho, de off. 1, 12, 38. — Versiculus de M'. Curio, de r. p. 3, 3, 6. — Versus ex oratione Appii Caeci, de sen. 6, 16. — Causa defectionis solis Ennium non fugit, de r. p. 1, 16, 25. — Eius versus de Hannibale, pro Balbo 22, 51. — Versus ex Annalibus de Q. Fabio Cunctatore, de off. 1, 24, 84. de sen. 4, 10. — Versus de M. Cornelio Cethego oratore, Brut. 15, 88. — Testimonium de quaestura M. Catonis, Ib. 15, 60. — *Suadae medullam* dixit M. Cethegum, de sen. 14, 50. — Ennii versus ex Annalibus, de r. p. 5, 1, 1. de divin. 2, 56, 116. orat. 27, 93. de inv. 1, 19, 27. ad fam. 9, 7, 2. de fin. 2, 32, 106. — ad Att. 6, 2, 8. ad fam. 7, 13, 2. de off. 1, 18, 61. de orat. 3, 42, 167. — Ennii versus ex Epicharmo, Acad. pr. 2, 16, 51. Ib. 2, 27, 88. — Ennii versus, de divin. 1, 58, 132. — Ennii distichon in laudem Africani maioris, Tuscul. 5, 17, 49. — de leg. 2, 22, 57. — Ennii versiculi ad T. Quinctium Flamininum et de se ipso, de sen. 1, 1. — Ennii versus de se ipso, Ib. 5, 14. — Versus eius, in quibus se ipse laudat, Brut. 18, 71. — Ennius priscos *cascos* appellat, Tuscul. 1, 12, 27. — Eius versus de Romulo, Ib. 1, 12, 28. — Eius tituli funebres, Ib. — Versus *O Fides alma*, de off. 3, 29, 104. — Eius ἀκροστιχίδες **Q. Ennius fecit**, de divin. 2, 54, 111. — Sanctos appellat poëtas, quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati esse videantur, pro Archia 8, 18. — Ennii versus cum Solonis componuntur, Tuscul. 1, 49, 117. de sen. 20, 73. Ennii tragoediae, ad Her. 4, 4, 7. — Versiculus de Achille tragoedia, pro Sex. Rosc. 32, 90. — Ennii Aiax, de off. 1, 31, 114. — Versiculus ex eius Alcmaeone, de orat. 3, 38, 154. de fin. 5, 11, 31. Tuscul. 4, 8, 19. Acad. pr. 2, 27, 88. Ib. 2, 28, 89. de fin. 4, 23, 62. Acad. pr. 2, 16, 51. de orat. 3, 58, 219. — Ennii Andromacha, de divin. 1, 13, 23. — Versus de eius Andromacha, pro Sest. 57, 121. de orat. 3, 26, 102. Ib. 3, 58, 217. Tuscul. 1, 44, 105. Ib. 1, 21, 48. Ib. 1, 35, 85. Ib. 3, 19, 44 et 22, 53. orat. 27, 93. — Ennii Cassandra, orat. 46, 155. — Versus de Cresphonte, ad Her.



2, 25, 38. 4, 1, 2. de inv. 1, 49, 91. — Versus ex Eumenidibus, ut videtur, Ennii, Tuscul. 1, 28, 69. — Versus ex Hecuba, Ib. 1, 16, 37. de fin. 2, 13, 41. de orat. 3, 40, 162. Ib. 3, 58, 219. — Versus ex Iliona, Tuscul. 2, 19, 44. — Versus de Iphigenia, de divin. 2, 13, 30. de r. p. 1, 18, 30. Ib. 1, 32, 49. — Ennii Medea, de fin. 1, 2, 4. de fato 15, 35. pro Cael. 8, 18. de fin. 1, 2, 5. de n. d. 3, 30, 75. topic. 16, 61. de inv. 1, 49, 91. Tuscul. 4, 32, 69. ad Her. 2, 22, 34. de orat. 3, 58, 217. de inv. 1, 19, 27. de off. 3, 15, 62. ad fam. 7, 6. orat. 46, 155. de n. d. 3, 25, 66 et 67. Tuscul. 1, 20, 45. Ib. 3, 26, 63. — Ennii Neoptolemus, de orat. 2, 37, 156. Tuscul. 2, 1, 1. — Versus de Phoenissis, de off. 1, 8, 26. — Versus ex Telamone, ad fam. 9, 26, 2. de n. d. 3, 32, 79. Tuscul. 3, 13, 28. Ib. 3, 18, 39. Ib. 3, 19, 44. Ib. 3, 24, 58. cl. de divin. 2, 50, 104. — Versus de Thyeste, in Pison. 19, 43. Tuscul. 1, 44, 107. de orat. 3, 41, 164. de off. 2, 7, 23. Tuscul. 3, 12, 26. — Versiculus ex Thyeste, de n. d. 2, 2, 4. Ib. 2, 25, 65. Ib. 3, 4, 10. orat. 55, 184. — Ennii versus ex tragoediis incertis, Tuscul. 4, 33, 70. de divin. 2, 26, 57. — Ennii versiculi, orat. 47, 157 et 160. Ib. 51, 171. de orat. 2, 54, 222. ad Att. 2, 19, 2. Ib. 2, 15, 7. de r. p. fragm. incert. n. 11 et 12. p. 340. — Ennii versus (?), de off. 1, 16, 51. Ib. 1, 39, 139. Ib. 2, 18, 62. — Ennii versus, de am. 17, 64. — Eius fragmentum, Tuscul. 3, 3, 5. — cf. etiam de opt. gen. or. 6, 18. de orat. 1, 34, 154. orat. 31, 109.

**Entellini**, incolae oppidi Entellae in Sicilia ad Crimissum, Verr. accusat. 3, 43, 103.

**Epaminondas** Thebanus, institutus dicitur a Lyside Pythagorio, de orat. 3, 34, 139. de off. 1, 44, 155. — Epaminondas imperatoris exemplum, de orat. 1, 48, 210. — De eius facultate dicendi, Brut. 13, 50. — Eius epigramma, Tuscul. 5, 17, 49. — Fidibus praeclare cecinisse dicitur, Ib. 1, 2, 4. Ib. 1, 15, 33. — Epaminondas Cleombrotum Leuctris devicit, de off. 1, 24, 84. — Animosa eius mors in pugna Mantineensi, de fin. 2, 30, 97. Tuscul. 2, 24, 59. — ad fam. 5, 12, 5. — Epaminondas, a rhetoribus tractatus, de inv. 1, 33, 55. Ib. 1, 38, 69. de fin. 2, 19, 62. — Tuscul. 1, 46, 110. Ib. 1, 49, 116.

**Ephesii**, Verr. accusat. 4, 60, 135. Tuscul. 5, 36, 105.

**Ephesius** praetor, ad Att. 5, 13, 1.

**Ephesus** Asiae urbs. — Fanum Dianae eiusque asylum, Verr. accusat. 1, 33, 85. — Tim. 1.

**Ephori** quinque Spartae constituti regnante Theopompo, comparantur cum tribunis plebi, de r. p. 2, 33, 58. — Ephori Lacedaemone a Theopompo oppositi regibus, de leg. 3, 7, 15.

**Ephorus** et Theopompus, ab Isocrate magistro compulsi se ad historiam contulerunt, causas omnino numquam attigerunt, de orat. 2, 13, 57. Ib. 2, 23, 94. — Ephorus, Isocratis discipulus, orat. 51, 172. cl. de orat. 3, 9, 36. — Isocrates dixit de Ephoro et Theopompo: 'alter frenis eget, alter calcaribus', ad Att. 6, 1, 12. cl. Brut. 56, 204. — Quid Ephoro mitius? fragm. p. 287. — Epho-

rus paeona sequitur aut dactylum, orat. 57, 191, et 192; item 57, 194. cl. ib. 64, 218.

**Ἐπιχαρμεῖον.** V. in **Epicharmo.**

**Epicharmus** acutus nec insulsus homo, ut Siculus, Tuscul. 1, 8, 15. Eius sententiae, Ib.—ad Att. 1, 19, 8. — Ἐπιχαρμεῖον illud, Q. Cic. de pet. cons. 10, 39. — Eius praeceptum, ad Q. fr. 3, 1, 7. §. 23.

**Epicleros**, fabula Caecilii Statii, de am. 26, 99.

**Epicrates** tecto nomine dicitur Pompeius Magnus, ad Att. 2, 3, 1.

**Epicrates** et Sosippus fratres Agyrinenses, vexati a Verre, Verr. accusat. 2, 9, 25.

**Epicrates**, princeps Atheniensium, ad fam. 16, 21, 5.

**Epicrates** Bidinus, hereditate spoliatus a C. Verre, Verr. accusat. 2, 22, 53.

**Epictetus** s. Phrygia minor, ad fam. 3, 10, 6.

**Epicurii**, Tuscul. 3, 15, 33. Ib. 3, 21, 50. Ib. 5, 33, 94. Ib. 5, 40, 116. Epicurii non desistunt de eisdem, de quibus et ab Epicuro scriptum est et ab antiquis, ad arbitrium suum scribere, de fin. 1, 2, 6. — Epicurii plures volunt esse caelos, fragm. p. 284. — Enunciationes aliquas nec veras nec falsas esse dicebant, de fato 16, 37. — Epicurii litteras fere negligere solent, in Pison. 29, 70. — Minime aptum ad dicendum genus, Brut. 35, 131. — Epicurum et Metrodorum nemo fere praeter suos in manus sumit, Tuscul. 2, 3, 8. — Epicurii deridentur, pro Sest. 10, 23. — Cur tam multi sint Epicurii, de fin. 1, 7, 25. — Epicuri imaginem non modo in tabulis, sed etiam in poculis et in anulis habent Epicurii, de fin. 5, 1, 3. — Epicurii, qui voluptate omnia metiuntur reprehensi, de orat. 3, 17, 67. et 63. — Epicurii societatis rei publ. partem nec norunt ullam neque umquam nosse voluerunt, de leg. 1, 13, 39. — Epicurii Romani (Amafinius, Rabirius, Catius) tanguntur Tuscul. 1, 3, 6. — Epicurii Latini ipsi profitentur se neque distincte neque distribute neque eleganter neque ornate scribere, Ib. 2, 3, 7 et 8. — Epicurii Latini derisi, Ib. 4, 3, 6. cl. ib. 1, 31, 77.

**Epicurus** Gargettius, conditor disciplinae Epicuriae. — Mortuus, quum II et LXX annos vixisset archonte Pytharato, de fato 9, 19. — Philosophus fuit nobilis, a quo non solum Graecia et Italia, sed etiam omnis barbaria commota est, de fin. 2, 15, 49. — Nemo illum negat et bonum virum et comem et humanum fuisse, de fin. 2, 25, 80. — Epicurus ironiam Socraticam reprehendit, Brut. 85, 292. — Epicurus, homo non aptissimus ad iocandum minimeque resipiens patriam, de n. d. 2, 17, 46. — Dum palato quid sit optimum iudicat, caeli palatum, ut ait Ennius, non suspexit, Ib. 18, 49. — Epicurus se unus sapientem profiteri est ausus. Metrodorus, quum appellaretur ab Epicuro sapiens, repudiare tantum beneficium noluit, de fin. 2, 3, 7. — Epicurus gloriatus est in scriptis se magistrum habuisse nullum. Xenocratem audire potuit, et sunt qui putent audivisse: ipse non vult. Pamphilum quemdam Platonis auditorem ait a se Sami auditum: ibi enim adolescens habitabat cum patre et fratribus, quod in eam Neocles agripeta venerat, sed quum agellus eum non satis aleret, ludi magister fuit. Sed hunc Platonicum mirifice contemnit Epicurus. In Nausiphane Democritio tenetur, quem quum a se non neget auditum, vexat tamen omnibus contumeliis, de n. d. 1, 26, 72 et 73. — Epicuri κυρίαι δόξαι, id est, quasi maxime ratae, de fin. 2, 7, 20. — Locus ex iis, Ib. 2, 7, 21. — Alius locus ex iisdem, Ib. 2, 31, 100. — Epicurus ne in offensionem Atheniensium caderet, verbis reliquisse deos, re sustulisse dicebatur, idque apparet ex eius selectis brevibusque sententiis, de n. d. 1, 30, 85. — Eius locus in Latinum conversus, de fin. 1, 20, 68. — Eius epistola ad Hermarchum, de fin. 2, 30, 96. — Eius liber de voluptate, de divin. 2, 27, 59. — Eius libri de sanctitate, de pietate adversus deos, de n. d. 1, 41, 115. — Liber Epicuri de sanctitate, Ib. 1, 44, 123. — Epicuri liber de summo bono (περὶ τέλους), qui continet omnem eius disciplinam. Loci ex eo a Cicerone in Latinum conversi, Tuscul. 3, 18, 41. — Liber ille confertus voluptatibus, Ib. 3, 19, 44. — Ab Epicuro dicuntur multa severe, multa praeclare, Ib. 3, 20, 46. — Epicurum et Metrodorum non fere praeter suos quisquam in manus sumpsit, Ib. 2, 3, 8. — Epicurus fontibus hortulos suos irrigavit, de n. d. 1, 43, 120. — Democrito adiicit perpauca mutans, sed ita ut ea, quae corrigere vult, depravare videatur . . In quibus sequitur Democritum non fere labitur, de fin. 1, 6, 17 et 18. Ib. 1, 6, 20 et 21. cl. ib. 4, 5, 13. Acad. post. 1, 2, 6 et 7. — Epicurus invenit, quod videlicet Democritum fugerat: ait atomum, quum pondere et gravitate directo deorsum feratur, declinare paullulum, de n. d. 1, 25, 69. — Omnes sensus veri nuncios dixit esse, Ib. 1, 25, 70. — Democritus simulacra et Epicurus imagines inducens quodam pacto negat esse deos, Ib. 2, 30, 76. — Omnia naturae nomine appellat Epicurus, qui ita dividit, omnium, quae sint, naturam esse corpora et inane quaeque his accidant, Ib. 2, 32, 82. — Quae ille Gargettius et iam ante Democritus εἴδωλα, Catius *spectra* nominabat, ad fam. 15, 16, 1. — Epicurus contumeliosissime Aristotelem vexat, Phaedoni Socratico turpissime male dixit, Metrodori sodalis sui fratrem, Timocratem, quia nescio quid in philosophia dissentiret, totis voluminibus concidit, in Democritum ipsum, quem secutus est, fuit ingratus, Nausiphanem, magistrum suum, a quo non nihil didicerat, male accepit, de n. d. 1, 33, 93. — Epicurum Stoici male acceperunt, quia dixerit στραγγουρικὰ καὶ δυσεντερικὰ πάθη sibi molesta esse, ad fam. 7, 26, 1. — Epicurus non satis politus iis artibus, quas qui tenent eruditi appellantur, deterruit alios a studiis, de fin. 1, 7, 26. — Orationis ornamenta neglexit, sed tamen complectitur verbis quod vult et dicit plane quod intelligi possit, Ib. 1, 5, 14 et 15. cl. ib. 2, 5, 15. — Multa praeclare saepe dicit, quum non laboret quam sibi constanter convenienterque dicat, Tuscul. 5, 9, 26. — Epicurus sentit nihil umquam elegans, nihil decorum, de

divin. 1, 30, 62. — Ad Aristippi enervatam muliebremque sententiam satis docilem se Epicurus praebuit, Tuscul. 2, 6, 15. — Ex eius doctrina atomi quamdam vim motus habent gravitatis et ponderis, de fato 20, 46. — Anticipationem deorum appellat πρόληψιν Epicurus. Eius liber de regula et iudicio. Eius sententia de natura deorum, de n. d. 1, 16, 43 sqq. — Epicuri primum caput, ‘Nihil curare deum nec sui nec alieni’, de leg. 1, 7, 21. — Eius discipuli omnibus superstitionis terroribus soluti et in libertatem vindicati nec metuebant deos et pie sancteque colebant naturam excellentem atque praestantem, de n. d. 1, 20, 56. — Deos dixit Epicurus neque propitios cuiquam esse solere neque iratos, in Pison. 25, 59. — Epicurus deos iocandi causa induxit perlucidos et perflabiles etc., de divin. 2, 17, 40. — Monogrammos deos et nihil agentes commentus est, de n. d. 2, 23, 59. — Epicurus ex animis hominum extraxit radicitus religionem, quum dis immortalibus et opem et gratiam sustulit, Ib. 1, 43, 121. — Epicurus tantummodo negare deos esse non audet, ne quid invidiae subeat aut criminis, Ib. 3, 1. 2. cl. ib. 1, 44, 123. — Epicurus balbutiens de natura deorum etiam divinationem sustulit, de divin. 1, 3, 5. Ib. 1, 39, 87. cl. ib. 2, 65, 162. — Epicurus fatum extimescit et ab atomis petit praesidium easque de via deducit, de fato 9, 18. cf. ib. 10, 21. — Epicurus in altera philosophiae parte, quae λογικὴ dicitur, plane inermis et rudis est, de fin. 1, 7, 22. — Epicurus qua ratiocinatione probarit omne esse infinitum, de divin. 2, 50, 103. — Epicurus explicatione naturae ideo dumtaxat utitur, ut pellatur mortis et religionis metus, de fin. 4, 5, 11. — Eius intermundia, de n. d. 1, 8, 18. — Epicurus posse putat etiam minorem esse solem, quam videatur, sed non multo, nec maiorem quidem multo putat esse vel tantum esse, quantus videatur, Acad. pr. 2, 26, 82. cf. ib. 2, 39, 123. — Epicurus omne iudicium in sensibus et in rerum notitiis et in voluntate constituit, Ib. 2, 46, 142. — Caput est Epicuri: *Si ullum sensus visum falsum est, nihil potest percipi*, Ib. 2, 32, 101. — Quid de sensibus iudicet, Ib. 2, 25, 79. Ib. 2, 7, 19. — Ab Epicuro, qui totam dialecticam et contemnit et irridet, non impetrant dialectici, ut verum esse concedat, quod ita effabimur: *Aut vivet cras Hermarchus aut non vivet*, Ib. 2, 30, 97. — Qui voluit subvenire erroribus Epicurus, is qui videtur conturbare veri cognitionem, dixitque sapientis esse, opinionem a perspicuitate seiungere, nihil profecit: ipsius enim opinionis errorem nullo modo sustulit, Ib. 2, 14, 45. — Epicurus dicit ne argumentandum quidem esse de voluptate, quod sit positum eius iudicium in sensibus, de fin. 3, 1, 3. cl. de n. d. 1, 40, 111. — Verum et simplex bonum, quale sit, se negat omnino Epicurus sine voluptatibus sensum moventibus ne suspicari quidem, Acad. post. 1, 2, 7. — Epicuri finis, nihil bonum nisi voluptatem, Tuscul. 5, 30, 84. Ib. 5, 31, 87 et 89. — Negat Epicurus iucunde posse vivi, nisi quum virtute vivatur, negat ullam in sapientem vim esse fortunae, tenuem victum antefert copioso, negat ullum esse tempus, quo sapiens non beatus sit. Omnia philosopho digna, sed cum voluptate pugnantia, Tuscul. 3, 20, 49. — Epicurus omnino virtutem a bonorum fine segregavit, de fin. 4, 18, 49. — ‘Titillatio’ Epicuri verbum est, de n. d. 1, 40, 112. — Non minorem ait voluptatem percipi ex vilissimis rebus, de fin. 2, 28, 91. — Quae minimae sint voluptates, eas dicit obscurari saepe et obrui, Ib. 4, 12, 29. — Epicurus quasi pueri delicati nihil cessatione melius existimat, de n. d. 1, 36, 102. — Maius dicit esse malum mediocrem dolorem quam maximum dedecus, Tuscul. 2, 12, 28. — Epicuro placet opinionem mali aegritudinem esse natura etc., Tuscul. 3, 13, 28. Ib. 3, 15, 32. — In consolando abducit a malis ad bona Epicurus, Ib. 3, 31, 76. — Multis locis Epicurus dicit satis fortiter de dolore, sed tamen id ei non est consentaneum dicere, qui bona voluptate terminaverit, mala dolore, de off. 3, 33, 117. — Epicurus exiguam dicit fortunam intervenire sapienti, de fin. 1, 19, 63. — Idem dicit omnium rerum, quas ad beate vivendum sapientia comparaverit, nihil esse maius amicitia, nihil uberius, nihil iucundius etc., Ib. 1, 20, 65. — Epicurus non sine causa ausus est dicere semper in pluribus bonis esse sapientem, quia semper sit in voluptatibus: ex quo effici putat ille, ut sapiens semper beatus sit, Tuscul. 5, 38, 110. — Epicurus suum peritissimum voluptatum aucupem sapientem esse contendit, fragm. p. 258. — Epicuro etiam videtur semper sapiens beatus, Tuscul. 5, 10, 31. — Epicuri est sententia bona praeterita non effluere sapienti, mala meminisse non oportere, de fin. 2, 32, 104. — Epicuri exclamationes: Sapiens in Phalaridis tauro si erit, dicet: Quam suave est! quam hoc non curo! Tuscul. 2, 7, 17. cl. ib. 5, 26, 73. de fin. 5, 27, 80. in Pison. 18, 42. — Epicurus tantum monet, quantum intelligit. Neglige, inquit, dolorem. Si summus dolor est, necesse est brevem esse etc., Tuscul. 2, 19, 44. — Epicurus quem ad modum cupiditatum genera diviserit, Ib. 5, 33, 93. — Stoici amorem negant stupri esse et in eo litigant cum Epicuro, Ib. 4, 33, 70. — Epicurus acerbe tangitur, de sen. 13, 43. Tuscul. 1, 34, 82. — Epicuri parietinas sibi concedi optabat Patro Epicurius, ad fam. 13, 1, 3. — Epicuri disciplina est notior quam Aristippi: neque tamen cum Cyrenaicis de ipsa voluptate consentiens, Acad. pr. 2, 42, 131.



**Epidaurus**, oppidum Argolidis, de n. d. 3, 34, 83. ad fam. 4, 12, 1.

**Epigoni**, Aeschyli tragoedia, Tuscul. 2, 25, 60. — Accii fabula, de off. 1, 31, 114. de opt. gen. or. 6, 18.

**Epimenides** Cres concitatione quadam animi futura praesensit, de divin. 1, 18, 34. — Eo suadente Cylonio scelere expiato Athenienses fecerunt Contumeliae fanum et Impudentiae, de leg. 2, 11, 28.

**Epiphanea**, Ciliciae campestris oppidum, ad fam. 15, 4, 7.

**Epirus**, regio Graeciae ad mare

Ionium, excisa a L. Pisone, in Pison. 40, 96. — Hinc *Epiroticus* ad Att. 1, 5, 7. et *Epirotes* Thyamis fluvius, de leg. 2, 3, 7.

**Epitaphius.** Platonis liber, qui idem Menexenus inscribitur, Tuscul. 5, 12, 36.

**Eporedia**, hodie *Ivrea*, colonia Romanorum in Gallia transpadana, ad fam. 11, 23, 2.

**M. Eppius**, Pompeianus a. u. c. 705., vigilans homo et industrius, ad Att. 8, 11. B., 1. Eumdem volunt restitui pro M. Oppio M. f., ad fam. 8, 8, 5 et 6.

**Eppuleia**, uxor T. Ampii Balbi, ad fam. 6, 12, 3.

**Epulones** tres viros pontifices veteres propter sacrificiorum multitudinem esse voluerunt, de orat. 3, 19, 73. — Epulones Iovis optimi maximi ad pontifices, si quid est praetermissum aut commissum, adferunt, de harusp. resp. 10, 21.

**L. Equitius**, Gracchus insitivus, pro Sest. 47, 101. V. **Sempronius Gracchus.** — (L. Equitius) ille ex compedibus atque ergastulo Gracchus, interfectus cum Saturnino, pro C. Rabirio perd. 7, 20.

**Equotuticus** s. **Equus tuticus**, oppidum Samnii. — 'Litteras Equotutico datas', ad Att. 6, 1, 1.

**Equus**, sidus. Arat. v. 209, 289. de n. d. 2, 43, 111. Ib. 2, 44, 112.

**Equus Troianus**, tragoedia Livii Andronici, ad fam. 7, 1, 2. Ib. 7, 16, 1. pro Cael. 28, 67.

**Er** Pamphylius: eius reditus in vitam, de r. p. 6, 3, 3. Ib. 6, 6, 6. Ib. 6, 7, 7.

**Erana**, non vici instar, sed urbis, Amani montis caput, ad fam. 15, 4, 9.

**Eratosthenes.** Redarguit Euripides Εὔπολιν τὸν τῆς ἀρχαίας ab Alcibiade navigante in Sicilia deiectum esse in mare, ad Att. 6, 1, 18. — Eratosthenes valde a Serapione et ab Hipparcho reprehenditur, Ib. 2, 6, 1.

**Erebus.** Erebus et Nox: eorum filii et filiae, de n. d. 3, 17, 44.

**Erechtheus.** Eius filiae cupide mortem expetiverunt pro vita civium, Tuscul. 1, 48, 116. cf. de fin. 5, 22, 62. pro Sest. 21, 48. — Erechtheus Athenis habet et delubrum et sacerdotem, de n. d 3, 19, 49. Ib. 3, 19, 50.

**Eretria**, oppidum Euboeae, patria Menedemi, Acad. pr. 2, 42, 129.

**Eretriaci** a Menedemo, quod is Eretria fuit, appellati. Eorum omne bonum in mente positum et mentis acie, qua verum cerneretur, Acad. pr. 2, 42, 129. — Iidem dicuntur Eretrici philosophi, de orat. 3, 17, 62. — Asclepiades, non ignobilis Eretricus philosophus, Tuscul. 5, 39, 113.

**Eridanus**, sidus, Arat. v. 389.

**Erigone**, tragoedia Q. Ciceronis, ad Q. fr. 3, 1, 4. §. 13. Ib. ep. 5. (aliis 6.), 7. — Eius exemplum e Gallia ad M. Ciceronem missum tabellarii culpa periit, Ib. ep. 9, 6.

**Eriphyla**, Amphiarai uxor. Eam accepimus in fabulis ea cupiditate, ut, quum vidisset monile ex auro et gemmis, pulcritudine eius incensa salutem viri proderet, Verr. accusat. 4, 18, 39. cf. de inv. 1, 50, 94.

**Eros** comoedus postea quam e scaena non modo sibilis, sed etiam convicio explodebatur in Q. Roscii domum, disciplinam, patrocinium, nomen venit et ob eo excultus est, pro Rosc. Com. 11, 30.



**Eros**, Attici dispensator, ad Att. 13, 30, 2. Ib. 15, 15, 3. Ib. 15, 17, 1.

**Eros**, Philotimi servus, ad Att. 10, 15, 1.

**Eros Turius**, Q. Turii libertus, ad fam. 12, 26, 2.

**C. Erucius**, Sex. Roscii accusator, pro Sex. Rosc. 13, 35. — Erucius, Antoniaster, i. e. pravus M. Antonii oratoris imitator, Varen. fragm. 8. p. 244.

**Erycus**, mons Siciliae, etiam Eryx dictus, Verr. accusat. 2, 8, 22. Ib. 2, 47, 115.

**Erymanthius** aper, ab Erymantho, monte Arcadiae, Tuscul. 2, 9, 22. Ib. 4, 22, 50. — Ei comparatur Verres, Verr. accusat. 4, 43, 95.

**Erythrae**, oppidum Ioniae, Verr. accusat. 1, 19, 49.

**Erythraeum** oppidum, Cic. fragm. p. 348.

**Esquiliae**, mons, in quo Romae pars posita. In iis ara Malae Fortunae, de leg. 2, 11, 28. — Item de n. d. 3, 25, 63.

**Esquilina** porta, in Pison. 23, 55. Ib. 25, 61.

**Esquilinus** mons. Inter eum Quirinalemque maximus agger obiectus a Servio Tullio, de r. p. 2, 6, 11.

**Esquilinus** campus, Philipp. 9, 7, 17.

**Eteocles**, Oedipi regis Thebanorum filius, Polynicis frater, de off. 3, 21, 82.

**Etesiae** venti. Eorum flatu nimii temperantur calores, ab iisdem etiam maritimi cursus celeres et certi diriguntur, de n. d. 2, 53, 131. — Etesiae quasi boni cives me relinquentem rem publ. prosequi noluerunt, ad fam. 12, 25, 3. — orat. 45, 152. — Arat. v. 157.

**Etruria** et **Etrusci**. E barbaris nulli erant antea maritimi praeter Etruscos et Poenos, de r. p. 2, 4, 9. Etrusci praedones, fragm. p. 288. — Ex Etruria omnis haruspicum disciplina adhibita, de divin. 1, 2, 3. — Etrusci extorum cognitioni se maxime dediderunt, Ib. 1, 42, 93. — Etruria de caelo tacta scientissime animadvertit eademque interpretatur quid quibusque ostendatur monstris atque portentis. Quocirca senatus Romanus decrevit, ut de principum filiis sex singulis Etruriae populis in disciplinam traderentur, Ib. 1, 41, 92. cf. de leg. 2, 9, 21. — Haruspicina, vetus illa ab ipsis dis immortalibus Etruriae data disciplina, de harusp. resp. 10, 20. — Ex Etruria haruspices arcessiti, de divin. 2, 4, 11. — Eorum auguria ex extis, Ib. 1, 18, 35. — Etruria, ad fam. 11, 10, 4. — Etruscam disciplinam A. Caecina a patre acceperat, Ib. 6, 6, 3. — Etrusci caelum in XVI. partes diviserunt, de divin. 2, 18, 42. — Romani portentorum explanationes Etruscorum disciplina contineri putarunt, de harusp. resp. 9, 18. — Ad Etruscos haruspices prodigia, portenta, si senatus iusserit, deferenda, de leg. 2, 9, 21. — In apum examine quid ex Etruscorum scriptis haruspices monerent, de harusp. resp. 12, 25. — Etrusci haruspices, de n. d. 2, 4, 10. — Eorum haruspicini et fulgurales et tonitruales libri opponuntur Romanorum auguralibus, de divin. 1, 33, 72. — *Etruscae chartae*, id est, libri artis auguralis et de haruspicina, de

divin. 1, 12, 20. — Etruscorum libri quid de Tage tradiderint, Ib. 2, 23, 50. — Cum Etruscis bellum gessit Decius filius, Tuscul. 1, 37, 89. — Etruria vexata a P. Clodio, pro Mil. 9, 26. — Clodii castra Etrusca, Ib. 21, 55. ad fam. 11, 10, 4. V. **Tusci.**

**Euander.** V. **Avianius.**

**Euander** s. **Euandrus**, Hegesini magister, Academicus mediae Academiae, Acad. pr. 2, 6, 16.

**Eubuleus**, unus primorum trium Dioscurorum, filius Iovis et Proserpinae, de n. d. 3, 21, 53. — V. **Anaces.**

**Eubulidas Grosphus**, Centuripinus, a C. Verre vexatus, Verr. accusat. 3, 23, 56.

**Eubulidas** Herbitensis, a Verre vexatus, Verr. accusat. 5, 42, 110. Ib. 5, 49, 128.

**Euchadia**, uxor Exegisti, hominis Macedonis, in Pison. 36, 89.

**Euclides**, Socratis discipulus, Megareus. Ab eo Megarici et dialectici philosophi dicti. Solum bonum dicit, quod esset unum et simile et idem semper, Acad. pr. 2, 42, 129.

**Euclides**, nobilis geometra Alexandrinus Ptolemaei Lagi temporibus, de orat. 3, 33, 132.

**Eudemus** Cyprius, Aristotelis familiaris. Eius somnium ab Aristotele narratum, de divin. 1, 25, 53.

**Eudoxus** Cnidius. Sphaerae soliдae atque plenae vetus est inventum et ea a Thalete Milesio primum est tornata, post autem ab Eudoxo Cnidio, discipulo Platonis, ea astris caelo inhaerentibus est descripta, cuius omnem ornatum et descriptionem sumptam ab Eudoxo multis annis post . . versibus Aratus extulit, de r. p. 1, 14, 22. — Eudoxus, Platonis auditor, de Chaldaeis scriptum reliquit, eis in praedictione et in notatione cuiusque vitae ex natali die minime esse credendum, de divin. 2, 42, 87.

**Euhemerus.** Qui fortes et claros et potentes viros tradunt post mortem ad deos pervenisse eosque esse ipsos, quos colere, precari venerarique soleamus, expertes sunt religionum omnium: quae ratio maxime tractata ab Euhemero est, quem et interpretatus et secutus est praeter ceteros Ennius. Ab Euhemero autem et mortes et sepulturae demonstrantur deorum, de n. d. 1, 41, 119.

**Euius.** Nomen Liberi, pro Flacco 25, 60.

**Eumenidas** Halicyensis, vexatus a Verre, Verr. accusat. 5, 7, 15.

**Eumenides.** Earum et Athenis fanum erat et apud Romanos lucus Furinae, de n. d. 3, 18, 46.

**Eumolpidae**, mysteriorum Eleusiniorum sacerdotes. Eorum mysteria, de leg. 2, 14, 34. — 'Chilius te rogat, et ego eius rogatu, *Εὐμολπιδῶν πάτρια*', ad Att. 1, 9, 2.

**Eunuchus** Terentii fabula. V. **Terentius.**

**Euphorio** Chalcidensis, poëta nimis obscurus, de divin. 2, 64, 132. — Ab his cantoribus Euphorionis contemnitur Ennius, Tuscul. 3, 19, 45.

**Euphrates** fluvius Asiae. Mesopotamiam fertilem efficit, de n. d. 2, 52, 130. — Oppidulum, quod erat positum in Euphrati Zeugmate, ad Q. fr. 2, 10 (12), 2. ad fam. 8, 10, 1.

**Eupolemus** Calactinus, Lucullorum



hospes ac perfamiliaris, spoliatus a C. Verre, Verr. accusat. 4, 22, 49.

**Eupolis**, Atheniensis, veteris comoediae poëta. *Εὔπολιν τὸν τῆς ἀρχαίας* ab Alcibiade navigante in Siciliam deiectum esse in mare redarguit Eratosthenes: adfert enim, quas ille post id tempus fabulas docuerit, ad Att. 6, 1, 18. — Eius dictum de Pericle, Brut. 9, 38. — *Πειθὼ* deam in Pericli labiis scripsit sessitavisse, Ib. 15, 59. — Eupolis a Cicerone ipso confusus cum Aristophane, orat. 9, 29. cl. ad Att. 12, 6, 2.

**Euripides** fuerat auditor Anaxagorae, Tuscul. 3, 14, 30. — Non sine causa, quum Orestem fabulam doceret Euripides, primos tres versus revocasse dicitur Socrates, Ib. 4, 29, 63. — Quis non intelligit quid apud Euripidem et loquatur et cupiat Laius? Ib. 4, 33, 71. — Animus, ut Euripides audet dicere, deus est, Ib. 1, 26, 65. — Euripidis Amphion, de inv. 1, 50, 94. — Versus ex Andromeda in Latinum conversus a Cicerone, de fin. 2, 32, 105. — Versus e Chrysippo in Latinum conversi, de n. d. 2, 25, 65. — Versus e Cresphonte, Tuscul. 1, 48, 115. — Hercules furens, Acad. pr. 2, 28, 89. — Versus ex Hypsipyla a Cicerone in Latinum conversi, Tuscul. 3, 25, 59. — Versiculus ex eius Philocteta, de orat. 3, 35, 141. orat. 19, 62. Tuscul. 1, 4, 7. — Versus de Phoenissis a Cicerone in Latinum conversi, de off. 3, 21, 82. — Versus ex Theseo a Cicerone in Latinum conversi, Tuscul. 3, 14, 29. Ib. 3, 24, 58. — Euripidis versiculus Graecus, ad fam. 13, 15, 2. — Eius versiculus *Μάντις ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς* Latine conversus, de divin. 2, 5, 12. — Eius versus Graecus, ad fam. 16, 8, 2. — Versus a Cicerone in Latinum conversus, de off. 3, 29, 108. — Euripidis versiculi, ad Att. 7, 11, 1. Ib. 7, 13. a. 4. — Euripidis, ut videtur, versus ex incerta tragoedia in Latinum conversi a Cicerone, Tuscul. 3, 28, 67. — Ennius Euripidi praelatus a Latinis, de opt. gen. or. 6, 18.

**Euripus**, pro Mur. 17, 35.

**Euripus Chalcidicus.** Eo in motu identidem reciprocando nihil fieri potest constantius, de n. d. 3, 10, 24.

**Europa.** A tauro vecta, de n. d. 1, 28, 78. — Europa in tauro pulcherrime facta Tarenti erat, Verr. accusat. 4, 60, 135.

**Europa**, pars orbis terrarum, de n. d. 3, 10, 24. Tuscul. 1, 20, 45. Ib. 1, 39, 94. et al.

**Eurotas**, fluvius, qui propter Lacedaemonem fluit, de inv. 2, 31, 96. Ib. 2, 42, 124. — Cursu ad Eurotam Lacedaemoniorum epulae condiebantur, Tuscul. 5, 34, 98. cl. ib. 2, 15, 36. — *Eurotam* Brutus appellabat rivum, qui villam Lanuvinam rigabat, ad Att. 15, 9, 1.

**Eurydice**, mater, ut videtur, Anthus, Amulii filiae, in loco Enniano, de divin. 1, 20, 40.

**Eurypylus**, dux Pergamenorum ad Troiam, Tuscul. 2, 16, 38.

**Eurysthenes**, Lacedaemoniorum rex, geminus frater Proclis, de divin. 2, 43, 91. V. **Procles.**

**Eurystheus.** Eius filii, ab Hercule confixi sagittis, Acad. pr. 2, 28, 89. — Tuscul. 2, 8, 20.

**Euthydemus** Ephesius, ad fam. 13, 56, 1.

**Euthynous**, Elysii Tarinaei filius, Tuscul. 1, 48, 115.

**Eutrapelus**. V. **Volumnius Eutrapelus**.

**Eutychides**, Attici libertus, ad Att. 4, 15, 1. Ib. 4, 16, 15. — Amicus Ciceronis, Ib. 5, 9, 1.

**Eutychus**. Persona comica apud Caecilium Statium, pro Sex. Rosc. 16, 46.

**Euxinus Pontus**, mare inter Europam et Asiam, supra Propontidem, de orat. 1, 38, 174.

**Exegistus**, Macedo, in Pison. 36, 89.

**Exitius**, Philadelphi (i. e. C. Annii Cimbri) frater, Antonianus, Philipp. 13, 13, 28.

**L. Fabatus**. V. **L. Roscius Fabatus**.

**Q. Faberius**, debitor Ciceronis, ad Att. 12, 21, 2. Ib. 12, 25, 1. Ib. 12, 51, 3. Ib. 13, 8. cl. ib. 15, 13, 3.

**Fabia** lex, de numero sectatorum, pro Mur. 34, 71. — De plagiariis, pro C. Rabir. perd. 3, 8.

**Fabia** tribus, ad fam. 8, 8, 5.

**Fabia** mulieris nomen ficticium, topic. 3, 14.

**Fabii**, historici, de divin. 1, 26, 55.

**Fabius**. Nomen exempli gratia positum, de divin. 2, 34, 71. de fato 6, 12.

**Fabius** adulter Clodiae, quum Q. Metelli uxor esset, ad Att. 2, 1, 5.

**C. Fabius**, familiaris Q. Ciceronis, ad Q. fr. 1, 2, 2. §. 6.

**M. Fabius**, subscriptor M. Plaetorii in accusando M. Fonteio, pro Font. 12, 26.

**P. Fabius**, adversarius M. Tullii, pro Tullio §. 1.

**Q. Fabius** Saguntinus, a Q. Metello Pio civitate donatus, pro Balbo 22, 50.

**M. Fabius Gallus**. V. **M. Fadius Gallus**.

**C. Fabius Hadrianus**, Uticae domi suae vivus exustus, Verr. accusat. 1, 27, 70. Ib. 5, 36, 94.

**Q. Fabius Q. F. Q. N. Labeo**, Cunctatoris nepos, cos. a. u. c. 571. cum M. Claudio Marcello arbiter Nolanis et Neapolitanis de finibus a senatu datus, utrosque decepit, de off. 1, 10, 33. cl. Brut. 21, 81.

**Fabius Luscus**, ad Att. 4, 8 b., 3.

**C. Fabius Pictor**, avus historici. Ei laudi non est datum, quod pingeret, Tuscul. 1, 2, 4.

**N.** (Numerius) **Fabius Pictor**. Aeneae somnium narravit in Graecis suis annalibus, de divin. 1, 21, 43.

Ser. **Fabius Pictor** et iuris et litterarum et antiquitatis bene peritus, Brut. 21, 81. Fabii, qui historias scripserint, commemorantur praeterea, de orat. 2, 12, 51. de leg. 1, 2, 6. de divin. 1, 26, 55.

**Q. Fabius Sanga**. Q. Sanga pro Cicerone L. Pisonem consulem deprecatus est, in Pison. 31, 77.

**Q. Fabius Vergilianus**, legatus App. Claudii Pulcri, ad fam. 3, 3, 1. Ib. 3, 4, 1. — Pompeianus, ad Att. 8, 11. A.

**Q. Fabius Maximus Rullianus**, qui primum consulatum gessit a. u. c. 432., quintum cum P. Decio filio a. u. c. 459., avus Cunctatoris significatur Philipp. 5, 17, 48.

**Q. Fabius Maximus Verrucosus Ovicula Cunctator**. Cos. quintum a. u. c. 545. Tarentum recepit. Erat in eo comitate condita gravitas. — Bella gerebat ut adolescens et Hannibalem iuveniliter exsultantem patientia sua molliebat, — nec vero in armis praestantior quam in toga C. Flaminio tr. pl., quoad potuit restitit etc., de sen. 4, 10 sqq. cl. de orat. 2, 67, 273. — Brut. 18, 72. — Q. Fabius Maximus Verrucosus cos. cum Q. Fulvio Flacco IV. a. u. c. 545. His consulibus Capua devicta atque capta est, de lege agr. 2, 33, 90. — Q. Fabius Maximus Cunctator bellum Punicum secundum enervavit, de r. p. 1, 1, 1. — Filium consularem amisit, ad fam. 4, 6, 1. Tuscul. 3, 28, 70. de n. d. 3, 32, 80. de sen. 4, 12. Ib. 6, 15. — Eius laudatio filii exstabat Ciceronis tempore, Ib. 4, 12. — Honoris templum bello Ligustico dedicavit, de n. d. 2, 23, 61. — Eius sapientia, Verr. accusat. 5, 10, 25. — Eius summa auctoritas, de sen. 17, 61. — De eius facultate dicendi, Brut. 14, 57. Ib. 19, 77. — Laudatus ab Ennio, de off. 1, 24, 84. — Callidus, Ib. 1, 30, 108. — Consideratus et lentus, de r. p. 5, 8, 10.

**Q. Fabius Maximus**, filius Q. Fabii Cunctatoris, consul fuit a. u. c. 541. Ante patrem mortuus, ab eodem est laudatus, de sen. 4, 12. — In gloria rei militaris imitatus est patrem, pro Rab. Postumo 1, 2.

**Q. Fabius Maximus Aemilianus**, filius L. Aemilii Paulli, frater P. Scipionis Africani minoris adoptatus a Q. Fabio Maximo, de am. 19, 69. — Consul cum L. Hostilio Mancino a. u. c. 609., Ib. 25, 96. — Ei Africanus minor hereditatis L. Paulli patris partem suam concessit, parad. 6, 2, 48.



**Q. Fabius Maximus Allobrogicus**, praecedentis filius, L. Paulli Macedonici nepos, consul a. u. c. 633. litteris Latinis et Graecis eruditus, Brut. 28, 107. pro Font. 12, 26. — Epulum Africani patrui sui nomine populo Romano edidit et eum supremo eius die laudavit, pro Mur. 36, 75.

**Q. Fabius Maximus Allobrogicus**, filius Q. Fabii Maximi Aemiliani Allobrogici cos. a. u. c. 633., nepos Q. Fabii Maximi Aemiliani, fratris Scipionis Africani minoris. Homo facie patris, vita omnium perditorum ita similis, ut esset facile deterrimus, Tuscul. 1, 33, 81.

**Q. Fabius Maximus Servilianus**, in gentem Fabiam e Servilia a Q. Fabio Aemiliano adoptatus, consul a. u. c. 612., ad Att. 12, 5, 3. cf. de orat. 1, 26, 122.

**Q. Fabius Maximus Eburnus**. Is praetor a. u. c. 635. quaestioni de maiestate praefuisse videtur in causa C. Papirii Carbonis a L. Crasso accusati, de orat. 1, 26, 121. — Consul a. u. c. 638., pro Mur. 17, 36.

**Q. Fabius Maximus** cos. a. u. c. 709. C. Antonii accusator a. u. c. 695., in Vatin. 11, 28. cl. ad fam. 7, 30, 1.

**Q. Fabius Maximus**, exsul Nuceriae vixit eiusque civitatis factus est civis, pro Balbo 11, 28.

**Fabrateria**, Volscorum oppidum ad fl. Trerum, hodie *Fulvatera*, ad fam. 9, 24, 1. — Incolae Fabraterni, pro Cluent. 68, 192.

**Fabricii**, Camilli, Curii rem Romanam ex minimis tantam fecerunt, pro Cael. 17, 39.

**C. Fabricius Luscinus** cos. a. u. c. 472 et 476. Pyrrhi bello praeclare

rem gessit, foedus cum Heracliensibus fecit, pro Balbo 22, 50. — Eius facetum dictum in P. Cornelium Rufinum, de orat. 2, 66, 268. — Cum Papo Aemilio bis una consul et censor fuit, de am. 11, 39. —Veneficum reducendum curavit ad Pyrrhum, de off. 3, 22, 86. cl. ib. 1, 13, 55. de fin. 5, 22, 64. — C. Fabricius ad Pyrrhum de captivis recuperandis missus, Brut. 14, 55. — C. Fabricius in colloquio cum Cinea miratus est perversam Epicuri doctrinam, de sen. 13, 43. — Senex rem publicam consilio et auctoritate defendebat, Ib. 6, 15. — C. Fabricius, virtutis causa solutus legibus, consecutus est, ut contra legem XII. tabularum in urbe sepeliretur, de leg. 2, 23, 58. — Fabricius, ut Aristides, iustus nominatur, de off. 3, 4, 16. — Eius sapientia, de am. 5, 18. Ib. 8, 28. — Eius continentia, parad. 1, 2, 12. Ib. 6, 2, 48. — Tolerabilis eius paupertas, Tuscul. 3, 23, 56. de lege agr. 2, 24, 64. — A dis dilectus, de n. d. 2, 66, 165. — Cum Lycurgo, Pittaco, Solone comparatur, de orat. 3, 15, 56. Eius laus, pro Planc. 25, 60.

**C.** et **L. Fabricii** fratres gemini ex municipio Aletrinati, pro Cluent. 16, 46. — C. Fabricius insidiatur Cluentio, Ib. 16, 47. — Reus ab eo factus, Ib. 20, 56. — Accusatus a P. Canutio, defensus a maiore Caepasio, condemnatus, Ib. 21, 59.

**Q. Fabricius**, tribunus pl. a. u. c. 697. Fautor Ciceronis, ad Q. fr. 1, 4, 3. post red. in sen. 8, 22. Impetus in eum factus ab operis Clodianis, pro Sest. 35, 75. Ib. 36, 78. — Quum de reditu Ciceronis legem ferret, pulsus, pro Mil. 14, 38.

**Fadia**, filia Q. Fadii Galli. Ei hereditas paterna subrepta a P. Sextilio Rufo, de fin. 2, 17, 55.

**Fadia**, C. Fadii filia, uxor Antonii, Philipp. 13, 10, 23.

**Fadius**, miles Pompeianus, a L. Cornelio Balbo minore vivus combustus, ad fam. 10, 32, 3.

**C. (Q.) Fadius.** Q. Fadius libertinus homo. Huius filiam locupletem M. Antonius adolescens uxorem duxerat ex eaque liberos sustulerat, Philipp. 2, 2, 3. cl. ad Att. 16, 11, 1.

**L. Fadius** aedilis Arpini, ad Att. 15, 15, 1. Ib. 15, 17, 1. Ib. 15, 20, 4.

**M. Fadius Gallus**, vir optimus et homo doctissimus, ad fam. 2, 14, 1. — Caesaris legatus, ad Att. 7, 3, 3. cl. ib. 8, 3, 7. — Amantissimus Attici et Ciceronis, Ib. 8, 12, 1. — Fuit Epicurius. Eum cum Q. Fadio fratre litigantem Cicero commendat Paeto a. u. c. 708., ad fam. 9, 25, 2. — A C. Cassio Ciceroni commendatus, Ib. 15, 14, 1. — Commendatur C. Curtio Peducaeano, Ib. 13, 59. — Falso verebatur, ne destitueretur a Cicerone patrono a. u. c. 709., ad Att. 13, 49, 2. — Ad eum scriptae sunt epp. ad fam. 7, 23—27. — Scripsit laudationem Catonis Uticensis, Ib. 7, 24, 2.

**Q. Fadius Gallus.** Eius hereditas, de fin. 2, 17, 55. Ib. 2, 18, 57. — Q. Fadius, homo non sapiens, litigat cum M. Fadio fratre, ad fam. 9, 25, 3.

**Sex. Fadius**, Niconis medici discipulus, ad fam. 7, 20, 3.

**T. Fadius Gallus.** Tribunus pl. a. u. c. 696., ad Q. fr. 1, 4, 3. — Lex, quam T. Fadio scripsit Visellius, ad Att. 3, 23, 4. — Fuit quaestor Ciceroni, post red. in sen. 8, 21. — Eum exsulantem consolatur Cicero, ad fam. 5, 18.



**Faesulae**, Etruriae oppidum, hodie *Fiesole*, in Catil. 3, 6, 14.

**Faesulani** coloni, pro Mur. 24, 49.

**Faesulanus** ager, in Catil. 2, 6, 14.

**Falcidius**, pro Flacco 37, 91.

**C. Falcidius**, tribunus pl. et anno proximo legatus, de imp. Cn. Pomp. 19, 58.

**Falcula Fiduculanius.** V. **Fidiculanius Falcula.**

**Falernus** ager, Cic. de lege agr. 2, 25, 66.

**Faliscus** ager, Cic. de lege agr. 2, 25, 66.

**Fanniana** epitome Bruti an Bruti epitome Fanniorum, ad Att. 12, 5, 3.

**C. Fannius M. F. Strabo**, gener Laelii, loquens inducitur in libris de re publ., de r. p. 1, 12, 18. cl. ad Att. 4, 16, 2. — Loquens inducitur etiam in Laelio, de am. 1, 3. — De eius in dicendo facultate, Brut. 26, 101. cl. ib. 31, 118. — Exilibus scriptoribus adnumeratur, de leg. 1, 2, 6. — Cicero ex Attico quaerit, quibus consulibus C. Fannius M. F. tribunus plebi fuerit, ad Att. 16, 13 c., 2. V. **C. Fannius C. F.** — Quaeritur num recte Cicero scripserit Fannium, qui scripsit historiam, generum fuisse Laelii, ad Att. 12, 5, 3. — Aegre tulisse P. Rupilium fratris repulsam consulatus scriptum apud Fannium est, Tuscul. 4, 17, 40. — In eius Annalibus oratio Q. Metelli Baliarici contra Ti. Gracchum exposita est, Brut. 21, 8. — *Εἴρων* Africanus fuit, ut ait in historia sua C. Fannius, Ib. 87, 299. cl. de orat. 2, 67, 270. Acad. pr. 2, 5, 15. — Fragm. p. 348.

**C. Fannius C. F. Strabo** consul cum Cn. Domitio Ahenobarbo a. u. c. 632. unam orationem de sociis et nomine Latino contra C. Gracchum reliquit, quam non nulli a C. Persio scriptam esse aiebant etc., Brut. 26, 99 et 100. cl. de orat. 3, 47, 183. — Duos C. Fannios aequales memorat Cicero Brut. 26, 99.

**C. Fannius** ex illo obsessó atque adflicto tribunatu suo consularem auctoritatem homo est adolescens consecutus, in Vatin. 7, 16. — C. Fannius tribunus pl. egregius a. u. c. 695. Caesare et Bibulo coss., pro Sest. 53, 113. — In P. Clodium subscripsit, ad Att. 2, 24, 3. — Pontifex a. u. c. 697., de harusp. resp. 6, 12. — Quum Postumius ex S. C. a. u. c. 705. in Sicilia succedere Furfanio nollet, res ad Fannium pervenit, ad Att. 7, 15, 2. Ib. 8, 15, 3. cl. ib. 11, 6, 6.

**C. Fannius**, a M. Lepido a. u. c. 711. legatus missus ad Sex. Pompeium, Philipp. 13, 6, 13.

**C. Fannius**, eques Rom., frater germanus Q. Titinii, Verr. accusat. 1, 49, 128.

**C. Fannius Chaerea** in ius vocavit Q. Roscium Comoedum a. u. c. 677., pro Rosc. Com. 1, 1 sqq.

**L. Fannius** et **L. Magius**. Verres myoparonem pulcherrimum de decem Milesiorum navibus electum L. Magio et L. Fannio, qui Myndi habitabant, vendidit, Verr. accusat. 1, 34, 87. V. **L. Magius**.

**M. Fannius** quaestioni inter sicarios iudex praeerat a. u. c. 674., pro Sex. Rosc. 4, 11.

**Fatum**, numen divinum, de n. d. 3, 17, 44. cl. de fato 1, 1 sqq.

**M. Faucius M. F.**, eques Rom., decurio Arpini, ad fam. 13, 11, 1.

**Fauni** dei Latinorum. '*Versibus quos olim Fauni vatesque canebant,*' Ennius, orat. 51, 171. Brut. 18, 71. Ib. 19, 75. — Saepe Faunorum voces exauditae, de n. d. 2, 2, 6. Ib. 3, 6, 15. — Fauni saepe etiam in proeliis auditi, de divin. 1, 45, 101.

**Fausta**, Milonis uxor, filia Sullae Dictatoris, ad Att. 5, 8, 2.

**Faustus Sulla**. V. **Faustus Cornelius Sulla.**

**Favonius**, Arat. v. 450.

**M. Favonius.** Insignis opera Favonii fuit in oppugnando P. Clodio, ad Att. 1, 14, 5. — Favonius a. u. c. 694. accusavit P. Scipionem Nasicam, Ib. 2, 1, 9. — Favonius libere loquitur, Ib. 4, 16, 7. — Consulares duce Favonio fremere dicuntur adversus Pompeium a. u. c. 697., Ib. 2, 4, 7. — Favonius bonis adnumeratur a. u. c. 698., ad Q. fr. 2, 3, 2. — Frustra defendit libertatem Tenediorum, Ib. 2, 9 (11), 2. — Favonio, fortissimo viro, quid P. Clodius responderit, pro Mil. 9, 26. Ib. 16, 44. — Favonium optimus quisque non fecit praetorem a. u. c. 703., Cael. ad fam. 8, 9, 5. — Ciceroni supplicationes non decrevit a. u. c. 704., Ib. 8, 11, 2. cl. ad Att. 7, 1, 7. — Mense Ianuario a. u. c. 705. uni Favonio leges a Caesare imponi non placebat, Ib. 7, 15, 2. — Serviliae, Tertullae, Porciae, Bruti, Cassii, Favonii cum Cicerone colloquium de legatione frumentaria Bruti et Cassii a. u. c. 710., Ib. 15, 11, 1.

**Febris.** Eius fanum in Palatio, de n. d. 3, 25, 63. — Eius ara vetustissima in Palatio, de leg. 2, 11, 28.

**Felicitas** dea. Eius aedes Romae, Verr. accusat. 4, 2, 4. Ib. 4, 57, 126.

**Felix.** Felicis testamentum, ad Q. fr. 3, 9, 8.

**Feralia**, ad Att. 8, 14, 1.

**Feriae** denicales, de leg. 2, 22, 55.

**Feriae Latinae.** V. **Latinae.**

**M. Feridius**, eques Romanus, strenuus adolescens, a M. Caelio Ciceroni commendatus, Cael. ad fam. 8, 9, 4.

**Ferrea** aetas hominum, Arat. v. 14.

**Fetiales**, de r. p. 3, 12, 22.

**Fibrenus** fluvius, qui per Arpinatem Ciceronis fundum ferebatur. In eo erat insula, de leg. 2, 1, 1. — Praecipitat in Lirem, Ib. 2, 3, 6.

**Ficulensis** fundus, praedium prope viam Ficulensem, ad Att. 12, 34, 1.

**Fidenae**, Sabinorum oppidum, de lege agr. 2, 35, 96. Philipp. 9, 1, 4.

**Fides** dea. Eius cultus, de leg. 2, 8, 19. Ib. 2, 11, 28. — Fides. Mens: eas in Capitolio dedicatas videmus a M. Aemilio Scauro, de n. d. 2, 23, 61. Ib. 2, 31, 79. — Eam in Capitolio vicinam Iovis opt. max. Romani esse voluerunt, de off. 3, 29, 104. de n. d. 3, 18, 47.

**Fides Cyllenia** sidus, Arat. v. 276. et 627.

**C. Fidiculanius Falcula**, senator, corrupti iudicii accusatus a L. Quinctio, prima actione facillime est absolutus, pro Cluent. 37, 103. Ib. 41, 112. — Fidiculanius Falcula, senator, testis in causa A. Caecinae, pro Caec. 10, 28.



**C. Fidulus** (al. **Fidulius, Figulus,**) adsecula P. Vatinii, in Vatin. 13, 31.

**Figuli.** V. **Marcius** et **Nigidius.**

**Fimbria.** V. **Flavius Fimbria.**

**Firmani**, Philipp. 7, 8, 28. V. **Firmum.**

**Firmani** fratres, ad Att. 4, 8, 3. V. **L. Gavius.**

**Firmidius**, cum Gellio et Titio dux operarum Clodianarum, pro Sest. 52, 112.

**Firmum**, hodie *Fermo*, oppidum in agro Piceno, incolae Firmani, ad Att. 8, 12. B. 1.

**Flaccus.** V. **Valerius Flaccus.**

**Flaminia Via.** — Tres sunt viae ad Mutinam, a supero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Cassia, Philipp. 12, 9, 22. — Eius curator Q. Minucius Thermus, ad Att. 1, 1, 2.

**Flaminini.** V. in **Quinctiis Flamininis.**

**Flaminius** circus, pro Sest. 14, 33. post red. in sen. 6, 13. et 7, 17.

**T. Flaminius Flamma**, debitor Ciceronis, ad fam. 16, 24, 1. ad Att. 12, 52, 1. — Flamma Flaminius, Ib. 14, 16, 4. Ib. 14, 17, 6. Flamma, Ib. 15, 2, 4.

**C. Flaminius (Nepos)**, qui tribunus pl. a. u. c. 526. legem de agro Gallico et Piceno viritim dividendo tulit, qui consul iterum apud Trasimenum interfectus est, dicitur ad populum valuisse dicendo, ad Brut. 14, 57. — Grandior natu Catone, Ib. 19, 77. — Homo popularis, legem agrariam aliquot annis ante secundum bellum Punicum tribunus pl. tulit invito senatu et postea bis consul factus est a. u. c. 531. cum P. Furio Philo et a. 537. cum Cn. Servilio Gemino, Acad. pr. 2, 5, 13. De eius lege agraria, de inv. 2, 17, 52. de sen. 4, 11. — C. Flaminius cos. iterum bello Punico secundo neglexit signa rerum futurarum magna cum clade rei publ., de divin. 1, 35, 77. cl. ib. 2, 8, 21. — Flaminiana ostenta, Ib. 2, 31, 67. — Eum Caelius Antipater religione neglecta cecidisse apud Trasimenum scribit cum magno rei publ. vulnere, de n. d. 2, 3, 8. — de leg. 3, 9, 20.

**C. Flaminius**, aedilis curulis, pro Cluent. 45, 126. — Praetor cum Cicerone a. u. c. 688., Ib. 53, 147.

**Flavius**, ad Att. 12, 17. — Fragm. p. 249.

**Flavius**, praefectus fabrum in exercitu M. Bruti, ep. ad Brut. 1, 6. Ib. 1, 17.

**C. Flavius**, necessarius C. Pisonis, generi Ciceronis, commendatur Acilio, ad fam. 13, 31, 1.

**Cn. Flavius**, scriba, qui fastos protulit et primus actiones exposuit, ad Att. 6, 1, 8. Ib. 6, 1, 18. pro Mur. 11, 25.

**L. Flavius**, vir primarius, eques Rom., testis contra Verrem, Verr. accusat. 1, 5, 14. Ib. 5, 59, 155.

**L. Flavius**, procurator C. Matrinii, Verr. accusat. 5, 7, 15.

**L. Flavius**, tribunus pl. a. u. c. 694. agrariam legem promulgavit, ad Att. 1, 18, 6. Ib. 1, 19, 4. Ib. 2, 1, 6. — L. Flavius, praetor designatus a. u. c. 695., querebatur de iniquis epistolis Q. Ciceronis, ad Q. fr. 1, 2, 3. §. 10. — Ei a Caesare legio et Sicilia datur a. u. c. 705., ad Att. 10, 1, 2.

**L. Flavius** una cum fratre C. Flavio commendatur Acilio, ad fam. 13, 31, 1.

**Q. Flavius** Tarquiniensis quidam interfecit Panurgum, pro Rosc. Com. 11, 32.

**C. Flavius Fimbria**, novus homo, praelatus a populo in consulatu petendo Q. Lutatio Catulo, pro Planc. 5, 12. — C. Fimbria, accusatus a M. Gratidio de pecuniis repetundis, Brut. 45, 168. — M. Aemilii Scauri testimonio in C. Fimbriam creditum non est, pro Font. 7, 14. — C. Fimbria, cos. a. u. c. 650. non mediocribus inimicitiis ac laboribus contendit, ut ad summos honores perveniret, Verr. accusat. 5, 70, 181. — C. Fimbria tribunus plebi non est factus, pro Planc. 21, 52. — Eius nervi in dicendo, sed oris pravitas et verborum latitudo, de orat. 2, 22, 91. — De eius facultate dicendi et actione et orationibus, Brut. 34, 129. — Eius dictum, de off. 3, 19, 77. — C. Fimbria, quum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., pro salute communi arma cepit, pro C. Rabir. perd. 7, 21.

**C. Flavius Fimbria**, M. Crassi oratoris aequalis, qualis fuerit orator, Brut. 66, 233. — Homo longe audacissimus et insanissimus, pro Sex. Rosc. 12, 33.

**C. Flavius Pusio**, eques Rom., fortiter restitit M. Druso, tribuno pl., legibus suis de quaestionibus habendis in eos, qui ob rem iudicandam pecuniam cepissent, in periculum vocanti, pro Cluent. 56, 153.

**Flora** dea, Verr. accusat. 5, 14, 36.

**Florus** Larinas, pro Cluent. 59, 162.

**Fluctus**. Duces Romanorum mare ingredientes immolare hostiam Fluctibus consueverant, de n. d. 3, 20, 51.

**Flumen** sidus, de n. d. 2, 44, 114.

**Flumentana** porta Romae. Eam Caelius occupat, id est, praedium emit prope eam, ad Att. 7, 3, 9.

**Foenicularius Campus** in Hispania Tarraconem versus, ad Att. 12, 8.

**Fons**. Fontis delubrum consecravit C. Papirius Maso cos. a. u. c. 532. ex Corsica redux, de n. d. 3, 20, 52. Fontis ara, de leg. 2, 22, 56.

**Fonteia** gens Tusculo oriunda, pro Font. 14, 31. — Plebeia, de domo sua 44, 116.

**Fonteia**, M. Fonteii soror, virgo Vestalis, pro Font. 17, 36.

**(C.) Fonteius**, pater Fonteii a Cicerone defensi, pro Font. 14, 31. Ib. 17, 38.

**C. Fonteius**, legatus M. Fonteii, pro Font. 4, 8.

**M. Fonteius M. F.**, eius, qui Q. Servilio praetori bello sociali legatus Asculi interfectus est, perfunctus quaestura a. u. c. 665., aedilitate a. 672., legatione in Macedonia et Hispania, praetor urbanus a. 676., pro praetore Galliam Narbonensem a. 677—679. obtinuit eique per triennium praefuit, quo tempore Cn. Pompeius Hispaniense bellum adversus Sertorium administravit. Romam reversus de pecuniis repetundis reus factus est, postulantibus Gallis, in his Induciomaro Trevirorum principe, accusatus a M. Plaetorio, subscriptore M. Fabio, defensus a Cicerone a. u. c. 685., pro Font. 1, 1 sqq. — M. Fonteius domum Rabirianam Neapoli emit, ad Att. 1, 6, 1. Ib. 4, 15, 6.

**P. Fonteius**, imberbis adolescens, annos viginti natus, etiam minor, adoptavit P. Clodium, de domo sua 13, 34 et 35. Ib. 29, 77. —



P. Clodius parentum nomen, sacra, memoriam, gentem Fonteiano nomine obruit, de harusp. resp. 27, 57.

**Formiae**, municipium Latii in Auruncis, ad Att. 2, 13, 2. ad fam. 16, 12, 5. Ib. 8, 17, 1. ad Q. fr. 1, 1, 6. §. 17. ad Att. 7, 8, 4.

**Formiana** villa Ciceronis in agro Formiano prope Caietam, ad Att. 4, 2, 6. cl. ib. 4, 6, 7. V. **Formianum.**

**Formiani** Ciceroni apud eos degenti admodum erant molesti, ad Att. 2, 14, 2.

**Formianum**, C. Laelii villa, de r. p. 1, 39, 61. — Item villa Ciceronis, ad fam. 16, 10, 1. Ib. 16, 12, 6. ad Att. 4, 6, 7. Item Dolabellae, Ib. 15, 13, 5.

**Formianus** fundus P. Rutilii, de n. d. 3, 35, 86.

**Formulae** augurales in auspiciis, de divin. 2, 34, 71 et 72.

**Fors** hera Ennio dicta, de off. 1, 12, 38. — Fors domina campi, in Pison. 2, 3.

**Fortuna**, dea. Fortuna rerum humanarum domina, pro Marcello 2, 7. — Eam nemo ab inconstantia et temeritate seiunget, quae digna certe non sunt deo, de n. d. 3, 24, 61. — Fortuna caeca est, de am. 15, 54. — Fortunae descriptio Pacuviana, ad Her. 2, 23, 36. — Fortuna Huiusce Diei, Respiciens, Fors, Primigenia, de leg. 2, 11, 28. — Quod in ea parte Fortunae fanum Syracusis, Verr. accusat. 4, 53, 119. — Bonae Fortunae signum a C. Verre Heio Mamertino ablatum, Ib. 4, 3, 7. — Fortuna mala. Eius ara in Esquiliis, de leg. 2, 11, 28. cl. de n. d. 3, 25, 63.

**Fortuna Praenestina.** In eius gremio sedebat Iuppiter puer lactens cum Iunone, de divin. 2, 41, 85. — Eius monitu sortes tolluntur, quorum inventor N. Suffucius, Ib. 2, 41, 86.

**Forum Appii** oppidum in via Appia, ad Att. 2, 10.

**Forum Aurelium**, oppidum haud procul ab Urbe, ad viam Aureliam situm, hodie *Monte Alto*, in Catil. 1, 9, 24.

**Forum Cornelium** s. **Cornelii,** oppidum Lingonum, in Gallia Cispadana, hodie *Imola*, ad fam. 12, 5, 2.

**Forum Gallorum**, oppidum Galliae Cispadanae, inter Mutinam et Bononiam in via Aemilia, hodie *Castel Franco*, ad fam. 10, 30, 2.

**Forum Iulii**, colonia a Iulio Caesare deducta in Gallia Narbonensi, hodie *Fréjus*, ad fam. 10, 15, 3. Ib. 10, 17, 1.

**Forum Voconii** a Foro Iulii quattuor et viginti milia passuum abest, ad fam. 10, 17, 1. Ib. 10, 34, 1.

**Frangones**, Caesaris adseculae ex infima plebe, latrocinii auctores, ad Att. 14, 10, 2.

**Fraus** dea, de n. d. 3, 17, 44.

**Fregellae**, oppidum Volscorum in Latio. — Perfidiosae, ad Her. 4, 15, 22. — Eversae, Ib. 4, 27, 37.

**Fregellani** perduelles in populum Rom., ad Her. 4, 9, 13. Ib. 4, 27, 37. de inv. 1, 8, 11. — Fregellani defensi in senatu a municipe suo L. Papirio, Brut. 46, 170.

**Fregellani Quattuorviri** et **Decuriones.** Ad eos est epistola ad fam. 13, 76.

**Fregellanum** bellum, de lege agr. 2, 33, 90.

**Frentani**, pro Cluent. 69, 197.

**Fretense** mare, fretum Italiam inter et Siciliam, ad Att. 10, 7, 11. — Fretum, ad Att. 2, 1.

**Frusinas** fundus, praedium non procul a Frusino Latii oppido, a Cicerone venditum cum condicione redemptionis, ad Att. 11, 4, 1. Ib. 11, 13, 4.

**Fufia** lex, ad Att. 4, 16, 5. V **Aelia lex.**

C. **Fuficius**, Verr. accusat. 2, 12, 31.

**Fufidius**, eques Romanus, in Pison. 35, 86. — Coheredes Fufidiani, ad Att. 11, 13, 3. — Fufidiana praedia, Ib. 11, 14, 3. Ib. 11, 15, 4.

**Fufidius.** Ab eo fundus Q. Ciceroni emitur, ad Q. fr. 3, 1, 2. §. 3.

L. **Fufidius**, ad quem M. Aemilius Scaurus tres libros scripsit de vita ipsius acta, in aliquo patronorum numero fuit, Brut. 30, 113.

Q. **Fufidius Q. F.**, Arpinas, eques Rom., ad fam. 13, 11, 1. — Privignus M. Caesii tribunus mil. in Cilicia sub Cicerone, Ib. 13, 12, 1.

C. et **M. Fufii**, equites Romani, pro Flacco 20, 46.

A. **Fufius**, familiaris Ciceronis, commendatur C. Memmio, ad fam. 13, 3.

L. **Fufius**, calumniator in luminum iure, de orat. 1, 39, 179. — In accusando M'. Aquilio eius industria cognita est, de off. 2, 14, 50. — De eius facultate dicendi, Brut. 62, 222. cl. de orat. 2, 22, 91. Ib. 3, 13, 50.

Q. **Fufius**, eques Rom., Philipp. 2, 16, 41.

**Fufius Calenus**, pater, homo severus et prudens, Philipp. 8, 4, 13.

L. **(Fufius) Calenus**, testis in Verrem, Verr. accusat. 2, 8, 24.

Q. **Fufius Calenus**, tribunus pl. a. u. c. 693., ad fam. 5, 6, 1. — In contionem produxit Pompeium a. u. c. 693., ad Att. 1, 14, 1. Ib. 1, 14, 6. — Hortensius excogitavit, ut legem de Clodiana religione Fufius ferret, Ib. 1, 15, 2. — Eum boni viri clamoribus et conviciis et sibilis consectantur, a. u. c. 695., ad Att. 2, 18, 1. — Venit ad Ciceronem a. u. c. 705., Ib. 9, 5, 1. — Fufius est apud Caesarem, Ciceroni inimicissimus a. u. c. 706., Ib. 11, 8, 2. Ib. 11, 15, 2. — Pompeiani Achaici etiam Fufio spem deprecationis adferunt, Ib. 11, 16, 2. — Q. Fufius Calenus pacem cum M. Antonio suadebat, Philipp. 8, 4, 11 sqq. — Exagitatur propter inimicitias in Brutos, Ib. 10, 1, 3 sqq. — Iudicavit hostem Dolabellam, bona eius censuit publice possidenda, Ib. 11, 6, 15. — Cotidie litteras mittebat, accipiebat, aperte favebat M. Antonio, Ib. 12, 1, 1. — Procurator Antonii, Ib. 12, 7, 18. — Scripsit ad Ciceronem, ad Att. 15, 4, 1. cl. ib. 16, 11, 1.

C. **Fulcinius** legatus populi Romani, Fidenis interemptus a Larte Tolumnio, Veientium rege, Philipp. 9, 1, 4 et 5.

M. **Fulcinius**, e municipio Tarquiniensi, pro Caec. 4, 11. — Eius filius, M. Fulcinius, Ib. 4, 12. — Eius libertus, item M. Fulcinius, Ib. 6, 17.

**Fulvia**, M. Fulvii Bambalionis filia, uxor P. Clodii, C. Curionis, M. Antonii, maritis suis fatalis, Philipp. 2, 5, 11. — Deiotarus dignus ille quidem omni regno, sed non per Fulviam, ad Att. 14, 12, 1. — Fulvia significatur etiam Philipp. 2, 31, 77.



**Fulviaster.** Philotimus solet omnino esse Fulviaster, i. e. pravus imitator Fulvii, ad Att. 12, 44, 4.

**Fulvii** Tusculo oriundi, pro Planc. 8, 20.

M. **Fulvius Bambalio**, Tusculanus locuples, Fulviae uxoris M. Antonii pater, Philipp. 2, 36, 90.

M. **Fulvius Flaccus**, avus L. Caesaris. — Probra coniecit in P. Scipionem Nasicam Serapionem, de orat. 2, 70, 285. — M. Fulvius cos. a. u. c. 629. — Mediocris orator, Brut. 28, 108. — Quia cum C. Graccho contra salutem rei publ. fecerat, et senatus sententia est interfectus cum liberis et eius domus eversa et publicata est, de domo sua 38, 102. Ib. 43, 114. cl. in Catil. 1, 2, 4. Ib. 1, 12, 29. Ib. 4, 6, 13. — Philipp. 8. 4, 14.

Q. **Fulvius Flaccus** quartum consul cum Q. Fabio Maximo Verrucoso a. u. c. 545. His consulibus Capua devicta atque capta est, de lege agr. 2, 33, 90.

Q. **Fulvius Q. F. Flaccus**, A. Postumius censores a. u. c. 580., Verr. accusat. 1, 41, 106.

Ser. **Fulvius Flaccus** de incestu accusatus, a C. Curione defensus, Brut. 32, 122. De eius eloquentia, Ib. 21, 81. — Verba ex eius oratione adferuntur, de inv. 1, 43, 80.

P. **Fulvius Neratius**, lectissimus homo, pro Flacco 20, 46.

M. **Fulvius Nobilior** duxit consul a. u. c. 565. in Aetoliam Ennium, Tuscul. 1, 2, 3. Brut. 20, 79. — Non dubitavit Martis manubias Musis consecrare, pro Archia 11, 27. — Eius triumphus de Aetolis, pro Mur. 14, 31. — Cum eo censore facto rediit in gratiam M. Lepidus, collega a. u. c. 575., de prov. cons. 9, 20. — *Mobiliorem* eum Cato dixit, de orat. 2, 63, 256.

M. **Fulvius Nobilior**, ex equestri ordine, condemnatus a. u. c. 700., ad Att. 4, 16, 12.

Q. **Fulvius Nobilior**, Marci, qui Aetolos vicit, filius, non indisertus fuit, consul cum T. Annio Lusco a. u. c. 601. Ennium civitate donavit, quum triumvir coloniam deduxisset, Brut. 20, 79.

C. **Fundanius** defensus a Cicerone a. u. c. 688. Fundan. fragm. p. 216. — Ciceronis amicus, ad Q. fr. 1, 2, 3. §. 10.

M. **Fundanius**, civis ad ambitionem gratiosissimus, Q. Cic. de pet. cons. 5, 19.

**Fundanus** ager, de lege agr. 2, 25, 66.

**Fundi**, oppidum Latii, hodie *Fondi*, ad Att. 14, 6, 1.

**Funisulanus.** Attici litteras Tullio dedit, ad Att. 5, 4, 1. — Ciceronis debitor, Ib. 10, 15, 1.

T. **Furfanius Postumus**, vexatus a P. Clodio, iudex in causa Milonis, pro Mil. 27, 75. — Ei a. u. c. 705. ut in Sicilia succederet Postumius, decrevit senatus, ad Att. 7, 15, 2. — A. u. c. 709. Siciliam pro consule obtinebat, ad fam. 6, 8, 3. — Ei A. Caecinam exsulem commendat, Ib. 6, 9.

**Furia** lex, Verr. accusat. 1, 42, 109.

**Furiae** leges, Verr. accusat. 1, 42, 109. V. **Atiniae, Furiae** leges.

**Furiae** deae sunt, speculatrices et vindices facinorum et scelerum, de n. d. 3, 18, 46. — Earum taedae ardentes, pro Sex. Rosc. 24, 67. — Furiarum faces ardentes, in P. Clod. 1, 6. cl. de leg. 1, 14, 40. — Catilinam eiusque socios non ad perficiendum scelus, sed

ad luendas rei publ. poenas Furiae quaedam incitaverunt, pro Sulla 27, 76.

**Furina.** Lucus Furinae, de n. d. 3, 18, 46. — Furinae templum prope Satricum, ad Q. fr. 3, 1, 2. §. 4.

**Furius**, praediator, pro Balbo 20, 45.

**Furius** Heracliensis nauarchus, homo innocens securi percussus a Verre, defensionem causae suae scripsit, ex qua locos non nullos adfert Cicero, Verr. accusat. 5, 43, 112 et 123.

A. **Furius** poëta, Q. Lutatii Catuli patris familiaris, ad quem hic scripsit librum de consulatu et de rebus gestis suis, Brut. 35, 132.

C. **Furius** tulit legem de testamentis, pro Balbo 8, 21.

N. **Furius**, eques Rom., quum erat commodum, cantabat, de orat. 3, 22, 87.

P. **Furius**, Catilinarius, in Catil. 3, 6, 14.

C. **Furius Camillus**, in rebus novis perquirendis diligens, ad Att. 13, 33, 4. Qua munditia homo, qua elegantia! ad fam. 9, 20, 2. — C. Camillus, iuris praediatorii omnium peritissimus, ad fam. 5, 20, 3. — Amicus Ciceronis, ad fam. 14, 5, 2. Ib. 14, 14, 2. ad Att. 13, 6, 1. — cf. ib. 5, 8, 3. Ib. 6, 1, 19. Ib. 6, 5, 2. Ib. 11, 16, 5. Ib. 11, 23, 1.

L. **Furius Camillus**, App. Claudius Crassus coss. a. u. c. 405. Iis cos. Plato Tarentum venit, de sen. 12, 41.

M. **Furius Camillus**, dictator a. u. c. 365. — Camillus exsulans felicior quam temporibus iisdem Manlius, fragm. p. 255. — Camillus, quum esset optime de re publica meritus, tamen populi incitati vim iracundiamque subiit, de domo sua 32, 86. — Eius exsilium, de r. p. 1, 3, 6. cf. Tuscul. 1, 37, 90. — Camilli, Fabricii, Curii rem Romanam ex minima tantam fecerunt, pro Cael. 17, 39.

**Furius Crassipes**, Tulliae sponsus, ad Att. 4, 5, 3. Ib. 4, 12. Ib. 7, 1, 8. — De nostra Tullia spero cum Crassipede nos confecisse. (a. u. c. 698.), ad Q. fr. 2, 4, 2. Ib. 2, 5, 1 sq. ad fam. 1, 7, 11. cf. ib. 1, 9, 20. — Ad eum, quum esset pro quaestore Bithyniae, scripta est ad fam. 13 ep. 9. — Eius sermo cum Cicerone sub profectionem Pompeii a Brundisio, ad Att. 9, 11, 3. — Eius ambulatio adluvie ablata, ad Q. fr. 3, 7, 1.

M. **Furius Flaccus**, eques Rom., a Capitolinis et Mercurialibus de collegio eiectus, ad Q. fr. 2, 5, 2.

L. **Furius Philus**, cos. a. u. c. 618. Perbene Latine loqui putabatur litteratiusque quam caeteri, Brut. 28, 108. ad Att. 12, 5, 3. — L. Furius Philus, cos. cum Sex. Atilio Serrano rogationem tulit de C. Hostilio Mancino Numantinis dedendo, de off. 3, 30, 109. — Quaesivit de Numantino foedere, de r. p. 3, 18, 28. — Secum eruditissimos homines ex Graecia palam semper habuit, de orat. 2, 37, 154. — Moderatissimus homo et continentissimus, pro Arch. 7, 16. — Eius comitas, pro Mur. 31, 66. — Eius sapientia temperantiaque in publicis privatisque, forensibus domesticisque rebus perspecta, de lege agr. 2, 24, 64. — Persona in libris de re publ., de r. p. 1, 11, 17. ad Att. 4, 16, 2. de am. 4, 14. Ib. 6, 21. Ib. 19, 69. Ib. 27, 101.



P. **Furius (Philus)**, accusatus a C. Deciano et condemnatus, pro C. Rabir. perd. 9, 24.

C. **Furnius**, trib. pl. a. u. c. 703. Ciceroni amicus, Cael. ad fam. 8, 10, 3. cf. ad Att. 1, 2, 1. 5, 18, 2. — Furnius a. u. c. 704. laboravit, ut Ciceroni supplicatio decerneretur, Ib. 8, 11, 2. Ib. 8, 10, 24, 4. — Ad eum sunt ad fam. 10. ep. 25 et 26. — Exceptio eius Ciceroni non placet, ad Att. 6, 1, 11. — Cupidissimus Ciceronis a. u. c. 704., ad fam. 15, 14, 5. — Venit ad Ciceronem ab Caesare mense Martio a. u. c. 705., ad Att. 9, 6, 6 et 7. — Caesaris litteras a Furnio accepit Cicero, Ib. 9, 11. A., 1. Ib. 7. ep. 19. — L. Munatio Planco commendatur a. u. c. 710., ad fam. 10, 1, 4. Ib. 10, 3, 1. Ib. 10, 4, 1. Ib. 10, 6, 1. — Legatus L. Planci, vir fortis atque strenuus, Ib. 10, 8, 5. Ib. 10, 10, 1. Ib. 10, 11, 3. Ib. 10, 12, 1.

**Fusiae** leges, falsa scriptura pro leges Furiae, Verr. accusat. 1, 42, 109. V. **Furiae leges.**

**Gabii**, municipium Latinum, pro Planc. 9, 23.

**Gabinia** lex, tabellaria lata a Q. Gabinio a. u. c. 616., de am. 12, 41. — Lex ab A. Gabinio lata a. u. c. 687., qua sanctum erat, ut ex Kal. Febr. usque ad Kal. Mart. legatis senatus cotidie daretur, ad Q. fr. 2, 11 (13), 3. — Lex alia de fenore ab A. Gabinio, ad Att. 5, 21, 12. Ib. 6, 2, 7. — Lex de uno imperatore contra praedones constituendo, de imp. Cn. Pomp. 19, 57 sq.

A. **Gabinius**. Tribunus pl. a. u. c. 687. legem tulit, qua Cn. Pompeio imperium totius orae maritimae bellumque contra praedones Cilicas gerendum tradidit, de imp. Cn. Pomp. 17, 52. 19, 57 sq. — Q. Hortensius multa et in senatu et e Rostris contra A. Gabinium dixit, quum is de uno imperatore contra praedones constituendo legem promulgasset, de imp. Cn. Pomp. 17, 52. cf. ib. 18, 54. Ib. 19, 57 et 58. — A. Gabinius trib. pl. collegae magistratum abrogavit, Cornel. prim. fragm. 14. p. 211. — Eius causam capitis susceperat Cicero, post red. ad Quir. 5, 11. — Eius competitor in consulatu L. Lentulus, flamen Martialis, in Vatin. 10, 25. — Eum de ambitu postulare volebat C. Cato a. u. c. 695., ad Q. fr. 1, 2, 5. §. 15. — Consulatum gessit a. u. c. 696. cum L. Calpurnio Pisone Caesonino. — A. Gabinius L. Lamiam relegavit, ad fam. 12, 29, 1. — In eum invehitur Cicero, post red. in sen. 5, 11. — L. Lamiam exire urbe iussit, Ib. 5, 12. — Eum adloqui in curia nemo audebat, fragm. p. 303. — Invehitur in eum et L. Pisonem Cicero, pro Planc. 35, 86. cf. ib. 35, 87. — A. Gabinius Catilinae lanternarius, in Pison. 9, 20. — Exagitatur multis modis in Pisoniana, 11, 25. 12, 27. 17, 41. — Tandem se collegit Gabinius et pro Cn. Pompeio vere pugnavit, Ib. 12, 27. — In eum invehitur Cicero, pro Sest. 8, 18. Ib. 9, 20. de domo sua 47, 124. — Ei quum Ciliciam dedisset P. Clodius, mutavit pactionem et ei precio amplificato Syriam nominatim dedit, Ib. 9, 23. cf. pro Sest. 25, 55. 43, 93. — Qualis

reditus A. Gabinii et L. Pisonis in urbem e provinciis fuerit a. u. c. 700., ad Q. fr. 3, 1, 7. §. 24. — cl. ib. 3, 1, 5. §. 15. — A. d. VI. Id. Octobr. Gabinium ad populum luculente calefecerat Memmius sic, ut Calidio verbum facere pro eo non licuerit, Ib. 3, 2, 1. — Gabinium de ambitu reum fecit P. Sulla, contra dixit L. Torquatus omnibusque libentibus non obtinuit, Ib. 3, 3, 2. — Absolutus est, Ib. 3, 4, 1. — Se ipsum, exercitum populi Romani, auctoritatem senatus regi Aegyptio Ptolemaeo vendidit a. u. c. 698., in Pison. 21, 48. — Signa contulit cum Alexandrinis. Cepit Alexandriam, Ib. 21, 49. — Reditum sibi ipse praecidit, Ib. 22, 51. — Syriam taeterrime administravit a. u. c. 698., de prov. cons. 4, 9 sq. — Eius litterae insigni quadam nota atque ignominia nova a senatu condemnatae, Ib. 10, 25. — Id. Maiis a. u. c. 698. senatus frequens supplicationem Gabinio denegavit, ad Q. fr. 2, 6 (8), 1. — Praeter Gabinium contigit nemini, ut ei supplicatio denegaretur, Philipp. 14, 8, 24. — Vehementer vexatus in senatu propter Syriae administrationem a. u. c. 700., ad Q. fr. 2, 11 (13), 2 et 3. — A. Gabinius, accusatus a Lentulo L. F., absolutus. a. u. c. 700., ad Att. 4, 16, 9. — Denuo eum postulat P. Sulla, Ib. 4, 16, 11. Ib. 4, 17, 1. — Gabinium tres factiones postulabant, L. Lentulus, flaminis filius, qui de maiestate postulavit, Ti. Nero cum bonis subscriptoribus, C. Memmius, tribunus pl. cum L. Capitone. Sed his iudiciis nihil audebat Cicero confidere. Quod M. Cato non valebat, adhuc de pecuniis repetundis, non erat postulatus, ad Q. fr. 3, 1, 5, 15. — Sunt lites aestimatae A. Gabinio a. u. c. 700., pro Rabir. Postumo 4, 8. — Damnatus est de pecuniis repetundis accusante Q. Fufio Caleno, in quo eum Cicero Cn. Pompeii auctoritate motus defenderat, Ib. 8, 19. cl. ib. 12, 33. — Gabinium si, ut Pansa putat oportuisse, defendisset, concidisset Cicero a. u. c. 700., ad Q. fr. 3, 5, 5. Ib. 3, 7, 1. Ib. 3, 9, 1. — Ciceronis commentarii causarum pro Gabinio, fragm. p. 217. — Gabinii absolutio in iudiciis de maiestate et de ambitu lex impunitatis putabatur, ad Q. fr. 3, 9, 3. — Ab exsilio restitutus per Caesarem a. u. c. 705., ad Att. 10, 8, 3.

**P. Gabinius**, praetor a. u. c. 665. cum Appio Claudio Pulcro et Q. Metello Pio, omnem tabularum fidem resignavit, pro Arch. 5, 9. — In eum L. Piso praetor a. u. c. 680. delationem nominis postulavit et a iudicibus impetravit, divinat. in Q. Caecil. 20, 64.

**Q. Gabinius.** Is tulit primam legem tabellariam de mandandis magistratibus a. u. c. 616., de leg. 3, 16, 35. — V. **Gabinia lex.**

**Gades** oppidum Hispaniae, ad fam. 10, 32, 1. — Tartessiorum olim caput, de sen. 19, 69. de domo sua 30, 80.

**Gaditana** civitas. Eius ius, pro Balbo 6, 14. Ib. 10, 25. Ib. 11, 27. — De foedere Gaditano, Ib. 14, 32. Ib. 15, 34.

**Gaditani**, pro Balbo 17, 39. Ib. 19, 43.

**Gaditanus (L. Cornelius Balbus)**, ad Att. 7, 7, 6.

**Galatae.** Eorum auxilia Ciceroni adfuerunt a. u. c. 703., ad Att. 6, 5, 3.



**Galba.** V. in **Sulpiciis.**

**Galeo.** Galeonis hereditatem crevit Cicero a. u. c. 707., ad Att. 11, 12, 4.

**Galeotae** interpretes portentorum in Sicilia, de divin. 1, 20, 39.

**Galli**, Afri, Hispani, immanes ac barbarae nationes, ad Q. fr. 1, 1, 9. §. 27. — Alpium vallum contra ascensum transgressionemque Gallorum, in Pison. 33, 81. — Gallici ad urbem adventus tempestas horribilis, de r. p. 2, 6, 11. — Gallicae nationes quondam Delphos usque ad Apollinem Pythium eiusque oraculum vexandum ac spoliandum profectae sunt. Ab iisdem gentibus obsessum Capitolium est etc., pro Font. 10, 20. — Galli, Tauri, Poeni homines immolare et pium et dis immortalibus gratissimum esse duxerunt, Ib. 3, 9, 15. cl. ib. 3, 9, 21. — Galli turpe esse ducebant frumentum manu quaerere, itaque armati alienos agros demetebant, Ib. 3, 9, 15. — Gallo Torquatus torquem detraxit, Tuscul. 4, 22, 49. — Homines Galli ex Allobrogum civitate male pacata, in Catil. 3, 9, 22. — Memorantur etiam pro Font. 3, 8. — Gallorum auxilia Caesari a. u. c. 705. promissa, ad Att. 9, 13, 4.

**Galli**, sacerdotes Matris magnae Idaeae, de leg. 2, 9, 22. Ib. 2, 16, 40.

**Gallia.** In ea multi cives Romani negotiabantur, pro Font. 1, 1. cl. Quinct. 3, 12 sqq. — A Cn. Pompeio per Galliam legionibus nostris iter in Hispaniam Gallorum internicione patefactum est, de imp. Cn. Pomp. 11, 30. — Gallia una communi non ardet incendio, a M. Bruto administrata, orat. 10, 34.

**Gallia Cisalpina.** Flos Italiae, firmamentum imperii populi Romani, ornamentum dignitatis, Philipp. 3, 5, 13. — Galliae Cisalpinae sermo atque elocutio Latina, Brut. 46, 171. — Gallia Cisalpina D. Bruti nutum ipsum, ne dicam imperium, secuta, armis viris pecunia belli principia firmavit, Philipp. 12, 4, 9. — Gallia Cisalpina se suasque vires non tradidit, sed opposuit Antonio, Ib. 5, 13, 37.

**Gallia** citerior, de inv. 2, 37, 111.

**Gallia Transalpina**, Poeno fuit auxilio, ad Her. 4, 33, 45.

**Galliae duae.** Eae a. u. c. 698. uno C. Caesaris imperio sunt coniunctae, de prov. cons. 2, 3.

**Galliae.** Quid illis terris asperius? quid incultius oppidis? quid nationibus immanius? de prov. cons. 12, 29. Ib. 13, 32.

**Gallicana** ratio et res, negotium in Gallia, pro Quinct. 4, 15.

**Gallicanus** s. **Gallicus** ager, in Catil. 2, 12, 26. de sen. 4, 11. — Gallicus et Picenus ager, Brut. 14, 57.

**Gallicus** tumultus, Philipp. 8, 1, 3. V. **Italicus** tumultus.

**M.** et **Q. Gallii** postularunt M. Calidium a. u. c. 703., Cael. ad fam. 8, 4, 1.

**Gallinaria** silva in Campania inter ostia Volturni et Literni iuxta littus, ad fam. 9, 23.

**C. Gallius.** V. **C. Gallus.**

**M. Gallius Q. F.** mancipia Sallustio reddidit. Is venit, ut legiones in Siciliam traduceret a. u. c. 707., ad Att. 11, 20, 2. — Memoratur etiam ib. 10, 15, 4. — M. Gallius,

Antonianus, Philipp. 13, 12, 26. ad Att. 11, 20. cf. Cael. ad fam. 8, 4, 1.

**Q. Gallius.** V. **Quinctius Gallus.**

**Q. Gallius** ambitus reus fit a M. Calidio Caesare et Figulo coss. a. u. c. 690., defensus a Cicerone, pro Gallio fragm. 1. p. 217. Brut. 80, 277 sqq. — Q. Gallius, civis ad ambitionem gratiosissimus, Q. Cic. de pet. cons. 5, 19.

**P. Gallonius**, praeco, pro Quinct. 30, 94. — P. Gallonius, lurco famosus, derisus a Lucilio, de fin. 2, 8, 24 et 25. Ib. 2, 28, 90.

**Gallus** quidam. Eius dictum, de orat. 2, 66, 265.

**Gallus** e Phrygia, sacerdos Matris Idaeae, ad Her. 4, 49, 62.

**C. Gallus.** V. **C. Sulpicius Gallus.**

**C. Gallus**, senator. Verr. accusat. 3, 65, 152.

**M. Gallus Fadius.** V. **M. Fadius Gallus.**

**Gallus Caninius** falsa scriptura pro C. Annio, ad Att. 15, 13, 3.

**Q. Gallus.** V. **Quinctius Gallus.**

**Gallus Cornelius**, familiaris Asinii Pollionis, ad fam. 10, 22, 5.

**Gamala**, Liguris nescio cuius filia, ad Att. 12, 23, 3.

**Gamelion** mensis Atheniensium, de fin. 2, 31, 101.

**Ganges**, Indiae fluvius, de r. p. 6, 20, 22.

**Ganymedes**, Laomedontis filius, ab dis raptus, ut Iovi bibere ministraret, Tuscul. 1, 26, 65. cf. ib. 4, 33, 71. — Ganymedes pocula ministrans, de n. d. 1, 40, 112.

**Gargettius** Epicurus a Gargetto pago Atheniensi, ad fam. 15, 16, 1.

**C. Gargonius**, eques Rom., fabula indoctus, sed solutissimus in dicendo et acutissimus, Brut. 48, 180.

**Gaurus** mons, in Campania, vino nobilis. Eum montem vendere volebat P. Rullus, de lege agr. 2, 14, 36.

**Gavius Ofella**, pro Sest. 33, 72.

**L. Gavius.** M. Bruti rem in Cappadocia procurabat, ad Att. 6, 1, 4. Ingratus fuit in M. Ciceronem, Ib. 6, 3, 6. Fuit Firmanus, Ib. 4, 8 b., 3. V. **Firmani.**

**P. Gavius**, Consanus municeps a Verre in crucem actus, Verr. accusat. 5, 61, 158 sqq.

**T. Gavius Caepio**, locuples et splendidus homo, ad Att. 5, 20, 4.

**Gedusanus** ager, de lege agr. 2, 19, 50.

**Gelenses** incolae oppidi Gelae Siciliae, iuxta fluvium, qui Gelas dicebatur, hodie *Terra nuova*, Verr. accusat. 3, 43, 103. Ib. 4, 33, 73.

**Gellia** et **Cornelia** lex, pro Balbo 14, 32.

**Gellii** historici, de divin. 1, 26, 55. de leg. 1, 2, 6.

**L. Gellius** aequalis Crassi, Antonii, L. Philippi, orator, Brut. 47, 174. cf. ib. 27, 105.

**L. Gellius Poblicola**, familiaris Ciceronis, quum pro consule ex praetura in Graeciam venisset, Athenis philosophos convocavit ipsisque magno opere auctor fuit, ut aliquando controversiarum aliquem facerent modum etc., de leg. 1, 20, 53. — Causam M. Octavii Liguris senatoris defendit a. u. c. 680. Verr. accusat. 1, 48, 125. — Consul fuit cum Cn. Cornelio Lentulo Clodiano a. u. c. 682. Ib. 2, 39, 95. — L. Gellius cum collega Cn. Cornelio Lentulo Clodiano legem tulit, uti cives Romani essent ii, quos Cn. Pompeius de consilii sententia singillatim civitate donasset, pro Balbo



8, 19. pro Balbo 14, 33. — L. Gellius, censor cum Cn. Lentulo collega biennio post consulatum a. u. c. 684. animadvertit in indices quosdam consilii Iuniani, pro Cluent. 42, 119. — L. Gellius, qui suam classem attemptatam magno cum suo periculo paene sensit, quid dixerit in contione, post red. ad Quir. 7, 17. — Ciceroni civicam coronam deberi a re publ. dixit, in Pison. 3, 6. — De animadversione in Catilinarios dixit ante Catonem, ad Att. 12, 21, 1.

**Gellius**, eques Rom., frater L. Gellii Poplicolae, privignus L. Marcii Philippi, testimonium in P. Sestium dixit, pro Sest. 51, 110 sqq. — Gellius nutricula seditiosorum omnium, in Vatin. 2, 4. — Gellius, de operis Clodianis, de harusp. resp. 27, 59. — P. Clodius desertus a suis vix Gellium retinebat, ad Att. 4, 3, 2. — Contumeliae in eum iactae, ad Q. fr. 2, 1, 1.

**L. Gellius.** Eo interprete ad Lepidum est usus Plancus a. u. c. 711., ad fam. 10, 17, 3.

**Gelo**, tyrannus Syracusanus, de n. d. 3, 34, 83.

**Gemini**, sidus, Arat. v. 151. 499., de n. d. 2, 43, 110.

**Geminus.** V. **Cn. Servilius Geminus.**

**Genealogi** antiqui, de n. d. 3, 17, 44.

**L. Genucilius Curvus**, negotiator in Hellesponto, commendatur Thermo, ad fam. 13, 53, 1.

**Germalus.** Milonis domus, quae est in Germalo, ad Att. 4, 3, 3.

**Germani.** Rheni fossa, gurgitibus illis redundans, Germanorum immanissimis gentibus obiecta, in Pison. 33, 81. — Foedera Germanorum, Insubrium, Helvetiorum, Iapydum etc., pro Balbo 14, 32. — Cum acerrimis nationibus et maximis Germanorum et Helvetiorum C. Caesar proeliis felicissime concertavit, de prov. cons. 13, 33. — Balbus litteras habebat, Germanos illasque nationes re audita de Caesare legatos misisse ad Aurelium, se quod imperatum esset esse facturos, ad Att. 14, 9, 3.

**C. Geta.** V. **C. Licinius Geta.**

**Getae**, populi Thraciae Dacis vicini. — Getarum copiae ad Pompeium adductae, ad Att. 9, 10, 3.

**Gigantes.** Eos poëtae ferunt bellum dis immortalibus intulisse, de harusp. resp. 10, 20. cf. Tuscul. 2, 8, 20. de sen. 2, 5. — Cum Titanis et cum Gigantibus di bella gesserunt, de n. d. 2, 28, 70.

**Glabrio.** V. **Acilius Glabrio.**

**Glauce** et Upis, tertiae Dianae parentes, de n. d. 3, 23, 58.

**Glaucia.** V. **Servilius Glaucia.**

**Glaucippus**, exceptus in lege Papia, qua peregrini Roma eiiciebantur, de lege agr. 1, 4, 13.

**Glaucus Pontius** poëma Ciceronis, fragm. p. 303.

**P. Globulus.** V. **P. Servilius Globulus.**

**Glycon**, medicus Pansae, a Cicerone M. Bruto commendatur, ep. ad Brut. 1, 6.

**Gnatho**, parasitus, persona Terentiana in Eunucho, de am. 25, 93. — Nomen personae comicae, Philipp. 2, 6, 15.

**Gnidius.** V. **Cnidius.**

**Gnosii** incolae urbis Gnosi in Creta, de leg. 1, 5, 15.

**Gorgias** Leontinus, Isocratis ma-

gister, centum et septem complevit annos neque umquam in suo studio atque opere cessavit, de sen. 5, 13. Ib. 7, 23. — Gorgias caeterique sophistae, a Socrate impugnati, Brut. 8, 30. — Inter primos tractavit orationis artificia, orat. 12, 39. — Concisus minutis numeris Isocrati videbatur, Ib. 13, 40. — Gorgias numeros oratorios primus invenit, sed iis est usus intemperatius, Ib. 52, 175 et 176. — In concinnitatis consectatione fuit princeps, orat. 49, 165. — In eius oratione plerumque numerum efficit ipsa concinnitas, Ib. 50, 167. — Gorgias, Thrasymachus, Isocrates minus in ipsa re publ. versabantur, sed tamen oratoriae scientiae doctores erant, de orat. 3, 16, 59. — Gorgias, omnibus de rebus oratorem optime posse dicere existimavit, de inv. 1, 5, 7. — Is e Sophistarum numero primus est ausus poscere quaestionem, id est, iubere dicere qua de re quis vellet audire, de fin. 2, 1, 1. cl. de orat. 1, 22, 103. Ib. 3, 32, 129. — Ei tantus honos habitus est a Graecia, soli ut ex omnibus Delphis non inaurata statua, sed aurea statueretur, de orat. 3, 32, 129. — Gorgias singularum rerum laudes vituperationesque conscripsit, Brut. 12, 47. Ib. 85, 292.

**Gorgias**, rhetor Atheniensis, M. Cicero ad fam. 16, 21, 6.

**Gorgias**, nomen servile pedisequi in narratione ficta, ad Her. 4, 52, 65.

**Gorgo** sive Medusa. Gorgonis os pulcherrimum, cinctum anguibus, Syracusis abstulit C. Verres, Verr. accusat. 4, 56, 124.

**C. Gorgonius**, Brut. 48, 180. V. **Gargonius.**

**Gortynius** iudex, Philipp. 5, 5, 13.

**Gracchani** indices, id est, equites Romani, ad quos lege C. Gracchi iudicia fuerant translata, Brut. 34, 128.

**Gracchi**. V. in **Semproniis.**

**Graeceius**, familiaris D. Bruti, ad fam. 11, 7, 1. Ib. 11, 12, 1. ad Att. 15, 8, 2.

**Graeci**. Eorum cum Romanis comparatio, Tuscul. 1, 1, 1 sq. de orat. 1, 44, 197. — Nullas iniurias Graeci homines gravius ferre solebant, quam spoliationes fanorum atque oppidorum, Verr. accusat. 4, 59, 132. — Mirandum in modum Graeci rebus istis, quas nos contemnimus, delectantur, Ib. 4, 60, 134. — Graeci homines deorum honores tribuunt iis viris, qui tyrannos necaverunt etc., pro Mil. 29, 80. — Olympia vicisse est apud Graecos prope maius et gloriosius quam Romae triumphasse, pro Flacco 13, 31. cl. Tuscul. 1, 46, 111. — Graecorum consuetudo religioque, quae monumenta hostium in bello ipso solet defendere, Verr. accusat. 2, 66, 159. — Apud Graecos νομοφύλακες erant: nec hi solum litteras, sed etiam facta hominum observabant ad legesque revocabant, de leg. 3, 20, 46. — In Graecia publice constituti sunt accusatores, Ib. 3, 20, 47. — Graeci multum frustra laborarunt in disciplina puerili legibus constituenda, de r. p. 4, 3, 3. cl. ib. 3, 4, 4. — In Graecorum gymnasiis isti puerorum liberi et concessi sunt amores, Tuscul. 4, 33, 70. — Graeci legendi delectationis et hominis alicuius ornandi causa laudationes scriptitaverunt, de orat. 2, 84, 341. — Graecorum mos voci serviendi, Ib. 1, 59, 251. — Oratori pragmaticum adiutorem dabant Graeci, Ib. 1, 59, 253. cl. ib. 1, 45, 198. — Hoc vitio, ut inepti sint, cumulata est eruditissima Graecorum natio etc., Ib. 2, 4, 18. — Graeci omnes negligentiores, ad fam. 16, 4, 2. — E Graecis ipsis diligenter cavendae sunt quaedam familiaritates, praeter hominum perpaucorum, si qui sunt vetere Graecia digni, ad Q. fr. 1, 1, 5. §. 16. Ib. 1, 6, 18. — Graecorum ingenia ad fallendum parata, Ib. 1, 2, 2. §. 4. — Cicero agnoscit in Graecis litteras, multarum artium disciplinam, sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam, alia, testimoniorum religionem et fidem illi nationi detrahit, pro Flacco 4, 9. — Graecus testis, quum ea voluntate processit, ut laedat, non iuris iurandi, sed laedendi verba meditatur, Ib. 5, 11. — Graecorum totae res publicae sedentis contionis temeritate administrantur etc., pro Flacco 7, 16. pro Sest. 59, 126. — Externi isti mores aut levium Graecorum aut immanium Barbarorum, pro Ligar. 4, 11. cl. Tuscul. 2, 27, 65. — In Graecorum conviviis haec lex obtinetur: *Aut bibat*, inquit, *aut abeat*, Tuscul. 5, 41, 118. — Graeco more bibere, Verr. accusat. 1, 26, 66. — Graeci homines non satis animosi, prudentes, ut est captus hominum, satis, hostem aspicere non possunt: iidem morbos toleranter atque humane ferunt, Tuscul. 2, 27, 65. — Apud Graecos, quibus, quum facere non possent, loqui tamen et scribere honeste et magnifice licebat, alia quaedam mutatis Graeciae temporibus praecepta exstiterunt etc., pro Cael. 17, 40. — In edictis Q. Mucii P. F. Scaevolae Asiatico et Ciceronis Ciliciensi sibi libertatem censebant Graeci datam, ut Graeci inter se disceptarent suis legibus, ad Att. 6, 1, 15. — Graecorum insulsitas, pro Rab. Postumo 13, 36. — Tria Graecorum genera sunt vere, quorum uni sunt Athenienses, quae gens Ionum habebatur, Aeoles alteri, Dores tertii nominabantur, pro Flacco 27, 64. — A Graecis elaborata dicendi vis atque copia, Brut. 7, 26.



**Graeci actores**, divin. in Q. Caecil. 15, 48.

**Graeci ludi**, ad Att. 16, 5, 1. — Graeci ludi opponuntur Oscis, ad fam. 7, 1, 3.

**Graeci rhetores**. V. **Rhetores**. — Graeci rhetores reprehensi, Latinis tamen praelati a L. Crasso, de orat. 3, 24, 93 et 94. — Graeci, qui de memoria scripserunt, ad Her. 3, 23, 38. — Graeci libri de ridiculis, de orat. 2, 54, 217.

**Graeci** versus incertorum poëtarum, ad fam. 9, 7, 2.

**Graecia** nullam umquam coloniam misit in Aeoliam etc. sine Pythio aut Dodonaeo aut Hammonis oraculo, de divin. 1, 1, 3. — Graecia cuncta fere maritima praeter Phliasios, Aenianas, Doris, Dolopas, de r. p. 2, 4, 8 et 9. Graecia iam diu suis consiliis perculsa et adflicta, pro Flacco 7, 16. totius Graeciae (omnium Graecorum) celebritate, Tuscul. 5, 3, 9. muliercula aquam ferens, ut mos in Graecia est, Ib. 5, 36, 103. — Illi, qui Graeciae formam rerum pu-

blicarum dederunt, corpora iuvenum firmari labore voluerunt, Ib. 2, 15, 36. — Graecia magnum audaxque consilium suscepit, quod Cupidinum et Amorum simulacra in gymnasiis consecravit, de leg. fragm. p. 403. — Graecia disciplinis non potest vinci, ad Her. 4, 32, 43. — Monumenta litterarum Graeciae sunt verbis ornatiora quam rebus, pro Scauro 2, 3. — Graecia semper eloquentia princeps esse voluit, de orat. 1, 4, 13. — Graecia, quum eloquentiae studio esset incensa atque excelleret in ea praestaretque caeteris, tamen omnes artes vetustiores habebat et multo ante non inventas solum, sed etiam perfectas, quam haec est a Graecis elaborata dicendi vis atque copia, Brut. 7, 26. — A Graecia vetere maxime celebrata est summa vis numerorum atque vocum, de orat. 3, 51, 197. — Graecia multo minus etiam quam Rhodii opimum genus dicendi probavit, orat. 8, 25. — Verborum inops interdum Graecia, Tuscul. 2, 15, 35. tota Asia et Graecia, Verr. accusat. 4, 59, 132. Athenis et aliis in urbibus Graeciae, pro Mil. 29, 80.

**Graecia magna.** Graecia simpliciter pro Graecia magna, pro Arch. 5, 10. — Floruit in Italia Graecis potentissimis maximis urbibus ea, quae Magna dicta est, in iisque primum ipsius Pythagoreorum magnum nomen erat, Tuscul. 4, 1, 2. — Eam Pythagoras exornavit et privatim et publice praestantissimis et institutis et artibus, Ib. 5, 4, 10. — Graecia magna instituta a Pythagora, de orat. 3, 34, 139. — Referta olim Pythagoreorum, Ib. 2, 27, 154. — Graecia magna nunc quidem deleta est, Pythagoreorum tempore florebat, de am. 4, 13.

**Graecostasis**, ad Q. fr. 2, 1, 3.

**Graeculi** multa fingunt, pro Scauro 2, 4. Graeculorum instituto App. Claudius praetor, P. Clodii pater, contionem interrogare solebat, pro Sest. 59, 126. Verbi controversia iam diu torquet Graeculos homines contentionis cupidiores quam veritatis, de orat. 1, 11, 47. Comites Graeculi, quocunque ibat, erant P. Clodio, pro Mil. 21, 55.

**Graii**, antiquius nomen Graecorum, Tuscul. 3, 18, 39. — Graius an barbarus, de inv. 1, 24, 35. — Graiorum falsis vocibus errant planetae, de divin. 1, 11, 17. — Graiorum mos in tropaeis statuendis, de inv. 2, 23, 69. — coloniae a Graiis deductae, de r. p. 2, 4, 9.

**Grammatici** poëtarum explanatores, de divin. 1, 50, 116.

**P. Granius**, negotiator in Sicilia, testis in Verrem, Verr. accusat. 5, 59, 154.

**Q. Granius** praeco. Apud eum cenavit L. Crassus orator, quum esset trib. pl., teste Lucilio, Brut. 43, 160. — De eo multa Lucilius, Ib. 46, 172. — Nemo eo dicacior, de orat. 2, 60, 244. — Facetum eius dictum, Ib. 2, 62, 254. Ib. 2, 70, 281 et 282. — Eius facetiae et libere dicta in P. Nasicam, M. Drusum etc., pro Planc. 14, 33. — Memoratus Lucilio, ad Att. 6, 3, 7. — Eius nomen pro exemplo usurpatur hominis faceti et dicacis, ad fam. 9, 15, 2.

**Gratia** dea, de n. d. 3, 17, 44.



**Gratidia**, avia M. et Q. Ciceronum, de leg. 3, 16, 36.

**Gratidianus.** V. **Marius Gratidianus.**

**M. Gratidius** Arpinas, frater Gratidiae, aviae M. Ciceronis. De eius facultate dicendi, Brut. 45, 168. — Ei legem tabellariam ferenti M. Tullius Cicero avus M. et Q. Ciceronum restitit, de leg. 3, 16, 36.

**M. Gratidius**, familiaris M. Ciceronis, legatus Q. Ciceronis, pro Flacco 21, 49. ad Q. fr. 1, 1, 3. §. 10. cf. ib. 1, 4, 3.

**Gratius**, accusator Archiae, pro Arch. 4, 8. Ib. 6, 12.

**Gutta**, competitor Milonis in consulatu a. u. c. 700. — Pompeius Miloni nihil tribuit, et omnia Guttae, dicitque se perfecturum, ut illo Caesar incumbat, ad Q. fr. 3, 8, 6.

**Ti. Gutta**, senator Romanus, homo sordidus, corruptus a Staieno. 'Staienus Guttam aspergit huic Bulbo', pro Cluent. 26, 71. — Ambitus damnatus, Ib. 36, 98. — Notatur a censoribus propter iudicium Iunianum, in quo pecuniam cepisse putabatur, Ib. 45, 127.

**Gyarus**, asperrima Cycladum insula, ad Att. 5, 12, 1.

**Gyges** anuli beneficio rex exortus Lydiae, inductus a Platone in Politiae libro primo, de off. 3, 9, 38. Ib. 3, 19, 78.

**Gytheum** s. **Gythium**, navale Lacedaemoniorum, de off. 3, 11, 49.

**Habonius** (olim **Rabonius**), pupilli Iunii tutor, vexatus a C. Verre, praetore urbano a. u. c. 680. in aedis Castoris sartis tectis tuendis, Verr. accusat. 1, 50, 132 sqq.

**Hadrianus.** V. **C. Fabius Hadrianus.**

**Haedi**, sidus, Arat. v. 171.

**Haedui** s. **Aedui**, Galliae populus, cognatus Romanis, ad fam. 7, 10, 4

**Halaesina** civitas Siciliae lauta et nobilis, ad fam. 13, 32, 1. — Halaesina civitas sine foedere immunis ac libera, Verr. accusat. 3, 6, 13. — Vexata a C. Verre, Ib 3, 73, 170.

**Halaesini** a. u. c. 659. quum haberent inter se controversias de senatu cooptando, leges ab senatu Romano petiverunt. Decrevit senatus, ut iis C. Claudius Appii F. Pulcher praetor de senatu cooptando leges conscriberet. C. Claudius, adhibitis omnibus Marcellis, qui tum erant, de eorum sententia leges Halaesinis dedit, Verr. accusat. 2, 49, 122.

**Halentium.** V. **Haluntium.**

**Hales** s. **Heles**, nobilis amnis Lucaniae, ad quem sita erat Elea sive Velia, ad fam. 7, 20, 1. ad Att. 16, 7, 5.

**Halicarnassus.** Ibi nobile illud Mausoli sepulcrum, Tuscul. 3, 31, 75. — Halicarnasso per vim signa pulcherrima abstulit Verres, Verr. accusat. 1, 19, 49. — Halicarnassus, Cariae nobilissima civitas, recreata a Q. Cicerone, ad Q. fr. 1, 1, 8. §. 25.

**Halicyae**, oppidum Siciliae inter Lilybaeum et Entellam, hodie *Salemi*, Verr. accusat. 5, 7, 15. — Halicyensis civitas sine foedere immunis ac libera, Ib. 3, 6, 13.

**Halicyenses** decumas dant, ipsi agros immunes habent, Verr. accusat. 3, 40, 91.

**Halienus.** V. **Alienus.**
**Halimetus**, ad Att. 4, 12.
**Haluntium**, oppidum Siciliae inter Lilybaeum et Pelorum, difficili ascensu atque arduo, Verr. accusat. 4, 23, 51. — Haluntina civitas, Ib. 3, 43, 103.
**Halys**, Paphlagoniae fluvius, de divin. 2, 56, 115.
**Hamilcar** Karthaginiensis. Eius somnium in obsidione Syracusarum, de divin. 1, 24, 50.
**Hamilcar**, Hannibalis pater, de off. 3, 26, 99.
**Hammon**, deus Libyae, Iuppiter Hammon, de n. d. 1, 29, 82. vel Hammon simpliciter de divin. 1, 1, 3. Ib. 1, 43, 95. V. **Iuppiter.**
**Hammonius** Ptolemaei Alexandrini regis legatus, ad fam. 1, 1, 1. — libertus Cleopatrae, ad Att. 15, 15, 2.
**Hannibal.** Summus Karthaginiensium a suis civibus eiectus e civitate, pro Sest. 68, 142. — Hannibal imperatoris exemplum, de orat. 1, 48, 210. — Comparatur cum Pyrrho, ut propter crudelitatem notetur, de am. 8, 28. — Hannibal crudelis, de off. 1, 12, 38. — Callidus, Ib. 1, 30, 108. — Eius somnia a Sileno, Caelio Antipatro, Agathocle narrata, de divin. 1, 24, 48 sqq. — Post Cannensem pugnam decem captivos Romam astrictos misit iure iurando etc., de off. 1, 13, 40. — De ea re quid Polybius et Acilius tradiderint, de off. 3, 32, 113—115. — Vastationes, caedes, rapinas non faciebat Hannibal, quia multa ad usum reservabat, Philipp. 5, 9, 25. — Ad eum miserat olim senatus, ut a Sagunto recederet, legatos: qui, si Hannibal non pareret, Karthaginem ire iussi erant, Ib. 5, 10, 27. — Belli Punici secundi, quod contra Romanos Hannibal gessit, causa fuit Sagunti oppugnatio. Recte ad eum legati missi, Ib. — Hannibalem iuveniliter exsultantem patientia molliebat Q. Fabius Cunctator, de sen. 4, 10. — Hannibal Marcellum interemit, de n. d. 3, 32, 80. — Luxuries Campana Hannibalem armis etiam tum invictum voluptate vicit, de lege agr. 2, 35, 95. — Scipionis maioris consilio ac virtute in Africam redire atque ex Italia decedere coactus est, in Catil. 4, 10, 21. — Hannibal Karthagine expulsus Ephesum ad Antiochum venit. Derisit Phormionem Peripateticum inepte de omni re militari declamantem, de orat. 2, 18, 75. — Responsum ab eo Prusiae datum, de divin. 2, 24, 52. — 'Hannibal ad portas', proverbium, de fin. 4, 9, 22. — Eius cohortatio imperatoria apud Ennium, pro Balbo 22, 51. — Rhetorum deliberationes de eius consiliis, ad Her. 3, 2, 2. de inv. 1, 12, 17. Ib. 2, 57, 171. de fin. 5, 24, 70.
**Hanno.** Epistola Anacharsidis ad eum missa, Tuscul. 5, 32, 90.
**Harmodius** et Aristogito Graecis in ore, quia patriam, Athenas, occiso Hipparcho liberaverunt, Tuscul. 1, 49, 116.
**Harpalus**, praedo felix temporibus Alexandri Magni, Diogenis de eo dictum, de n. d. 3, 34, 83.
**Harpalus**, servus Ciceronis, ad fam. 16, 24, 1.
**Hasdrubal**, Hannonis filius, dux Karthaginiensium bello Punico primo, in Sicilia bellum gessit, Verr. accusat. 3, 54, 125.
**Hasdrubal**, dux Karthaginiensium



in bello adversus Masinissam, unde natum bellum Punicum tertium. Eius culpa eversa Karthago, de n. d. 3, 38, 91.
**Hasdrubal** Gaditanus, a Cn. Pompeio civitate donatus, pro Balbo 22, 51.
**Haterianum** ius ab **Haterio (Aterio)** iure consulto compositum, ad fam. 9, 18, 3.
**Hecate**, filia Asteriae, habet aras delubraque in Graecia, de n. d. 3, 18, 46.
**Hecato** Rhodius, discipulus Panaetii. Locus ex iis libris, quos de officiis scripsit Q. Tuberoni, de off. 3, 15, 63. — Plenus est sextus liber de officiis Hecatonis ambiguarum quaestionum, Ib. 3, 23, 89.
**Hector** apud Homerum toto pectore tremens, quum Aiax ad depugnandum progrederetur, Tuscul. 4, 22, 49. — Aiacis cum eo congressus, fragm. p. 293. — Hector Homericus moriens propinquam Achilli mortem denunciat, de divin. 1, 30, 65. — 'Laetus sum laudari me', inquit Hector, opinor apud Naevium, 'abs te pater, a laudato viro', ad fam. 15, 6, 1. cl. de Hectore Naeviano etiam ad fam. 5, 12, 7. Tuscul. 4, 31, 67. — Hector memoratur etiam Tuscul. 1, 44, 105. Ib. 2, 17, 39. Ib. 4, 8, 17.
**Hecuba**, Priami uxor, Alexandrum (Paridem) genuit, de fato 15, 34. — Hecubam putant propter animi acerbitatem quamdam et rabiem fingi in canem esse conversam, Tuscul. 3, 26, 63. — Hecuba in Accii cognomine fabula, de divin. 1, 31, 66. — Eius somnium in Accii, ut videtur, Hecuba, Ib. 1, 21, 42.
**Hegesaratus** Larisaeus, Ciceronis hospes, commendatur Ser. Sulpicio, ad fam. 13, 25.
**Hegesias** Magnesius, orator Graecus, Brut. 83, 286. orat. 67, 226. Ib. 69, 230. ad Att. 12, 6, 1.
**Hegesias**, philosophos, Cyrenaicus, dictus *Πεισιθάνατος*, Tuscul. 1, 34, 83. — Eius liber est *Ἀποκαρτερῶν*, Ib. 1, 35, 84.
**Hegesinus** Academicus, Euandri discipulus, Carneadis magister, Acad. pr. 2, 6, 16.
**C. Heius**, legationis Mamertinae ad Verrem laudandum princeps, spoliatus a C. Verre, Verr. accusat. 2, 5, 13. Ib. 4, 2, 3. Ib. 4, 7, 15. Ib. 4, 67, 150. Ib. 5, 18, 47.
**Heius**, pupillus Lilybaetanus. — Ab eo, cui C. Marcellus tutor erat, C. Verres scaphia cum emblematis abstulit, Verr. accusat. 4, 17, 37.
**Cn. Heius** in iudiciis publicis florente re publ. floruit, pro Cluent. 38, 107.
**Helena**, Iovis et Ledae filia, Menelai uxor, a Paride rapta, '*Furiarum una*' apud tragicum ignotum appellatur, de divin. 1, 50, 114. — Troianis causa belli, Philipp. 2, 22, 55. — Helenae simulacrum pictum a Zeuxide, de inv. 2, 1, 1. orat. 49, 164.
**Helenius.** V. **Helonius.**
**Helenus**, Priami filius, divinans auguriis, de divin. 1, 40, 89. — Helenus vates, de leg. 2, 13, 33. de n. d. 2, 3, 7.
**Heles.** V. **Hales.**
**Helice**, sidus, Arat. v. 38, 166. Acad. pr. 2, 20, 66. de n. d. 2, 41, 104. Ib. 2. 43, 110.
**Helico**, ad fam. 16, 18, 2.
**Heliopolis**, urbs Solis tertii, filii Volcani, Nili filii, de n. d. 3, 21, 54.

**Hellanicus** Lesbius (Mytilenaeus). — Sine ullis ornamentis monumenta solum temporum hominum locorum gestarumque rerum reliquit, de orat. 2, 12, 53.

**Helle**, a qua Hellespontus dicitur, orat. 49, 163.

**Hellespontus.** Via, quae per Macedoniam est usque ad Hellespontum militaris, de prov. cons. 2, 4. — Hellespontus iunctus a Xerxe, de fin. 2, 31, 112. — Propontis tota atque Hellespontus venibit sub praecone, de lege agr. 1, 1, 1. orat. 49, 163. ad Her. 4, 54, 68.

**Hellespontus**, regio provinciae Asiae, prope Hellespontum fretum, cuius incolae **Hellespontii**, ad fam. 13, 53, 2. Hinc Lampsacum Hellesponti oppidum dicitur Verr. accusat. 1, 24, 63.

**Helonius**, cliens Attici, ad Att. 5, 12, 2.

**Helorini**, incolae Helori oppidi, Verr. accusat. 3, 43, 103.

**Helorus**, urbs Siciliae inter Pachynum et Syracusas, Verr. accusat. 5, 34, 90.

**Helvetii.** Eorum foedera cum Romanis, in quibus exceptum est, ne quis eorum a Romanis civis recipiatur, pro Balbo 14, 32. — Helvetii dicuntur esse in armis excursionesque in provinciam (Galliam Narbonensem) facere a. u. c. 694., ad Att. 1, 19, 2. — Cum acerrimis nationibus et maximis Germanorum et Helvetiorum C. Caesar proeliis felicissime concertavit, de prov. cons. 13, 33.

**P. Helvidius Rufus**, eques Romanus, pro Cluent. 70, 198.

**Helvius Mancia**, orator deformis, irrisus a C. Iulio Caesare Strabone, de orat. 2, 66, 266. — Eius dictum, Ib. 2, 68, 274.

**Henna**, urbs Siciliae mediterraneae maxima, Verr. accusat. 3, 83, 192. — Descriptio nemoris Hennensium et Hennae urbis, Ib. 4, 48, 107. — Hennensis ager in Sicilia, Ib. 3, 18, 47. — Hennenses, Ib. 3, 42, 100.

**Hephaestus** Apamensis. Eum, ne noceat Quinto fratri, Marcus omni sua comitate complectitur a. u. c. 695., ad Q. fr. 1, 2, 2. §. 4.

**Hera**, alterum nomen Hyblae minoris in Sicilia, ad Att. 2, 1, 5.

**Heraclea**, urbs Magnae Graeciae inter Metapontum et Tarentum sita. Ea erat civitas aequissimo iure ac foedere, pro Arch. 4, 6. — Tabulae Heracleensium publicae Italico bello incenso tabulario interierunt, Ib. 4, 8. — *Heracleotes* Zeuxis, de inv. 2, 1, 1.

**Heraclea**, oppidum Phthiotidis s. Thessaliae, ep. ad Brut. 1, 6.

**Heracleo**, praedonum dux, non sua virtute, sed Verris avaritia nequitiaque victor, classem pulcherrimam populi Romani in littus expulsam et eiectam inflammari incendique iussit, Verr. accusat. 5, 35, 91. — Deinde penetravit in portum Syracusanum, Ib. 5, 37, 96.

**Heracleotae**, incolae Heracleae ad Latinum prope fines Cariae, ad fam. 13, 56, 2.

**Heraclia s. Heraclea** oppidum Siciliae circa ostium Halyci fluvii. Eo colonos P. Rupilius a. u. c. 623. deduxit legesque de cooptando senatu et de numero veterum ac novorum dedit, Verr. accusat. 2, 20, 125. — Hinc Heracliensis, Ib. 5, 33, 86.

**Heraclides** Ponticus, ex schola Platonis, quid tradiderit de mundo, de n. d. 1, 13, 34. — Heraclides Ponticus profectus a Platone illustravit omnem civilem locum, de leg. 3, 6, 14. — Eius *πολιτικὰ* sive *περὶ πολιτειῶν*, ad Q. fr. 3, 5, 1. — Quid tradiderit de Pythagora, Tuscul. 5, 3, 8. — Eius narratio de somnio matris Phalaridis, de divin. 1, 43, 46. — Quid scripserit de Ceis, Ib. 1, 57, 130. — De personis in eius libris, ad Att. 13, 19, 4. — Saepe dicit in epp. ad Atticum se '*Ἡρακλείδειον* aliquid' id est, simile librorum Heraclidae Pontici scripturum Cicero, ad Att. 15, 4, 3. Ib. 15, 13, 3. Ib. 15, 27, 2. Ib. 16, 2, 6. Ib. 16, 11, 3. Ib. 16, 12.

**Heraclides** Temnites, testis in L. Flaccum, pro Flacco 18, 42. Ib. 19, 45.

**Heraclienses**, incolae urbis Heracliae in Magna Graecia, pro Balbo 8, 21. V. **Heraclea.**

**Heraclienses** in Sicilia, Verr. accusat. 3, 43, 103.

**Heracliensis** civitas in Magna Graecia. Cum ea prope singulare foedus Pyrrhi temporibus, C. Fabricio consule, ictum putatur, pro Balbo 22, 50.

**Heraclitus** Ephesius, floruit circa a. 500. a. Chr. n. — Heraclitus cognomento *σκοτεινὸς* perhibetur, quia de natura nimis obscura memoravit de industria, de fin. 2, 5, 15. — Consulto dicebat occulte, de n. d. 1, 26, 74. cl. de divin. 2, 64, 133. — Heraclitus censuit omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis adferret, de fato 17, 39. — Heraclitus ignem dixit esse, e quo omnia gignerentur, Acad. pr. 2, 37, 118. — Stoici omnia solent ad igneam vim referre Heraclitum sequentes, de n. d. 3, 14, 35. — Tradit quid Hermodorus de Ephesiis indicaverit, quum esset ab iis civitate expulsus, Tuscul. 5, 36, 105.

**Heraclitus** Tyrius, Academicus, Antiochi familiaris, Acad. pr. 2, 4, 11.

**Heraclius** Amestratinus, Verr. accusat. 3, 39, 88.

**Heraclius** Centuripinus, testis in C. Verrem, Verr. accusat. 2, 27, 66.

**Heraclius** Segestanus, homo innocens a Verre damnatus, Verr. accusat. 5, 43, 111.

**Heraclius**, Hieronis filius, Syracusanus, a C. Verre spoliatus, Verr. accusat. 2, 14, 35. — Eius propinquus, item Heraclius, Ib. — Eius hereditatem Verres avertit, Ib. 2, 14, 37. Ib. 4, 61, 136. — Eius testimonium in Verrem, Ib. 2, 5, 15.

**Heraclius** Syracusanus, sacerdos Iovis, Verr. accusat. 4, 61, 137.

**Herbitensis** ager in Sicilia, Verr. accusat. 3, 18, 47. Ib. 3, 51, 120.

**Herbitensis** civitas, oppidum Siciliae, spoliata a Verre et vexata, Verr. accusat. 3, 32, 75. — Herbitensium decumae, fragm. p. 247.

**Herculanea** via (inter lacum Lucrinum et mare in Campania) vendibilis multarum deliciarum et magnae pecuniae, de lege agr. 2, 14, 36.

**Hercules**, de n. d. 3, 15, 39. — Plures Hercules tradunt ii, qui interiores scrutantur et remotiores litteras. Antiquissimus Iove natus, sed item Iove antiquissimo, — quem concertavisse cum Apolline de tripode dicunt. Alter Nilo natus Aegyptius, quem aiunt Phrygias litteras conscripsisse. Tertius est ex Idaeis Digitis. cui

inferias adferunt. Quartus Iovis et Asteriae, Latonae sororis, qui Tyri maxime colitur. Quintus in India, qui Belus dicitur. Sextus ex Alcumena, quem Iuppiter genuit, sed tertius Iuppiter, de n. d. 3, 16, 42. — Eius aerumnae de fin. 2, 35, 119. — Eum in caelum ista ipsa, quam non nulli iracundiam esse volunt, sustulit fortitudo: neutiquam iratus conflixit cum Erymanthio apro aut leone Nemeaeo, Tuscul. 4, 22, 50. — Hercules Gaditanorum moenia, delubra, agros itinerum ac laborum suorum terminos esse voluit, pro Balbo 17, 39. — Herculi Deianira nocere noluit, quum ei tunicam sanguine Centauri tinctam dedit, de n. d. 3, 28, 70. — Hercules tum dolore frangebatur, quum immortalitatem ipsa morte quaerebat, Tuscul. 2, 8, 20. — Herculis illius sanctissimi corpore ambusto, vitam eius et virtutem immortalitas excepisse dicitur, pro Sest. 68, 143. — Hercules ex homine deus factus, de r. p. 3, 28, 40. cl. Tuscul. 1, 12, 28. — Eum hominum fama beneficiorum memor in concilio caelestium collocavit, de off. 3, 5, 25. — Ei caeli porta patuit, de r. p. fragm. incert. p. 340. — Hercules, Aesculapius, Liber, Castor, Pollux coluntur aeque atque Apollo, Vulcanus, Mercurius, de n. d. 3, 18, 45. — Hercules apud Graecos indeque perlapsus ad Italos et usque ad Oceanum, tantus et tam praesens habetur deus, Tuscul. 1, 12, 28. Ib. 1, 14, 32. — Eius cultus, de leg. 2, 8, 19. Ib. 2, 11, 27. — Pinarius Natta ortus ab illis, quos memoriae proditum est ab ipso Hercule sacra didicisse, de domo sua 52, 134. — Ex eius stirpe reges Lacedaemoniorum, de r. p. 2, 12, 24. — Herculi nemo decumam vovit umquam, si sapiens factus esset, de n. d. 3, 36, 88. — Eius fanum Lacedaemone, de divin. 1, 34, 74. — Templum Thebis, Ib. 2, 31, 67. — Herculis templum apud Agrigentinos sanctum et religiosum, Verr. accusat. 4, 43, 94. — Hercules furens Euripidis, Acad. pr. 2, 28, 89. — Hercules Antianus, fragm. p. 250. — Herculis Indicis. *Μηνυτοῦ*, fanum Athenis, de divin. 1, 25, 54. — Hercules Prodicius apud Xenophontem, de off. 1, 32, 118. — Hercules Xenophontius, ad fam. 5, 12, 3. — Hercules memoratur etiam de fin. 3, 20, 66. de n. d. 2, 24, 62.

**Herennius**, negotiator ex Africa, a Verre securi percussus, Verr. accusat. 1, 5, 14. V. **T. Herennius.**

**Herennius.** Coheredes Herenniani, ad Att. 13, 6, 2.

**C. Herennius**, ad quem scripsit M. Tullius quattuor libros rhetoricorum, ad Her. 1, 1, 1. Ib. 2, 1, 1. Ib. 4, 1, 1. Ib. 4, 56, 69.

**C. Herennius**, senator, peculatus damnatus, Verr. Act. 1, 13, 39.

**C. Herennius Sex. F.**, tribunus pl. a. u. c. 694. ad plebem P. Clodium traduxit, ad Att. 1, 18, 4. — Herennius quidam, trib. pl., sane homo nequam et egens, de P. Clodio ad plebem traducendo agere coepit, Ib. 1, 19, 5.

**L. Herennius**, Ciceronis familiaris, subscriptor L. Atratini in M. Caelium, pro Cael. 11, 25.

**M. Herennius**, consul a. u. c. 661. cum C. Valerio Flacco, mediocris orator Latinus, Brut. 45, 166. — L. Philippum in consulatus petitione a M. Herennio superatus, pro Mur. 17, 36. cl. Brut. l. c.



**Sex. Herennius**, Caii tribuni pater, divisor, ad Att. 1, 18, 4.

**T. Herennius**, qui argentariam Lepti fecerat, a Verre securi percussus, Verr. accusat. 5, 59, 155. cl. ib. 1, 5, 14.

**Herennius Gallo** histrio a L. Cornelio Balbo Gadibus anulo aureo donatus et in XIIII. sessum deductus, ad fam. 10, 32, 2.

**Herillii** philosophi, de orat. 3, 17, 62.

**Herillus** Karthaginiensis. Eius praecepta similia Menedemi et Eretriacorum, Acad. pr. 2, 42, 129. — Herillus ad scientiam omnia revocans, unum quoddam bonum vidit, sed nec optimum nec quo vita gubernari possit. Itaque hic ipse iam pridem est reiectus: post enim Chrysippum non sane est disputatum, de fin. 2, 13, 43. — Herillus scientiam summum bonum esse defendit nec rem ullam aliam per se expetendam, de fin. 5, 25, 73. — Herillus in cognitione et scientia summum bonum ponit, Acad. pr. 2, 42, 129. — Herillus, si ita sensit nihil esse bonum praeter scientiam, omnem consilii capiendi causam inventionemque officii sustulit, de fin. 5, 8, 23. — Herillus ipsius animi cogitationem amplexatus actionem reliquit, de fin. 4, 14, 36. — Eius levitas, Ib. 4, 15, 40. — Aristonis, Pyrrhonis, Herilli sententiae de finibus evanuerunt, Tuscul. 5, 30, 85. cl. de fin. 2, 11, 35. de off. 1, 2, 6.

**Hermacreon**, portitoris nomen, de inv. 1, 30, 47.

**Hermae.** Hermas antiquitus non licebat imponi sepulcris, de leg. 2, 26, 65. — Hermae Pentelici cum capitibus aëneis, ad Att. 1, 8, 2. cl. ib. 1, 9, 2.

**Ἑρμαῖον**, lucrum insperatum, ad Att. 13, 19, 5.

**Hermagoras** rhetor, floruit Ciceronis aetate. — Eius disciplina inops ad ornandum, sed ad inveniendum expedita. Ea dat rationes certas et praecepta dicendi, quae si minorem habent apparatum (sunt enim exilia), tamen habent ordinem et quasdam errare in dicendo non patientes vias, Brut. 76, 263. cl. ib. 78, 271. — Hermagoras reprehensus, de inv. 1, 6, 8. Ib. 1, 9, 12. — Eius inventum, Ib. 1, 11, 16. — Quid de degressione docuerit, Ib. 1, 51, 97.

**Hermarchus**, Mytilenaeus, Epicuri discipulus atque testamento heres, Acad. pr. 2, 30, 97. — Hermarchus contra Pythagoram, Platonem Empedoclemque dixit, de n. d. 1, 33, 93. — Epicuri ad eum epistola, de fin. 2, 30, 96.

**Hermarchus** Chius. Cum eo syngraphas fecit P. Clodius, de harusp. resp. 16, 34.

**Hermathena**, signum in una basi Mercurii et Minervae coniunctum, ad Att. 1, 1, 5. — Ornamentum Academiae, Ib. 1, 4, 3.

**Hermeraclae**, signa cum Mercurii et Herculis capitibus, ad Att. 1, 10, 3.

**Hermes.** Ἑρμῆς commune omnium et Minerva singulare insigne Ciceronis gymnasii, ad Att. 1, 4, 3. — Hermae Pentelici cum capitibus aëneis, Ib. 1, 8, 2. Ib. 1, 9, 2.

[**Hermes**, rhetor Graecus, doctor Ciceronis, ad Her. 1, 11, 18.]

**Hermia** s. **Hermias**, servus Cice-

ronis, ad fam. 16, 15, 2. ad Q. fr. 1, 2, 4. §. 12.

**Hermippus**, legatus Temnitarum, iudicatum duxit Heraclidem Temnitam, pro Flacco 19, 45. — Amicus et hospes Ciceronis, Ib. 20, 48.

**Hermippus**, princeps Dionysopolitarum in Phrygia, ad Q. fr. 1, 2, 2. §. 4.

**Hermo**, servus centurionis Canuleii, ad Att. 5, 21, 4.

**Hermobius** Temnites, testis in L. Flaccum, pro Flacco 18, 43.

**Hermodorus** princeps Ephesiorum a civibus propter eius praestantiam expulsus, Tuscul. 5, 36, 105.

**Hermodorus**. 'Placetne tibi libros de finibus edere iniussu meo? Hoc ne Hermodorus quidem faciebat, is, qui Platonis libros solitus est divulgare, ex quo *λόγοισιν Ἑρμόδωρος (ἐμπορεύεται)*', ad Att. 13, 20, 4.

**Hermodorus** Salaminius illustris, navalium architectus, de orat. 1, 14, 62.

**Hermogenes**, Ciceronis debitor, ad Att. 12, 25, 1. Ib. 12, 30, 2.

**Hermogenes Clodius**, libertus a. u. c. 700., ad Att. 13, 24.

**Hernici**, Latii populi, in civitatem recepti, pro Balbo 13, 31. de off. 1, 11, 35. — Hernici devicti a Q. Marcio Tremulo cos. a. u. c. 648., Philipp. 6, 5, 13.

**Herodes**, Atheniensis, M. Ciceronis filii magister Athenis, ad Att. 14, 16, 3. Ib. 14, 18, 4. — Leonidas retinet suum illud **adhuc**. Summis vero laudibus Herodes, Ib. 15, 16. A. — Herodes, si homo esset, Dicaearchum potius legeret, quam unam litteram scriberet, Ib. 2, 2, 2.

**Herodes**, Attici libertus, ad Att. 6, 1, 25. cf. ib. 14, 18, 4. 15, 27, 3.

**Herodotus**. Eius eloquentia, de orat. 2, 13, 55. — Nihil Herodoto dulcius, fragm. p. 287. — Herodotus et eadem superiorque aetas numero caruit nisi quando temere ac fortuito, orat. 55, 186. — Herodotus Thucydidesque longissime a sophistarum deliciis vel potius ineptiis afuerunt. — Herodotus sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit, orat. 12, 39. — Herodotus et Thucydides si apte numeroseque dixerunt, ea non numero quaesito, sed verborum collocatione ceciderunt, orat. 65, 219. — Apud Herodotum et apud Theopompum innumerabiles sunt fabulae, de leg. 1, 1, 5. — Herodotus non veracior Ennio, de divin. 2, 56, 116. — Ex eius testimonio apud Medos iustitiae fruendae causa olim bene morati reges constituti, de off. 2, 12, 41. — Eius narratio de Cleobi et Bitone, Tuscul. 1, 47, 112. — Eius narratio de Croesi filio infante, de divin. 1, 53, 121. — Herodotus Themistoclem praedicavit, ad fam. 5, 12, 7. de fin. 2, 27, 87.

**Herodotus** Cephaloeditanus, Verr accusat. 2, 52, 128.

**Heroica** tempora, de divin. 1, 1, 1.

**Herus**, vilicus Q. Ciceronis in eius Arcano, ad Q. fr. 3. 1, 1. §. 1.

**Hesiodus**. V. etiam **Homerus**. — Hesiodus et Homerus fuerunt ante Romam conditam, Tuscul. 1, 1, 3. — Eum in suis studiis non coëgit obmutescere senectus, de sen. 7, 23. — Lepta suavissimus ediscat Hesiodum et habeat in ore *τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα*, ad fam. 6, 18, 5. — Eius Theogoniam interpretatus est Zeno, de n. d. 1,



14, 36. — Item Chrysippus, Ib. 1, 15, 41. — Illud *ψευδησιόδειον· μηδὲ δίκην (δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς)*, ad Att. 7, 18, 4. — Hesiodium illud laudatur a doctis, quod eadem mensura reddere iubet, qua acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis, Brut. 4, 16. cl. de off. 1, 15, 48. — Hesiodus, doctus poëta de utilitate stercorandi ne verbum quidem fecit, quum de cultura agri scriberet, de sen. 15, 54. Tuscul. 1, 41, 98. — Eius versiculus, ad Att. 13, 12, 3.

**Hesperides** deae, de n. d. 3, 17, 44.

**Hesperos**, Veneris stella, de n. d. 2, 20, 53.

***Ἑστία***, Vesta, de n. d. 2, 27, 67.

**Hetereius** quidam, cui Vestorius vult mancipio dari fundum Brinnianum, ad Att. 13, 50, 2.

**Hicetas** Syracusius, ut ait Theophrastus, caelum, solem, lunam, stellas, supera denique omnia stare censet, neque praeter terram rem ullam in mundo moveri; quae quum circum axem se summa celeritate convertat et torqueat, eadem effici omnia, quae, si stante terra caelum moveretur, Acad. pr. 2, 39, 123.

**Hiempsal**. Agros in Africa, qui ab Hiempsale rege Mauritaniae, possidentur, Rullus excepit in vendendis agris, de lege agr. 1, 4, 10. Ib. 2, 22, 58. — Foedus cum eo per C. Cottam consulem ictum a populo Romano non est iussum, in Vatin. 5, 12.

**Hieras**, Deiotari regis legatus, pro Deiotaro 15, 41 et 42. — Minister Deiotari regis, ad Att. 16, 3, 6.

**Hiero**. V. **Hieron**.

**Hierocles** Alabandeus et Menecles, eius frater, Asiatici oratores, Brut. 95, 325. — Hierocles et Menecles fratres, Asiaticorum rhetorum principes, minime contemnendi, orat. 69, 231. — Hierocles et Menecles eius frater, Alabandenses, non Rhodii, rhetores, de orat. 2, 23, 95.

**Hieron s. Hiero**, tyrannus Syracusanus. — Eius sermo cum Simonide, de n. d. 1, 22, 60.

**Hieron** II. Syracusarum rex. Eius phalerae, Verr. accusat. 4, 12, 29. — Hieronis regis domus in insula Syracusarum, qua postea praetores uti solebant, Ib. 4, 53, 118. — Domus praetoria Syracusis, quae regis Hieronis fuit, Verr. accusat. 5, 12, 30.

**Hieron** et Tlepolemus, Cibyratae, fratres, quorum alter fingere e cera solitus erat, alter erat pictor, canes C. Verris, Verr. accusat. 4, 13, 30. Ib. 4, 44, 96. V. etiam **Cornelius Tlepolemus**.

**Hieronica** lex, dicta ab Hierone II. — Inter aratores et decumanos lege frumentaria, quam Hieronicam appellant Siculi, iudicia fiunt, Verr. accusat. 2, 13, 32 et 34. cl. ib. 3, 6, 14.

**Hieronymus** Rhodius, Peripateticus. — Finis illi videtur nihil dolere. Negat esse voluptatem propter se expetendam. Aliud igitur censet gaudere, aliud non dolere, de fin. 2, 3, 8. — Censet summum bonum esse sine molestia vivere, Ib. 2, 5, 16. Ib. 2, 6, 19. Ib. 2, 10, 32. Ib. 2, 13, 41. — Summum bonum exposuit vacuitatem doloris, Ib. 5, 5, 14. Ib. 5, 7, 20. — Hieronymus omnino virtutem a bonorum fine segregavit, de fin. 4, 18, 40. — Non dolere Hieronymus summum bonum esse dixit, Ib. 5, 25, 73. cl. Tuscul. 2.

6, 15. — Hieronymi finis, nihil bonum nisi vacuitatem doloris, Ib. 5, 30, 84. Ib. 5, 31, 87. Ib. 5, 41, 118. Acad. pr. 2, 42, 131. — Hieronymus Peripateticus in primis nobilis, elegit ex multis Isocrati libris triginta fortasse versus, plerosque senarios, orat. 56, 190.

**Hierosolyma.** Quum aurum Iudaeorum nomine quotannis ex Italia atque ex omnibus provinciis Hierosolyma exportari soleret, L. Flaccus sanxit edicto, ne ex Asia exportari liceret etc., pro Flacco 28, 67. 'Urbs suspiciosa et maledica', Ib.

**Hierosolymarius** traductor ad plebem vocatur Pompeius ab Hierosolymis captis, ad Att. 2, 9, 1.

**Hilarus**, Ciceronis servus librarius, dein libertus, ad Att. 1, 12, 2. Ib. 12, 37, 1. Ib. 13, 19, 1.

**Hilarus**, Libonis libertus, ad Att. 16, 4, 1.

**Hilarus**, Cn. Otacilii Nasonis libertus, ad fam. 13, 33.

**Hillus** appellatur **Hirrus**, quia balbutiebat, ad fam. 2, 10, 1.

**Himera** dea. Eius simulacrum eximia pulcritudine, in muliebrem figuram habitumque formatum ex oppidi nomine et fluminis, Verr. accusat. 2, 35, 87.

**Himera**, Siciliae urbs, a Karthaginiensibus deleta, Verr. accusat. 2, 35, 86.

**Hipparchus.** Valde Eratosthenes a Serapione et ab Hipparcho reprehenditur, ad Att. 2, 6, 1.

**Hippias**, Pisistrati filius, qui in Marathonia pugna cecidit arma contra patriam ferens, ad Att. 9, 10, 3.

**Hippias** Eleus caeterique sophistae, quibus se opposuit Socrates, Brut. 8, 30. Ib. 85, 292. — Quo modo Olympiae se venditarit, de orat. 3, 32, 127.

**Hippias** mimus, scortum M. Antonii, Philipp. 2, 25, 62.

**Hippias**, Philoxeni filius, Calactinus commendatur Acilio, ad fam. 13, 37.

**Q. Hippius**, familiaris Ciceronis, ad fam. 13, 76, 1. — Eius filius, ut videtur, a Valgio quodam adoptatus, C. Valgius Hippianus, Ib. 13, 76, 2.

**Hippocentaurus.** Nemo Hippocentaurum aut Chimaeram fuisse putat, de n. d. 2, 2, 5. — Hippocentauri forma in nubibus animadverti potest, de divin. 2, 21, 49. — Si nihil est post mortem, inter Hippocentaurum, qui numquam fuit, et regem Agamemnonem nihil interest. Tuscul. 1, 37, 90.

**Hippocrates** Cous, nobilissimus medicus, fragm. p. 347. — Desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam, ad Att. 16, 15, 5. de orat. 3, 33, 132. — Multorum aegrotorum salus ab Hippocrate potius quam ab Aesculapio data, de n. d. 3, 38, 91.

**Hippodamia**, Oenomai regis filia, Pelopis uxor, Tuscul. 3, 12, 26.

**Hippodamus**, homo molestus et nullius precii, ad Q. fr. 3, 1, 3. §. 9. Ib. 3, 1, 6. §. 21.

**Hippolytus** Thesei filius. Eius odium in mulieres, Tuscul. 4, 11, 27. — Eum Theseus perdidit, de n. d. 3, 31, 76. — Eius interitus a patre optatus, quod ei de noverca Phaedra suspectus esset, de off. 1, 10, 32. Ib. 3, 25, 94. ad Her. 4, 34. 46.

**Hipponax**, iambographus, qui iambis mordacibus Anthermum et Bubalum ad restim redegit, floruit Olymp. LX. a. Chr. 540. Cyri et Croesi temporibus. Eius iambi maledici, de n. d. 3, 38, 91. — Hipponacteum praeconium, i. e. acerbum et probrosum carmen, ad fam. 7, 24, 1. — In (pedestri) oratione senarios et Hipponacteos (σκάζοντας) effugere vix possumus, orat. 56, 189.



**Hirpinus** fundus, de lege agr. 3, 2, 9.

**Hirpini**, populus Samnis. — In Hirpinis Ampsanctus, de divin. 1, 36, 79.

**C. Hirrius (Postumius)**, homo voluptarius, de fin. 2. 22, 70.

**Hirrius.** V. **C. Luceius Hirrus.**

**Hirtia** lex, Philipp. 13, 16, 32.

**Hirtinum** proelium ad Mutinam, ad fam. 10, 33, 4.

**A. Hirtius**, cos. cum C. Vibio Pansa a. u. c. 711. — Pompeius dicebat venisse Hirtium a Caesare, qui esset illi familiarissimus, ad se non accessisse, ad Att. 7, 4, 2. — Levata est suspicio sermonis Hirtiani, ad Att. 10, 4, 11. — Hirtius Caesaris amicus, ad fam. 6, 12, 2. — Ludi Praeneste. Ibi Hirtius et isti omnes. Quae cenae, quae deliciae! Res interea fortasse transacta est. O miros homines! ad Att. 12, 2. 2. cl. ad fam. 9, 6, 1. — Hirtium Cicero et Dolabellam dicendi discipulos habet, cenandi magistros a. u. c. 708., ad fam. 9, 16, 7. — **Hirtianum** ius per iocum comparatur cum **Hateriano**, Ib. 9, 18, 3. Ib. 9, 20, 2. — Hirtius ad Ciceronem misit librum, in quo colligit vitia Catonis, sed cum maximis laudibus Ciceronis, ad Att. 12, 40, 1. cl. ib. 12, 41, 4. Ib. 12, 44, 1. — Eum Hirtii librum Cicero ab Attico pervulgari vult, Ib. 12, 44, 1. Ib. 12, 45, 3. Ib. 12, 47, 3. — Cassius et Brutus Hirtium per Ciceronem meliorem fieri volunt, Ib. 14, 20, 4. — Hominem traducere ad optimates parat Cicero, Ib. 14, 21, 4. — Valde etiamnunc amat Caesarem, Ib. 14, 22, 1. cl. ib. 15, 5, 1. — Scripsit in eam sententiam ad Hirtium Cicero, Ib. 15, 6, 1. — Hirtii responsum, Ib. 15, 6, 2. — Hirtius vehementer offensus veteranis, Ib. 15, 8, 1. — Hirtius et Pansa coss. De eis vehementer detrahit Q. Cicero, ad fam. 16, 27, 1. — A Caesare Hirtius ornatus, sed illa ornamenta in virtute et industria posita lucent, Philipp. 13, 11, 24. — Hirtius loquens inducitur in libro de fato 1, 2. — De eius colloquio cum D. Bruto de M. Antonio a. u. c. 710. habito refert D. Brutus ad fam. 11, 1, 1. cf. ib. 11, 8, 2. — Hirtius a. u. c. 710. nihil nisi considerate acturus videbatur, Ib. 13, 5, 2. — Hirtius tardius convalescit, a. u. c. 710., Ib. 12, 22, 2. — Profectus est adversus Antonium, Philipp. 7, 4, 12. — Eius imbecillitatem valetudinis animi virtus et spes victoriae confirmavit ad liberandum D. Brutum, Ib. 14, 2, 4. Decretum honorificentissimum de Hirtio et Pansa a Cicerone propositum, Ib. 5, 19, 53. — Antonii praesidium Claterna deiecit, Ib. 8, 2, 6. — E castris duas legiones eduxit, quartam et septimam: his viginti cohortibus, nullo equitatu, Hirtius ipse aquilam quartae legionis quum inferret, cum tribus Antonii legionibus equitatuque conflixit hostesque nefarios prostravit, fudit, occidit, Ib. 8, 10, 27. cl. ib. 8, 14, 36. — A. Hirtius populo Romano, amicis

suis, omnibus bonis carissimus, Ib. 1, 15, 37. — Hirtii et Pansae res gestae et vicissitudines in proelio Mutinensi a. u. c. 711., ad fam. 10, 30. Ib. 10, 33, 4. — Hirtii mors, Ib. 11, 13, 1. cf. ib. 12, 25 a., 6. ep. ad Brut. 1, 3. — Bellum ad Mutinam gerebatur, nihil ut in Caesare reprehenderes, non nulla in Hirtio, ep. ad Brut. 1, 10. — Fragmm. epistolarum ad A. Hirtium, fragm. p. 254. cf. ad fam. 12, 14, 5. Ib. 16, 24, 2. Philipp. 3, 15, 37.

**Hirtuleius**. Ab eo tabulae dodrantariae et quadrantariae institutae, pro Font. 1, 2. Nieb.

**Hispalis** Hispaniae Baeticae oppidum hodie *Sevilla*, ad fam. 10, 32, 3.

**Hispani** et **Hispania**. Hispani, Afri, Galli immanes ac barbarae nationes, ad Q. fr. 1, 1, 9. §. 27. — Hispanus Poeno fuit auxilio, ad Her. 4, 33, 45. — Hispaniarum vectigal temporibus Sertorianis nullum fuit, de lege agr. 2, 30, 83. — Hispanis et plerisque Poenorum impositum vectigal est certum, quod stipendiarium dicitur, quasi victoriae praemium ac poena belli, Verr. accusat. 3, 6, 12. Ratio aestimationis frumenti in Hispania, Ib. 3. 83, 192. — Hispanis agris stipendioque mulctatis virtute adipisci licet civitatem, pro Balbo 18, 41. — Hispania aversissima Antonio et Lepido a. u. c. 711., ad fam. 10, 24, 6. — Hispani, de divin. 2, 64, 131. — Hispania ulterior defensa a M. Fonteio, pro Font. 16, 35. — pro Scauro 2, 45. — Hispanienses aestus maritimi, de n. d. 3, 10, 24. — Hispaniensis casus de exitu belli Hispaniensis adversus Cn. Pompei legatos, a. u. c. 705., ad fam. 2, 16, 6. — Hispaniensis pugiunculus, or. in toga cand. p. 242.

**Hispo**, centurio, ut videtur, ad fam. 14, 1, 3.

**Hoedi**, sidus, de n. d. 2, 43, 110.

**Homerus**. Non dubitari debet quin fuerint ante Homerum poëtae, quod ex eis carminibus intelligi potest, quae apud illum et in Phaeacum et in procorum epulis canuntur, Brut. 18, 71. — Homerus, qui multis ante Hesiodum saeculis fuit, Laërtem lenientem desiderium, quod capiebat e filio, colentem agrum et eum stercorantem facit, de sen. 15, 54. — Homerus, qui recens a Tyndaridarum aetate fuit, eos sepultos esse dicit Lacedaemone, de n. d. 3, 5, 11. — Homerus et Hesiodus fuerunt ante Romam conditam, Tuscul. 1, 1, 3. — Homerum, qui minimum dicunt, Lycurgi aetati triginta annis anteponunt fere, ex quo intelligi potest permultis annis ante Homerum fuisse quam Romulum, de r. p. 2, 10, 18. — Homerum Colophonii civem esse dicunt suum, Chii, Salaminii, Smyrnaei, permulti alii praeterea, pro Arch. 8, 19. — Praeco virtutis Achillis, Ib. 10, 24. — Traditum est Homerum caecum fuisse. At eius picturam, non poësim videmus, Tuscul. 5, 39, 114. — Quo modo Polyphemum finxerit, Ib. 5, 39, 115. — Eum in suis studiis non coëgit obmutescere senectus, de sen. 7, 23. — Cum Euphorione collatus, de divin. 2, 64, 132. — Homeri libros confusos antea Pisistratus sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus, de orat. 3, 34, 137. — Eius nemo similis, de divin. 2, 47, 97. — Homerus propter excellentiam commune poëtarum nomen efficit apud Graecos suum, topic. 13, 55. — Homerus ornatus in dicendo et plane orator. Cuius etsi incerta sunt tempora, tamen annis multis fuit ante Romulum, si quidem non infra superiorem Lycurgum fuit, Brut. 10, 40. — In poëtis non Homero soli est locus, orat. 1, 4. — Plato Homerum redimitum coronis et delibutum unguentis emittit ex ea urbe, quam sibi ipse fingit, de r. p. 4, 5, 5. — Panaetius Platonem Homerum philosophorum appellat, Tuscul. 1, 32, 79. — In secundo libro de natura deorum Chrysippus vult Orphei, Musaei, Hesiodi Homerique fabellas accommodare ad ea, quae ipse primo libro de dis immortalibus dixerit, de n. d. 1, 15, 41. — *ὁ τῶν νεῶν κατάλογος* (Homeri), ad Att. 6, 2, 3. — Menelaum dulcem illum quidem tradit Homerus, sed pauca dicentem, Brut. 13, 50. — Nutu, ut ait Homerus, Iuppiter totum Olympum convertebat, de r. p. 1, 36, 56. — Homerum non audio, qui Ganymedem ab dis raptum ait propter formam, ut Iovi bibere ministraret. Non iusta causa cur Laomedonti tanta fieret iniuria. Fingebat haec Homerus et humana ad deos transferebat, Tuscul. 1, 26, 65. — Homerus querentem Iovem inducit, quod Sarpedonem filium a morte contra fatum eripere non posset, de divin. 2, 10, 25. — Homerus nihil tradit de Ulixi simulata insania, de off. 3, 26, 97. — Homerus non Aiacem nec Achillem, sed Ulixem appellavit *πτολίπορθον*, ad fam. 10, 13, 2. — Homerus Herculem apud inferos conveniri facit ab Ulixe, sicut caeteros, qui excesserant vita, de n. d. 3, 16, 41. — Eius testimonium de Calchante, de divin. 1, 40, 87. — de Tiresia, Ib. 1, 40, 88. — de Polyïdo, Ib. 1, 40, 89. — Laudes ab eo Nestori tributae, de sen. 10, 31. — Phoenix apud Homerum, de orat. 3, 15, 57. — Apud eum duos exercitus contrarios alii di ex alia parte defendunt, de n. d. 2, 28, 70. — Principibus heroum, Ulixi, Diomedi, Agamemnoni, Achilli certos deos discriminum et periculorum comites adiunxit Homerus, Ib. 2, 66, 166. — Non direxit artem poëticam ad voluptatem, de fin. 2, 34, 115. — Homeri *νεκυία*, Tuscul. 1, 16, 37. — Homericum est *ὕστερον πρότερον*, ad Att. 1, 16, 1. — Homeri versus, ad fam. 3, 7, 6. Ib. 13, 15, 1. ad Q. fr. 3, 5, 4. Ib. 3, 7, 1. Ib. 3, 9, 1 et 2. ad Att. 2, 3, 3. Ib. 2, 5, 1. Ib. 2, 9, 3. Ib. 2, 11, 2. Ib. 7, 1. §. 2. 4. 9. Ib. 7, 11, 3. ad Att. 9, 5, 3. Ib. 9, 7, 3. Ib. 9, 8, 2. Ib. 9, 15, 3 et 4. Ib. 10, 1, 1. Ib. 10, 12, 4. Ib. 14, 13, 1 et 2. Ib. 16, 13 a., 2. — Homeri versus in Latinum conversi a Cicerone, Tuscul. 3, 9, 18. — Versus de Calchante a Cicerone in Latinum conversi, de divin. 2, 30, 63. — Versus de Bellerophonte a Cicerone in Latinum conversi, Tuscul. 3, 26, 63. — Versus Iliadis, Ib. 3, 27, 65. — Versus de Sirenum cantu in Latinum conversi a Cicerone, de fin. 5, 18, 49. — Homeri versus a Cicerone in Latinum conversi, fragm. p. 293. cf. praeterea orat. 31, 109. Tuscul. 1,

41, 98. de divin. 1, 33, 72. ad fam. 5, 12, 7.

**Honos** deus, de leg. 2, 11, 28. Item de n. d. 3, 18, 47. — Honoris et Virtutis aedes Romae, Verr. accusat. 4, 54, 121. — Cur Honoris aedes extra portam Collinam dedicata sit, de leg. 2, 23, 58. — Honoris Virtutis aedes vocatur C. Marii monumentum, pro Sest. 54, 116. cf. ib. 56, 120.

**Horatii**. In Hispania feliciter pugnasse dicuntur, pro Balbo 17, 40.

**Horatius**, Venuleius, Latinus, legati, ut videtur, C. Calvisii a. u. c. 711., ad fam. 12, 30, 7.

**M. Horatius**, fortissimus vir, nondum libera civitate, tamen populi Romani comitiis liberatus est, quum sua manu sororem esse interfectam fateretur, pro Mil. 3, 7. — Horatius sororis interfector, de inv. 1, 30, 48. cl. ib. 2, 26, 78.

**Horatius Cocles**. Contra omnes hostium copias in ponte unus adstitit, a tergoque pontem interscindi iussit, de leg. 2, 4, 10. cl. parad. 1, 2, 12. de off. 1, 18, 61.

**M. Horatius Barbatus** et L. Valerius Potitus, homines concordiae causa sapienter populares. Eorum consularis lex (a. u. c. 305.) sanxit, ne qui magistratus sine provocatione crearetur, de r. p. 2, 31, 54.

**M. Horatius Pulvillus** cos. a. u. c. 245., Capitolium dedicavit, de domo sua 34, 139. fragm. p. 293.

**T. Hordeonius**, ad Att. 13, 46, 3.

**Hortalus**, cognomen Q. Hortensii oratoris, ad Att. 2, 25, 1. Ib. 4, 15, 5. V. **Q. Hortensius**.

**Hortensiana**, i. e. Ciceronis liber de laude philosophiae Hortensii nomine inscriptus, ad Att. 4, 6, 3. — Eius libri fragmenta, fragm. p. 281—291. — Memoratur etiam de divin. 2, 1, 1.

**Hortensii**. Totam Hortensiorum domum devinctam consuetudine tenebat Archias, pro Arch. 3, 6.

**Hortensius**, ad Att. 12, 5, 2.

**L. Hortensius** pater Q. Hortensii, propraetor Siciliae, Verr. accusat. 3, 16, 42.

**Q. Hortensius**, natus a. u. c. 640. L. Crasso, Q. Scaevola coss. a. u. c. 659. primum in foro dixit, XIX. annos natus. — L. Paullo C. Marcello coss. a. u. c. 704. mortuus est, ex quo apparet eum in patronorum numero annos XLIV. fuisse, Brut. 64, 228. — Eius aequales enumerantur, Ib. 64, 230. Ib. 94, 324. Verr. Act. 1, 7, 18. Ib. 1, 9, 25. Ib. 1, 11, 33. — Eius proavus Tuditanus, ad Att. 13, 6, 4. — Eius socrus Servilia, Verr. accusat. 2, 8, 24. — Pro Bithyniae rege Nicomede dixit circa a. u. c. 663., de orat. 3, 61, 228 sq. — Dixit contra P. Quinctium, quem Cicero defendebat a. u. c. 673., pro Quinct. 1, 1. — De summa eius copia facultateque dicendi, Ib. 2, 8. — Eius aedilitas magnificentissima a. u. c. 679., de off. 2, 16, 57. — Praetor quaesivit de pecuniis repetundis a. u. c. 682., Verr. Act. 1, 13, 38. — Q. Hortensius tacito nomine describitur tamquam C. Verris defensor et amicus, divin. in Q. Caecil. 7, 23. — Defendit C. Verrem, quum eum M. Tullius accusaret, Verr. accusat. 1, 9, 24. Ib. 1, 28, 71. Ib. 1, 58, 151. Ib. 2, 8, 24. Ib. 2, 72, 177. Ib. 2, 78, 192. Ib. 3, 2, 6. Ib. 3, 78, 182. Ib. 3, 88, 205. Ib. 3, 92, 215. Ib. 3, 95, 222. — Q. Hortensius adversabatur legi Maniliae, de imp. Cn. Pomp. 17, 52.



— De L. Manlii Torquati, familiaris sui, periculis sollicitus fuit, pro Sulla 4, 12. Ib. 7, 21. — Copiosissime defendit C. Rabirium adversus T. Attium Labienum, pro C. Rabir. perd. 6, 18. — Defendit P. Sullam, pro Sulla 1, 3. — Nemo adfuit L. Varginteio, ne hic quidem Q. Hortensius, praesertim qui illum solus antea de ambitu defendisset, Ib. 2, 6. — Cum Cicerone et M. Crasso defendit L. Murenam, pro Mur. 4, 10. — P. Clodii fuit adversarius a. u. c. 693., ad Att. 1, 14, 5. Ib. 1, 15, 2. — Ante Ciceronem defendit Cn. Plancium, pro Planc. 15, 37. — Valerius absolutus est Hortensio defendente a. u. c. 694., ad Att. 2, 3, 1. — Hortalus, Ciceronem summo opere laudavit, quum de Flacci praetura et de illo tempore Allobrogum diceret a. u. c. 695., Ib. 2, 25, 1. — M. Tullium Hortensius et eius modi viri non inimici, sed invidi perdiderunt a. u. c. 696., Ib. 3, 9, 2. — Hortensius summa simulatione amoris summaque adsiduitate cotidiana Ciceronem sceleratissime insidiosissimeque tractavit, adiuncto Arrio quoque a. u. c. 696., ad Q. fr. 1, 3, 8. — Q. Hortensius causam P. Sestii peroravit a. u. c. 698., pro Sest. 2, 3. Ib. 6, 14. — Quo modo se gesserit in causa Ptolemaei regis Aegypti, ad fam. 1, 1, 3. Ib. 1, 2, 1. Ib. 1, 5 b. 2. — Percupidus P. Lentuli Spintheris, Ib. 1, 7, 2. — Hortalus in causa Sufenatis et C. Catonis a. u. c. 700. fuit, cuius modi solebat, ad Att. 4, 15, 4. V. **Hortalus**. — Hortensii calor multum valebat in consulatus petitione Messalae a. u. c. 700., ad Q. fr. 3, 9, 3. — Q. Hortensius et Cn. Pompeius M. Tullium augurem a toto collegio expetitum nominaverunt, Philipp. 2, 2, 4. — Hortensio placuit Ciceronis consulatus, Ib. 2, 5, 12. — Hortensio proprie mandavit Cicero, ne pateretur prorogari sibi provincias a. u. c. 703., ad Att. 5, 2, 1. Ib. 5, 9, 2. Ib. 5, 12, 2. Ib. 5, 17, 5. Ib. 6, 1, 13. — Hortensius quid egerit de supplicatione Ciceroni decernenda avet Cicero scire, ad Att. 7, 2, 7. — Pro Appio Claudio dixit paullo ante mortem, Brut. 64, 230. — Q. Hortensius animam agebat a. u. c. 704., quum Caelius ad Ciceronem scripsit, Cael. ad fam. 8, 13, 2. — M. Tullius de Hortensii morte dolet a. u. c. 704., ad Att. 6, 6, 2. cl. Brut. 1, 1 sqq. — Q. Hortensii vox exstincta fato suo est, M. Ciceronis publico, Ib. 96, 328. — Postridie absolutionem M. Valerii Messalae a. u. c. 703. in theatro Curionis Hortensius sibilis explosus est, Cael. ad fam. 8, 2, 1. — Q. Hortensius gloriari solitus erat, quod numquam bello civili interfuisset, Ib. 2, 16, 3. — — Qualis orator fuerit, Brut. 88, 301. — Hortensius, summus orator, Ciceroni pro familiari reo (Verre) non respondit, orat. 37, 129. — Dicebat melius quam scripsit, Ib. 38, 132. — Eius genus erat orationis Asiaticum adolescentiae magis concessum quam senectuti, Brut. 95, 325. — De Hortensii ratione causarum dividendarum, pro Quinct. 10, 35. — Hortensius non multa graviter dixit, orat. 30, 106. — Perorandi locum semper Ciceroni relinquebat, Brut. 51, 190. — Eximia eius memoria, Tuscul. 1, 24, 59. —

Quae cogitaverat ad verbum in agendo rettulit, fragm. p. 344 sq. — L. Lucullus habuit divinam quamdam memoriam rerum, verborum maiorem Hortensius, Acad. pr. 2, 1, 2. — Hortensius bonus auctor in rebus ad historiam pertinentibus, ad Att. 12, 5, 3. — Postulabat, ut id ipsum saltem perceptum a sapiente dicerent Academici, nihil posse percipi, Acad. pr. 2, 9, 28. — Hortensii personam olim in Academicis Cicero inducere voluit, ad Att. 13, 16, 1. Ib. 13, 18. — Loquens inducitur in Lucullo sive Academicis prioribus, Acad. pr. 2, 4, 10. — Q. Hortensius, Ciceronis collega et familiaris, ad fam. 3, 8, 9. — Vidit Cicero Q. Hortensium paene interfici servorum P. Clodii manu, quum ipsi adesset, pro Mil. 14, 37. — Q. Hortensius, ad Att. 1, 13, 2. — Q. Hortensius a falsariis heres scriptus Basili alieni facinoris munusculum non repudiavit, de off. 3, 18, 73.

**Q. Hortensius**, Q. oratoris filius, se tractavit a. u. c. 704. Laodiceae gladiatoribus flagitiose et turpiter, ad Att. 6, 3, 9. — De Hortensii legatis, Ib. 7, 3, 9. — Natura, non patris culpa eum corrupit, Ib. 10, 4, 6. cl. ib. 16, 2, 1. — Hortensius, filius, Caesarianus, infero mari praeerat a. u. c. 705., Ib. 10, 12, 1. Ib. 10, 16, 5. — Eo liberalius esse nihil potest, Ib. 10, 17, 3. — Homo nequissimus a Salvio liberto depravatus est, Ib. 10, 18, 1. — Fuit proconsule Macedoniae a. u. c. 710., cui succedere voluit C. Annius, Philipp. 10, 5, 11. — Dilectus pro M. Bruto habitus in Macedonia est summo Q. Hortensii studio et industria etc., Ib. 10, 6, 13. Ib. 10, 11, 24 et 26.

**Hostilia Curia nova**, de fin. 5, 1, 2.

**Hostilianae** actiones testamentariae, formulae testamentorum ab Hostilio descriptae, de orat. 1, 57, 245.

**Hostilius**, fragm. epistolarum ad eum scriptarum, fragm. p. 254.

**Tullus Hostilius** rex. Atti Navii augurio Hostilius rex maxima bella gessit, de n. d. 2, 3, 9. — Eius res gestae expositae, de r. p. 2, 17, 31.

**Tullus Hostilius**, Antonianus, tribunus pl. designatus a. u. c. 711., Philipp. 13, 12, 26.

**C. Hostilius Mancinus**, cos. a. u. c. 617. — Is quum una cum Q. Pompeio foedus iniussu populi et senatus cum Numantinis fecisset, P. Furius Philus cos. a. u. c. 618. rogationem tulit, ut foedus irritum esset eiusque auctores populo Numantino traderentur, quum Q. Pompeius contra niteretur, suasit ipse rogationem et Numantinis est deditus, qui tamen eum non acceperunt, de r. p. 3, 18, 28. de orat. 1, 40, 181. Ib. 1, 56, 238. Ib. 2, 32, 137. de off. 3, 30, 109. cl. pro Caec. 33, 98. topic. 8, 37. — Numantinum foedus ab eo ictum, de harusp. resp. 20, 43.

**L. Hostilius Mancinus** consul cum Q. Fabio Maximo Aemiliano a. u. c. 609., de am. 25, 96.

**L. Hostilius Tubulus**. Is quum praetor a. u. c. 612. quaestionem inter sicarios exercuisset cepissetque pecunias ob rem iudicandam, anno proximo P. Scaevola trib. pl. tulit ad plebem, velletne de ea re quaeri. Quo plebiscito quum decreta a senatu esset consuli quaestio Cn. Servilio Caepioni a. u. c. 613., profectus in exsilium Tubulus statim nec respondere ausus est: erat enim res aperta, de fin. 2, 16, 54. Ib. 4, 28, 77. cl. ad Att. 12, 5, 3. pro Scauro 1, 5. de fin. 5, 22, 62. — L. Tubulus homo periurus et impurus, notatus a Lucilio, de n. d. 1, 23, 63. Ib. 3, 30, 74.



**Hyades** a *pluendo*, Latini imperite suculas, de n. d. 2, 43, 111. — Hyades, sidus, Arat. v. 178.

**Hyblenses**, incolae Hyblae civitatis Siciliae, Verr. accusat. 3, 43, 102.

**Hydra**, Cerberi mater, Tuscul. 2, 9, 22.

**Hydra**, sidus, Arat. v. 458. de n. d. 2, 44, 114.

**Hydrus**, municipium Calabriae, hodie *Otranto*, ad fam. 16, 9, 2. ad Att. 15, 21, 3. Ib. 16, 5, 3.

**Hymettium** mel, fragm. p. 289.

**Hymettus**, mons Atticae melle et marmore nobilis. — Habemus hanc philosophiam non ab Hymetto etc., ad Q. fr. 2, 8 (10), 3. de fin. 2, 34, 112.

**Hymnis**, Caecilii Statii fabula, de fin. 2, 7, 22.

**Hypaepenus**, incola Hypaeporum civitatis Lydiae, ad Q. fr. 1, 2, 4. §. 14.

**Hypanis**, fluvius in regione ad Bosporum Cimmerium, qui ab Europae parte in Pontum influit. Apud eum Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci, quae unum diem vivant, Tuscul. 1, 39, 94.

**Hyperbolus** Atheniensis propter improbitatem ab Atticorum comoedia notatur, simillimus eius fuit Glaucia, Brut. 62, 224. — Hyperbolus, popularis homo improbus, laesus a comoedia prisca, de r. p. 4, 10, 11.

**Hyperborei**, populi Sauromatiae maxime septentrionales. — Ex iis Apollinem tertium Delphos ferunt advenisse, de n. d. 3, 23, 57.

**Hyperides**, Demosthenes, Lycurgus, Aeschines, Dinarchus, etsi inter se non pares fuerunt, tamen sunt omnes in eodem veritatis imitandae genere versati, de orat. 2, 23, 94. — Hyperides perfectus in dicendo et perpolitus, Ib. 1, 13, 58. — De eius acumine, Ib. 3, 7, 28. — Satis in orationibus facetus, orat. 26, 90. — Orator nobilis, Acad. post. 1, 3, 10. — Hyperidae volunt esse oratores Latini, qui Atticum genus dicendi sequebantur, et Lysiae, Brut. 17, 67. — Demostheni Hyperides proximus et Aeschines fuit et Lycurgus et Dinarchus, Ib. 9, 36. Ib. 36, 138. — Nihil est tam dissimile quam Demosthenes et Lysias, quam iidem et Hyperides, quam omnium horum Aeschines, Ib. 82, 285. — Maxima cum admiratione audiebatur, Ib. 84, 290.

**Hyperion** pater Solis secundi, de n. d. 3, 21, 54. — Hyperion, Sol ipse, prognost. prim. fragm. p. 329.

**Hypsaeus**. V. **P. Plautius Hypsaeus.**

**Hyrcania**, regio in Asia maiore ad mare Caspium, Tuscul. 1, 45, 108.

**Iacchus**. Eius mysteria, de leg. 2, 14, 34. — Iacchus ex marmore, Athenis, opus Scopae aut Praxiteli pulcherrimum, Verr. accus. 4, 60, 135.

**Ialysus**, Camirus, Lindus, heroës Rhodi culti, de n. d. 3, 21, 54. — Ialysus, Protogeni tabula celebratissima, orat. 2, 5. — Ialysus,

Protogeni tabula pulcherrima Rhodi, Verr. accusat. 4, 60, 135. — Ialysus Protogeni, ad Att. 2, 21, 4.

**Iamblichus**, Sampsicerami filius, phylarchus Arabum, amicus rei publ. Romanae, ad fam. 15, 1, 2.

**Iamidae**, familia in Elide haruspicinae nobilitate praestans, de divin. 1, 41, 91.

**Ianiculum**, mons, in quo Romae pars posita, de lege agr. 1, 5, 16. Ib. 2, 27, 74. pro Mil. 27, 74.

**Ianitor**, hospes C. Verris Lampsaci, Verr. accusat. 1, 24, 63.

**Ianus**. Eius nomen ab *eundo* ductum, ex quo transitiones perviae *iani*, de n. d. 2, 27, 67. — Ianus medius, Philipp. 6, 5, 15. Ib. 7, 6, 16. de off. 2, 25, 90.

**Iapydes**, incolae Iapydiae Illyrici regionis, per Alpes Iulias Noricum versus sitae, pro Balbo 14, 32.

**Iason**, princeps Argonautarum, Tuscul. 4, 32, 69.

**Iason** Pheraeus, casu sanatus aperta gladio vomica, de n. d. 3, 28, 70. — Eius calliditas, de off. 1, 30, 108.

**Ibycus**. Maxime omnium flagrasse amore Rheginum Ibycum apparet ex scriptis, Tuscul. 4, 33, 71.

**Icadius**, praedo, qui saxo, quod ex spelunca in eius crura ciderat, periit, de fato 3, 5.

**M. Iccius**, praetor a. u. c. 710. Ei Sicilia provincia obtigit sortiente M. Antonio consule, Philipp. 3, 10, 26.

**Iconium**, Lycaoniae caput, ad fam. 3, 5, 4. Ib. 15, 4, 2. ad Att. 5, 20, 1.

**Idaea Mater** magna deum, de leg. 2, 9, 22. Ib. 2, 16, 40.

**Idaea Sacra**. Ad sacra Idaea accipienda a. u. c. 550. optimus vir delectus est P. Cornelius Scipio Nasica, de fin. 5, 22, 64. de sen. 13, 44.

**Idaei Digiti**. Ex iis Hercules tertius, de n. d. 3, 16, 42.

**Idaeus** pastor, Paris, ad Att. 1, 18, 3.

**Idyia**, Oceani filia, Medeae et Apsyrti mater, de n. d. 3, 19, 48.

**Ietini** in Sicilia, Verr. accusat. 3, 43, 103.

**Iguvium**, hodie *Gubbio*, oppidum Umbriae ad viam Flaminiam, ad Att. 7, 13. b. 7. — Incolae Iguvinates, pro Balbo 20, 47.

**Ilia** s. Rhea Silvia. Eius ῥῆσις apud Ennium, de divin. 1, 20, 40.

**Ilias** membrana scripta, in nuce inclusa, fragm. p. 349. — Malorum impendet Ἰλιάς, ad Att. 8, 11, 3.

**Iliona**, filia Priami, Pacuvii tragoedia, Acad. pr. 2, 27, 88.

**Ilium**. Achivorum profectio ab Ilio, de divin. 1, 14, 24.

**Illyricum**, regio mari Hadriatico adiacens, Italiae opposita, Philipp. 10, 4, 9. Ib. 10, 5, 11. — Ora Illyrici maris, de imp. Cn. Pomp. 12, 35.

**Imachara** in orientali parte Siciliae inter Centuripinos et Herbitam, hodie *Traina*, Verr. accusat. 5, 7, 15. — Imacharensis ager, Ib. 3, 18, 47. — Imacharenses, Ib. 3, 42, 100.

**Impudentiae** et Contumeliae fanum Athenis, de leg. 2, 11, 28.

**Inalpini**. Bellum cum iis a D. Bruto a. u. c. 710. gestum, ad fam. 11, 4, 1.

**Index Hercules**. Eius fanum Athenis, de divin. 1, 25, 54.

**Indi**, de divin. 1, 23, 47. Ib. 2, 46, 96.



**India**, Tuscul. 5, 27. de n. d. 1, 35, 67. Ib. 3, 16, 42.

**Induciomarus**, dux Allobrogum caeterorumque Gallorum, pro Font. 17, 36. — Testis in M. Fonteium, minax atque adrogans, Ib. 8, 17 et 12, 26.

**Indus**, omnium fluminum maximus, de n. d. 2, 52, 130.

**Inenses**, incolae Inae, oppidi Siciliae circa promontorium Pachynum, Verr. accusat. 3, 43, 103.

**Initia** sive Mysteria, de leg. 2, 14, 36. V. **Athenae**.

**Ino**, Cadmi filia, *Λευκοθέα*, nominata a Graecis, Matuta a Latinis, Tuscul. 1, 12, 28. cl. de n. d. 3, 15, 39. Ib. 3, 19, 48. V. **Leucothea**.

**Insuber** ignominiose appellatur L. Calpurnius Piso, in Pison. 15, 34.

**Insubres**, populi Galliae Cispadanae. Eorum foedus cum Romanis exceptum, pro Balbo 14, 32.

**Insula**, pars Syracusarum, Verr. accusat. 4, 52, 117.

**Intemelium**, oppidum citra Alpes, hodie *Ventimiglia*, ad fam. 8, 15, 2. V. **Intimelii**.

**Interamna**, Umbriae oppidum dictum, de domo sua 30, 80. pro Mil. 17, 46. Philipp. 2, 41, 105. ad Att. 2, 1, 5. — Interamnatium et Reatinorum controversiae de lacu Velino, Ib. 4, 15, 5.

**Intimelii** s. **Intemelii**, civitas Liguriae, Cael. ad fam. 8, 15, 2.

**Invidentia** dea, de n. d. 3, 17, 44.

**Iolaus** a Cicerone **Violens** dictus, fragm. p. 353.

**Iones**, genus Graecorum, pro Flacco 27, 64.

**Ionia** Eius nobilissima civitas Samus, ad Q. fr. 1, 1, 8. §. 25.

**Ionium** mare superum, portuosum, Hadriaticum, de orat. 3, 19, 69.

**Iphigenia**, Agamemnonis filia, Aulide immolata Dianae, Tuscul. 1, 48, 116. de off. 3, 25, 95. — Iphigenia, Ennii tragoedia, de r. p. 1, 18, 30. — Iphigenia celebratissima Timanthis pictura, orat. 22, 74. ad Her. 3, 21, 34.

**Iris** sive Arci species, Thaumante dicitur nata, de n. d. 3, 20, 51.

**Isara** flumen maximum in finibus Allobrogum, ad fam. 10, 15, 3. Ib. 18, 2 et 4. Ib. 10, 21, 2. Ib. 10, 23, 3. Ib. 11, 13, 4.

**Isauri**, populus Isauriae, ad fam. 15, 2, 1. Isauricum forum, ad Att. 5, 21, 9.

**Ischomachus** Atheniensis, persona Oeconomici Xenophontis et Ciceronis, fragm. p. 264 et 265.

**Isiaci** coniectores, contemptim apud Ennium in Satiris, sacerdotes Isidis, de divin. 1, 58, 132.

**Isidorus**, mimus, pater Tertiae, C. Verris amicae, Verr. accusat. 3, 34, 78.

**Isidorus** Attici, ad Att. 11, 4, 1.

**Isis**, de n. d. 3, 19, 47.

**Ismenias**, nobilis Tyndaritanus, Verr. accusat. 4, 42, 92.

**Isocrates** discipulus Gorgiae Leontini. Librum, qui Panathenaicus inscribitur, quarto et nonagesimo anno scripsisse se dicit vixitque quinquennium postea, de sen. 5, 13. Ib. 7, 23. — Isocrates audivit in Thessalia adolescens senem Gorgiam, numeros oratorios moderatius temperavit, eius liber, quem ad Philippum Macedonem scripsit, orat. 52, 176. — Eum Plato admirabiliter in Phaedro laudari fecit ab Socrate, de opt. gen. or. 6, 17. — Laudatus in Platonis Phaedro, orat. 13, 41. — Isocrates Theopompi et Ephori magister, de orat. 2, 13, 57. Brut. 56.

204. Ib. 3, 9, 36. ad Att. 6, 1, 12. — Isocrates, magister Theopompi, nimis studiose concursum vocalium effugit, orat. 44, 151. — Instituit Timotheum, de orat. 3, 34, 139. — Eius e ludo tamquam ex equo Troiano meri principes exierunt, Ib. 2, 22, 94. — De eius eloquentia et arte, Brut. 8, 32. cl. orat. 13, 40. — Isocrates discipulique eius Ephorus et Naucrates, orationis faciendae et ornandae auctores locupletissimi, orat. 51, 172. — Isocrates primus instituit dilatare verbis et mollioribus numeris explere sententias, Ib. 13, 40. — Eius suavitates, de orat. 3, 7, 28. — Ciceronis liber de consulatu suo Graece scriptus totum Isocratis *μυροθήκιον* atque omnes eius discipulorum arculas consumpsit, ad Att. 2, 1, 1. — Qui Isocratem maxime mirantur, hoc in eius summis laudibus ferunt, quod verbis solutis numeros adiunxerit, orat. 52, 174. — Isocrates princeps inconditam antiquorum dicendi consuetudinem numeris astrinxit, de orat. 3. 44, 173. — Ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus elegit Hieronymus, plerosque senarios, orat. 56, 190. — Antiqui iam ante Isocratem delectabantur *ἀντιθέτοις*, Ib. 50, 167. — Isocrates, pater eloquentiae, de se scripsit ipse se pudore a dicendo et timiditate ingenua quadam refugisse, de orat. 2, 3, 10. — Duas sibi res, quo minus in vulgus et in foro diceret, confidentiam et vocem defuisse dixit, de r. p. 3, 30, 42. — Isocrates primo scribere aliis solitus orationes, sed quum ex eo saepe ipse in iudicium vocabatur, orationes aliis destitit scribere totumque se ad artes componendas transtulit, Brut. 12, 48. — Eius ars, de inv. 2, 2, 7. — Panegyricus, orat. 11, 37. — In Panathenaico varia orationis artificia se studiose consectatum fatetur, Ib. 12, 38. — Isocratis rhetoris gloria motus est Aristoteles, Tuscul. 1, 4, 7. cl. de off. 1. 1, 4. — Isocrates reprehensus ab Aristotele, de orat. 3, 35, 141. cl. orat. 19, 62. — Isocrati nemo infensius adversatus est quam Aristoteles, orat. 51, 172. de orat. 3, 16, 59. — Isocrateus Theopompeusque mos, orat. 61, 207. Ib. 71, 235.

**Issus**, urbs Ciliciae ad Pinarum amnem et sinum Issicum, ad fam. 2, 10, 3.

**Isthmus** Corinthiacus, de fato 4, 7.

**Italia**. Italia armis non potest vinci nec Graecia disciplinis, ad Her. 4, 32, 43. — Erat Italia a. u. c. 650. plena Graecarum artium ac disciplinarum etc., pro Arch. 3, 5. — Saepe alias commemoratur, Tusc. 4, 1, 2. 4, 3, 7. 5, 4, 10. — Italicae Syracusiaeque mensae a Platone reprehensae, Ib. 5, 35, 100. — Italici philosophi olim nominati Pythagorei, de sen. 21, 78.

**Italicum** bellum, s. sociale s. Marsicum gestum ab a. u. c. 664. ad a. 666., de off. 2, 21, 75. de lege agr. 2, 29, 80. ad Her. 3, 2, 2. pro Cluent. 7, 21.

**Italicus** tumultus, Philipp. 8, 1, 3.

**Ithaca**, insula Ulixi ad Leucadiam paeninsulam in mari Ionio sita. — In asperrimis saxulis tamquam nidulus adfixa, de orat. 1, 44, 196. de leg. 2, 1, 3. de off. 3, 26, 97.

**Ityraei** s. **Ituraei**, populi Syriae, Philipp. 2, 8, 19. — Ib. 2, 44, 112. Ib. 13, 8, 18.



**Iuba**, Hiempsalis regis Numidiae filius, ex stirpe Masinissae, de lege agr. 2, 22, 59. — Iuba, rex Numidiae potentissimus, inimicus causae Caesaris, pro Ligar. 8, 24. — Ad eum confugiendum erat Pompeianis devictis, ad fam. 7, 3, 3.

**Iubellius** nobilis Campanus, homo ferox, de lege agr. 2, 34, 93. — Idem vocatur Iubellius Taurea in Pison. 11, 24.

**Iudaei**. De auro Iudaeorum nomine quotannis et ex Italia et ex omnibus provinciis Hierosolyma exportari solito, pro Flacco 28, 67 sqq. Ib. 28, 67. — Iudaei et Syri, nationes natae servituti, de prov. cons. 5, 10.

**Iugurtha**, filius Mastanabalis filii Masinissae, ortus ex concubina. Eum Masinissa privatum reliquerat. — Iusta causa belli cum Iugurtha, de rege Alex. fragm. II, 5. p. 201.

**Iugurthina** coniuratio, i. e. factio nobilium, qui precio corrupti Iugurthae favebant contra rem publicam. Adversus eam coniurationem lata est rogatio Manilia, Brut. 33, 127. cl. de n. d. 3, 30, 74.

**Iulia**. De ea in matrimonium ducenda cogitasse videtur Q. Cicero filius, ad Att. 15, 29, 2. cl. ib. 16, 2, 5.

**Iulia** lex a L. Iulio Caesare cons. a. u. c. 663. lata, qua civitas sociis et Latinis est data, pro Balbo 8, 21.

**Iuliae** leges a C. Iulio Caesare cos. a. u. c. 694. aut postea dictatore latae, de provinc. cons. 19, 45. de har. resp. 23, 48. Iuliae leges agrariae, ad Att. 2, 18, 2. Philipp. 5, 19, 52.

**Iulia** lex, de provinciis ad Att. 5, 10, 2. Ib. 5, 16, 3. Ib. 5, 21, 5. Ib. 6, 7, 2. ad fam. 2, 17, 2. Philipp. 3, 15, 38. Ib. 5, 20, 2. in Pisonem 16, 37. — Iulia lex definiebat liberarum legationum tempus, ad Att. 15, 11, 4. — Iulia lex de pecuniis repetundis, pro Rabirio Post. 4, 8 sq., Ib. 5, 12. in Pison. 20, 50. — Iulia lex de sacerdotiis, ep. ad Brut. 1, 5. Iuliae leges iudiciariae, Philipp. 1, 8, 19 sq.

**C.** et **L. Iulii Caesares** fratres, ex quibus Lucius et consul a. u. c. 664. et censor fuit, Caius aedilis. — Eorum interitus, pro Scauro 3, 2. cl. Tusc. 5, 19, sq.

**C. Iulius Caesar L. F. Strabo Vopiscus**, frater uterinus Q. Catuli patris, ex Popilia matre. Sale et facetiis vicit omnes, de off. 1, 37, 133. — De eius lepore de off. 1, 30, 108. de orat. 2, 23, 98. Brut. 48, 177. Ib. 49, 182. Ib. 57, 207. — Persona librorum de oratore, de orat. 2, 3, 12. cl. ad Att. 13, 19, 4. — Eius iocus in C. Curionem, Brut. 60, 216. Ib. 88, 301. — Aedilis curulis a. u. c. 664. cotidie fere accuratas contiones habebat, Ib. 89, 305. — Novam quamdam rationem attulit orationis, res tragicas paene comice tractavit etc., de orat. 3, 8, 30. — Salsum eius dictum in Metellum Numidicum, de orat. 2, 68, 275. — Contendit cum Cn. Pompeio de accusando T. Albucio, a. u. c. 651., Divinat. in Q. Caecil. 19, 63. — Pro Sardis patrocinii causa postulavit T.

Albucium, de off. 2, 14, 50. — Ei consulatum contra leges petenti P. Sulpicius restitit, de harusp. resp. 20, 43. — Eius consulatus petitio extraordinaria contra legem Villiam annalem a. u. c. 666., contra quam egerunt P. Antistius et P. Sulpicius tribuni pl., Brut. 63, 226. — Crudelissime interfectus a Cinna, Brut. 89, 307. — Tuscul. 5, 19, 55. pro Scauro 3, 2. de orat. 3, 3, 10. — Ib. Philipp. 11, 5, 11.

**C. Iulius Caesar.** Flos aetatis eius a Venere orti in Bithynia contaminatus, fragm. p. 156. cl. ad fam. 8, 15, 2. — Caesar quod ei non contigerat, ut esset senatui atque optimo cuique carus, omnem vim ingenii, quae summa fuit in illo, in populari levitate consumpsit, Philipp. 5, 18, 49. — A Catilinariis mortis poenam Caesar, qui praetorio loco sententiam dixit, removit, caeterorum suppliciorum omnes acerbitates amplexus, in Catil. 4, 4, 7. ad Att. 12, 21, 1. — P. Clodius cum veste muliebri deprehensus domi C. Caesaris, quum pro populo fieret a. u. c. 693., ad Att. 1, 12, 3. — Hinc Caesar uxori nuncium remisit, Ib. 1, 13, 3. — Caesar, praetor quum esset, Q. Catulum ex inferiore loco iussit dicere, Vettium indicem in Rostra produxit, ad Att. 2, 24, 3. — Multis ornamentis populum Gaditanum C. Caesar, quum esset in Hispania praetor, adfecit, controversias sedavit etc., pro Balbo 19, 43. — Caesar consulatum petiturus a. u. c. 693. cum Luceio coire per Arrium cogitabat, ne M. Bibulus fieret consul, ad Att. 1, 17, 11. — M. Cicero cogitat Caesarem, cuius tum venti valde secundi erant, reddere meliorem a. u. c. 694., ad Att. 2, 1, 6. cl. ib. 2, 3, 3. — C. Caesar primo suo consulatu a. u. c. 695. lege agraria agrum Volaterranum et oppidum omni periculo in perpetuum liberavit, ad fam. 13, 4, 2. — M. Cicero neque Cn. Pompeio neque C. Caesari ita credit, ut quidquam de sua comparatione deminuat, a. u. c. 695. ad Q. fr. 1, 2, 5. §. 15. — In consulatu Caesar confirmavit regnum, de quo aedilis cogitarat, fragm. p. 249. — Caesar L. Calpurnii gener, in Pison. 16, 37. — Lege Caesaris populi liberi plane et vere erant liberi, Ib. cf. ibid. 25, 59. — Tulit Caesar graviter ludis Apollinaribus non sibi, sed Curioni filio plausum esse a. u. c. 695, ad Att. 2, 19, 3. — P. Clodium, taetram beluam, vinctam auspiciis, constrictam legum sacrarum catenis solvit subito lege curiata consul, pro Sestio 7, 16. cl. ib. 17, 39. Ib. 18, 41. — Negabat Caesar se quidquam de P. Clodii adoptione tulisse, ad Att. 2, 12, 2. — Eius rationes cum P. Clodio, de domo sua 15, 39 sqq. — C. Caesar non eadem de re publica sensit quae Cicero, sed tamen eum ille sui totius consulatus eorumque honorum, quos cum proximis communicavit, socium esse voluit, detulit, invitavit, rogavit, in Pison. 32, 79. cl. ib. §. 80. — Caesar Pompeium a Ciceronis familiaritate deiunxit a. u. c. 695., Philipp. 2, 10, 23. — C. Caesari potius aliquid concedendum ac remittendum fuisse quam P. Vatinio, in Vatinium 6, 15. · Eum P. Vatinius saepe increpuit, quum adfirmaret, illum numquam, dum optimatium natio viveret, sine cura futurum, pro Sestio 63, 132. — Eius lex de pecuniis repetundis, Ib. 64, 135. V. **Iulia** lex. — Caesar consul id publicanis per populum dedit, quod per senatum, si licuisset, dedisset, pro Plancio 14, 35. — Caesaris leges iubent ei, qui de vi, itemque ei, qui maiestatis damnatus sit, aqua et igni interdici, Philipp. 1, 9, 23. — Bellum Gallicum C. Caesare imperatore gestum est, antea tantum modo repulsum, de prov. cons. 13, 32. cl. ib. §. 33. — C. Caesarem senatus et genere supplicationum amplissimo ornavit et numero dierum novo: idem in angustiis aerarii victorem exercitum stipendio adfecit, imperatori decem legatos decrevit, lege Sempronia succedendum non censuit, quum earum sententiarum et princeps et auctor esset Cicero a. u. c. 698., pro Balbo 27, 61. cl. ad fam. 1, 7, 10. de prov. cons. 7, 17 sqq. De C. Caesaris et M. Ciceronis discidio et reconciliata gratia, Ib. 9, 23 sqq. de prov. cons. cap. 17 sqq. — Quum propter causam Campanam iratus esset Ciceroni, intercedente Cn. Pompeio ei reconciliatus est, ad fam. 1, 9, 9. cl. ib. §. 18. — Caesar fautor fuit C. Rabirii Postumi, pro Rab. Post. 15, 42 sqq. — Caesar perfecit, ut, victoria sua rebusque gestis Italiam munitam haberemus a. u. c. 699., in Pison. 33, 82. — Caesar C. Alfium praeteritum in praetura petenda permoleste tulit. Eiusdem dictum de P. Vatinio, in Vatinium 16, 38. — Memmium Caesaris omnes opes confirmare dicuntur a. u. c. 700., ad Att. 4, 15, 7. — Caesaris laudes primum populi Romani, nunc a. u. c. 700. etiam senatus plurimis atque amplissimis iudiciis videt Cicero esse celebratas, pro Plancio 39, 93. — Locus de Cicerone ex eius epistola ad Balbum missa a. u. c. 700., ad Q. fr. 2, 10 (12), 4. — Eius litterae ad Ciceronem missae a. u. c. 700. refertae omni officio, diligentia, suavitate, ad Q. fr. 2, 13 (15 a), 1. — Trebatium quod ad se miserit, persalse et humaniter etiam gratias Ciceroni agit, Ib. §. 3. — Summus eius in Cicerones amor a. u. c. 700. Ib. 3, 1, 3. §. 9. Ib. 3, 1, 4. §. 11. — Suavissimae eius litterae a. u. c. 700., ad Q. fr. 3, 1, 5. §. 17. cl. ib. §. 18. — De Caesaris in se amore et voluntate scribit Cicero a. u. c. 700., ad Q. fr. 3, 5, 3. — Cicero Caesari commendat C. Trebatium a. u. c. 700., ad fam. 7, 5, 1. — Loci ex eius epistolis ad Ciceronem scriptis, Ib. §. 2 et 3. — De virtute et gravitate Caesaris in morte Iuliae filiae, a. u. c. 700., ad Q. fr. 3, 8, 3. — C. Memmii enunciatio valde Caesari displicuit a. u. c. 700., ad Att. 4, 16, 6. — Eius incredibilis amor in Ciceronem, Ib. §. 13. — Bellum Britannicum, Ib. — Confectum VI. Kal. Octobr. a. u. c. 700., Ib. 4, 17, 3. — Ciceronis cum Caesare coniunctio, Ib. 4, 18, 3. cl. ad Q. fr. 2, 11 (13), 1. — Rumores, qui de Caesare a. u. c. 703. spargebantur, veluti eum apud Bellovacos circumsideri, narrat Caelius ad fam. 8, 1, 4. — Caesar C. Curionem

tribunatum pl. petentem a. u. c. 703. valde contempsit, Caelius ad fam. 8, 2, 2. — Quo modo Caesar de senatus auctoritate perscripta ferret a. u. c. 703. incertum erat, ad Att. 5, 2, 3. cl. ib. 5, 20, 8. — Quid actum sit a. d. XI. Kal. Sextil. a. u. c. 703. de successione C. Caesaris, Caelius ad fam. 8, 4, 4. cf. Ib. 8, 5, 2. Ib. 8, 8, 7. — In primis ib. 8, 8, 10. — Rursus de successione Galliarum, Ib. 8, 9, 2 et 5. — Actiones C. Curionis de agro Campano a. u. c. 703, de quo negant Caesarem laborare, sed Pompeium valde nolle, ne vacuus advenienti Caesari pateat, Ib. 8, 10, 4. — De statu Caesaris, Ib. 8, 11, §. 3. — Cn. Pompeius constituit non pati C. Caesarem consulem aliter fieri, nisi exercitum et provincias tradiderit: Caesari autem persuasum est se salvum esse non posse, si ab exercitu recesserit etc., Caelius ad fam. 8, 14, 2. — Res publica Ciceronem valde sollicitat. Favet Curioni: Caesarem honestum esse cupit: pro Pompeio emori potest a. u. c. 704., ad fam. 2, 15, 3. — Caesari a senatu nullus honor habetur a. u. c. 704., ad Att. 5, 21, 3. — Luceius commemorat quid olim mali C. Iulius fecerit, quum in consulatu a. u. c. 695. dieculam solutionis duxerit, numquam rei publ. plus, Ib. 5, 21, 13. — Pompeius putat Caesarem in aedificando Nemorensi diligentiorem fore, Ib. 6, 1, 25. — Caesar M. Antonium sine sorte quaestorem delegit a. u. c. 704., Ib. 6, 6, 3. — Caesar Placentiam legiones quattuor misit a. u. c. 704., Ib. 6, 9, 5. — De Ciceronis condicione, quum impendeat contentio Caesarem inter et Pompeium, Ib. 7, 1, 3 sqq. cl. ib. 7, 2, 7. — Pro ipsius in alios effusione Caesarem non satis in Ciceronem liberalem fuisse etc., Ib. 7, 3, 3. — Homo audacissimus paratissimusque dicitur Ib. 7, 3, 5. — Ad Ciceronem litteras blandas misit, Ib. 7, 3, 11. — Eius alienatio a Pompeio, Ib. 7, 4, 2. — Nemo umquam Caesare acrior in rebus gerendis, nemo eodem in victoria temperantior, Caelius ad fam. 8, 15, 1. — Caesar in Hispaniam iturus a. u. c. 705. nihil nisi atrox et saevum cogitat atque etiam loquitur, Ib. 8, 16, 1. — Ipsi Caesari concordia nihil utilius a. u. c. 705., ad fam. 4, 2, 3. — De nimia gravitate Cn. Pompeii et C. Caesaris nimia cupiditate, quae pacem impediverit, Philipp. 13, 1, 2. — Caesar erat impudens, qui exercitum et provinciam invito senatu teneret. Antonius et Q. Cassius nulla vi expulsi ad Caesarem cum Curione profecti sunt a. u. c. 705., ad fam. 16, 11, 2. — De periculis C. Caesari imminentibus, si insaniat a. u. c. 705, Ib. 16, 12, 4. — Quum Caesar Ariminum, Pisaurum, Anconam, Arretium occupavisset, urbem reliquit Cicero a. u. c. 705. Condiciones a Caesare latae, Ib. 16, 12, 2. — Sero iam ait Cicero resisti Caesari a. u. c. 705., ad Att. 7, 6, 2. — Publicani dicuntur Caesari esse amicissimi, Ib. 7, 7, 5. — Multae eius actiones memorantur ib. 7, 7, 6. Eius victoria timetur, Ib. 7, 7, 7. — De Pompeii opinione de Caesare, Ib. 7, 8, 4. — Solvendos esse nummos Caesari,



Ib. 7, 8, 5. cl. ib. 7, 9, 2. — De Labieni discessu ab Caesare a. u. c. 705. Ib. 7, 11, 1. — Eum omnia taeterrime facturum putat Cicero. Ib. 7, 12, 2. — De bello civili a Caesare parato, Ib. 7, 13. a. 1. — De mandatis Caesaris per L. Caesarem filium ad Pompeium a. d. VIII. Kal. Febr. 705. delatis, et responso ei dato, Ib. 7, 14, 1. cl. ib. 7, 15, 3. Ib. 7, 17, 2. 7, 18, 2. — Omnes cupiebant Caesarem abductis praesidiis stare condicionibus iis, quas tulisset etc. Ib. 7, 15, 2. — Caesar Ciceroni ignoscit per litteras, quod non venerit Romam, Ib. 10, 3, 2. — Caesar ardet furore et scelere, nec remittit aliquid, sed in dies ingravescit etc., Ib. 10, 4, 2. cl. ib. §. 8. — Caesar florentissimus ac novus VI. VII. diebus ipsi illi egenti ac perditae multitudini in odium acerbissimum venit, Ib. 10, 8, 6. — Corruat Caesar necesse est aut per adversarios aut ipse per se, qui quidem sibi est adversarius unus acerrimus, Ib. 10, 8, 8. — Caesaris epistola ad Ciceronem missa, Ib. ep. B. — De eius condicione, Id. 10, 12, 6. — Horribilis et Pompeii et Caesaris victoria, Ib. 10, 14, 1. — Audit Cicero Caesarem ea senatus consulta improbare, quae post discessum tribunorum facta sunt, Ib. 11, 7, 1. — Balbus minor aiebat (idem scripserat Balbus pater) nihil malle Caesarem quam ut Pompeium adsequeretur et rediret in gratiam. Non credit Cicero, Ib. 8, 9, 4. — Comparatur Caesar et Pompeius, Ib. 8, 11, 2. — Caesaris per Apuliam ad Brundisium cursus, Ib. 8, 11, 7. — Laus Caesaris ut acuti vigilantis, parati hominis, Ib. 8, 13, 1. — De facto Caesaris de Corfinio Balbus ad Ciceronem refert, Att. 8, 15, A. 2. — Occurrunt optimates, se venditant Caesari, municipia vero deum habent, ad Ib. 8, 16, 1. — Paucis quidem verbis, sed ἐν δυνάμει ad Ciceronem scripsit Caesar, Ib. 9, 6, 6. — Eius litterae, Ib. 9, 6, 7. A. — Eius litterae ad Balbum et Oppium scriptae, Ib. 9, 7, 3. — De voluntate Caesaris Balbi et Oppii ep. ad Ciceronem missa, Ib. 9, 7. A. cf. ep. B. — Eius epistola ad Oppium et Balbum missa, Ib. C. Per praetorem consules creare volebat contra leges, Ib. 9, 9, 3. — Ciceronis litterae ad Caesarem missae, Ib. 9, 11. A. — Dolabella III. Idus Mart. a Brundisio hanc εὐημερίαν quasi Caesaris scribit, Pompeium in fuga esse eumque primo vento navigaturum, Ib. 9, 13, 1. — Caesaris confidentia, Ib. 9, 13, 4. — Caesaris brevis epistola ad Oppium et Balbum missa, eius epistola ad Q. Pedium, Ib. 9, 14, 1. — Variae eius actiones, Ib. 9, 15, 1. — Quid de Pompeio et Caesare audiverint Matius et Trebatius, Ib. 9, 15. A. — Caesaris epistola ad Ciceronem de sua clementia, Ib. 9, 16. A. — Caesar senatum Kal. April. velle se frequentem adesse etiam Formiis proscribi iussit. Ib. 9, 17, 1. — Ciceronis cum Caesare colloquium inutile, Ib. 9, 18, 1 sq. — De Caesaris adsecLis, Ib. §. 2. Ib. 9, 19, 1. — Incertum est Phalarimne an Pisistratum sit imitaturus, Ib. 7, 20, 2. cl. ad Att. 8, 16, 1. — Caesar

Ciceronem ad pacem hortatur, Ib. 7, 21, 3. 7, 23, 3. — De celeritate incredibili Caesaris etc. Ib. 3, 22, 1. — Eum, cui Cn. Pompeius alterum consulatum deferret et triumphum, inimicum habere noluerat Cicero, Ib. 7, 26, 2. — De Ciceronis litteris ad Caesarem Capua datis, Ib. 8, 2, 1. — Caesar ad Corfinium, Ib. 8, 3, 7. — De Caesaris sapientia admirabili, Ib. 8, 9, 1. — Celeritas in Caesare desideratur post victoriam Pharsalicam. ad fam. 15, 15, 2. — Caesar adversus monitum summi haruspicis in Africam ante brumam transmisit, de divin. 2, 24, 52. — Redditae Ciceroni sunt a Caesare litterae satis liberales a. u. c. 707., ad fam. 14, 23. — Caesar ita videtur Alexandream tenere, ut eum scribere etiam pudeat de illis rebus a. u. c. 707., ad Att. 11, 15, 1. — Caesarem ab Alexandrea discessisse nemo nunciat ineunte a. u. c. 707. Ib. 11, 17, 3. cl. ib. 11, 18, 1. — Caesar Sallustio ignovit, Ib. 11, 20, 2. — Multa eum in Asia dicuntur morari, maxime Pharnaces, Ib. 11, 21, 2. — De Caesaris condicione, postquam Alexandria se recepit, Philipp. 2, 26, 64. — Post bellum Hispaniense factus est Caesari rursus familiaris Antonius, quod is, quem plane perditum aere alieno egentemque, si eumdem nequam hominem audacemque cognorat, hunc in familiaritatem libentissime recipiebat, Philipp. 2, 32, 78. — Caesar ad P. Servilium collegam nullas litteras de pugna Pharsalica misit nec eum de supplicatione voluit referre. At misit postea de Alexandria, de Pharnace, Pharsalicae vero pugnae ne triumphum quidem egit, Philipp. 14, 8, 23. — De Caesaris in se animo non offenso scribit Cicero, ad fam. 9, 16, 4. — Caesaris adventus in Italiam a. u. c. 708., ad fam. 9, 6, 1. ib. 9, 8, 2. — Post reditum ex Africa contempsit Antonium, appellavit eum de pecunia, Philipp. 2, 29, 71. — Iis ipsis temporibus domi percussor, ab Antonio missus, deprehensus esse dicebatur cum sica, de quo Caesar in senatu, aperte in Antonium invehens, questus est, Ib. 2, 29, 74. — Ter depugnavit Caesar cum civibus, in Thessalia, Africa, Hispania, Ib. 30, 75. — Sperat Cicero a. u. c. 708. Caesari fore curae et esse, ut habeant cives aliquam rem publ., ad fam. 13, 68, 2. — De pace a. u. c. 709, facta, ne ipsi quidem Caesari ex omni parte accepta, Ib. 12, 18, 2. — Ciceroni iudicatum est, si modo hoc Caesar aut patietur aut volet, deponere illam iam personam, in qua se saepe illi ipsi probaverit, ac se totum in litteras abdere, Ib. 7, 33, 2. — Epistolae Ciceronis ad eum missae a. u. c. 709., Ib. 13, 15 et 16. — Caesarem putabat moleste laturum mortem P. Sullae a. u. c. 709., verentem ne hasta refrixisset. Ib. 15, 17, 2. — C. Cassius Ib. 19, 3. cl. ad fam. 9, 10, 3. — Qualis futura sit Caesaris vituperatio contra laudationem Catonis a se scriptam perspexisse se ait Cicero ex eo libro, quem Hirtius ad se misisset, in quo collegerit vitia Catonis, sed cum maximis laudibus Ciceronis a. u. c.



709., ad Att. 12, 40, 1. — Hirtii epistola Ciceroni quasi πρόπλασμα videtur eius vituperationis, quam Caesar scripsit de Catone, Ib. 12, 21, 4. — Caesarem σύνναον Quirino mavult Cicero quam Saluti, Ib. 12, 45, 3. cl. ib. 13, 28, 3. — Per ironiam Caesarem propinquum dicit Pseudomarii a. u. c. 709., Ib. 12, 49, 1. — Ciceronis epistola ad Caesarem missa, Ib. 12, 51, 2. — Caesari certum erat Romae remanere a. u. c. 709., ne se absente leges suae negligerentur, sicut esset neglecta sumptuaria, Ib. 13, 7, 1. — Brutus per litteras purgat Caesarem de interitu M. Marcelli a. u. c. 709., Ib. 13, 10, 3. — A Caesare litteras accepit Cicero consolatorias, datas prid. Kal. Mai. a. u. c. 709., Ib. 13, 20, 1. — De Ciceronis epistola ad Caesarem de Parthico bello scripta, Ib. 13, 27, 1. cl. ib. 13, 28, 3. Ib. 13, 31, 3. — De aedificationibus Caesaris, de quibus cogitabat a. u. c. 709., Ib. 13, 33, 4. Ib. 13, 35, 1. — Quid de eo nunciet Brutus, Ib. 13, 40, 1. — Quid iudicaverit Caesar de Ciceronis itemque de Bruti Catone, Ib. 13, 46, 1. — Caesaris libri contra Catonem lecti a Cicerone et vehementer probati, Ib. 13, 50, 1. cl. Ib. 13, 51, 1. — Saturnalibus a. u. c. 709. devertit apud Philippum et Ciceronem cum hominibus CIↃ. CIↃ. etc., Ib. 13, 52, 1 et 2. — Caesaris dictum de M. Bruto, Ib. 14, 1, 2. — Dictum de Cicerone, Ib. 14, 2, 3. — De summa Caesaris erga se humanitate a. u. c. 709. scribit Cicero, ad fam. 4, 13, 2. — De Caesare eiusque actis post victoriam civilem, ad fam. 6, 5—8. — De Caesare non alieno a Cicerone, a. u. 709., ad fam. 6, 10, 2. — Eius familiares praecipui circa a. u. c. 709. Pansa, Hirtius, Balbus, Oppius, Matius, Postumius, Cimber Tillius, Ib. 6, 12, 2. — Africanae causae iratior diutius velle videtur eos habere sollicitos, a quibus se putat diuturnioribus esse molestiis conflictatum, Ib. 6, 13, 3. — Eius oratio mollis et liberalis de Q. Ligario. Ib. 6, 13, 2. — Caesar Deiotarum tetrarchia et regno multavit, de divin. 1, 15, 27. ib. 2, 37, 79. — Cicero Deiotarum regem apud C. Caesarem defendit, pro Deiotaro 1, 1 sqq. — Caesarem exoratum a senatu M. Marcello reditum concessisse narratur, ad fam. 4, 4, 3 sqq. cf. ib. 4, 7 sqq. Cicero de M. Marcello Caesari gratias agit, pro M. Marcello 1, 1 sqq. — Caesar ipse, qui Massiliensibus fuerat iratissimus, tamen propter singularem eius civitatis gravitatem et fidem cotidie aliquid iracundiae remittebat, Philipp. 8, 6, 19. — Cicero Ligarium apud Caesarem defendit, pro Ligario 1, 1 sqq. — Sullam secutus est is, qui in causa impia, victoria etiam foediore, non singulorum civium bona publicaret, sed universas provincias regionesque uno calamitatis iure comprehenderet, de off. 2, 8, 27. — Caesar Sullanas venditiones et adsignationes ratas esse voluit, quo firmiores existimarentur suae, ad fam. 13, 8, 2. — L. Sullae et C. Caesaris pecuniarum translatio a iustis dominis ad alienos non debet liberalis videri, de off. 1, 14, 43. — Lupercis vectigal dedit, fragm.

p. 253. — Tanta in eo (victore) peccandi libido fuit, ut hoc ipsum eum delectaret peccare, etiam si causa non esset, de off. 2, 24, 84. — Caesar quum quosdam ornare voluit, non illos honestavit, sed ornamenta ipse turpavit, fragm. p. 294. — In ore semper Graecos versus de Phoenissis habebat: 'Nam si violandum est ius regnandi gratia violandum est etc.' de off. 3, 21, 82 sqq. — Caesar omnia iura divina atque humana pervertit propter eum, quem sibi ipse opinionis errore finxerat, principatum, de off. 1, 8, 26. — Lupercalibus d. XV. mens. Febr. a. u. c. 710. M. Antonius diadema quum imponere vellet, Caesar abiecit. Quid adscribi iusserit tum Antonius in fastis ad Lupercalia, Philipp. 2, 34, 87.— Quum immolaret Caesar illo die, quo primum in sella aurea sedit et cum purpurea veste processit, in extis bovis opimi cor non fuit etc. de divin. 1, 52, 119. cl. ib. 2, 16, 36. — De caede Caesaris in curia Pompeii facta, de divin. 2, 9, 23. — De eius nece, Philipp. 2, 12, 29. — Caesar tyrannus, de off. 1, 31, 112., cl. ib. 3, 4, 19. — Caesarem qui beatum fuisse putant, miseri ipsi sunt, Philipp. 1, 14, 35. — In perditis impiisque eius consiliis nulla potuit esse felicitas, fragm. p. 255. — Caesaris acta e commentariolis et chirographis et libellis a M. Antonio prolata, Philipp. 1, 7, 16. — De C. Matii cum Caesare familiaritate, ad fam. 11, 27 et 28. — Queritur Cicero interfecto rege regios omnes nutus observari, Ib. 12, 1, 1. — De inscriptione Caesari ab Antonio in Rostris posita, Ib. 12, 3, 1. — Est flamen ut Iovi, ut Marti, ut Quirino, sic divo Iulio M. Antonius, Philipp. 2, 45, 110. — Multa Siculis Caesar concessit, in his Latinitatem, ad Att. 14, 12, 1. — Quae e falsis C. Caesaris commentariis proferantur, Ib. 14, 13, 6. cl. ib. 14, 14, 2. — Cicero quacumque se commovet, ad Caesaris non modo acta, verum etiam cogitata revocatur, Ib. 13, 17, 6. — Quo die audivit illum tyrannum in contione clarissimum virum appellari, diffidere coepit Cicero, Ib. 15, 20, 2. — Quo modo se gesserit in causa Buthrotia ab Attico suscepta exponitur ad Att. 16, 16. Ib. A. sqq. — Post Caesaris interitum consulibus et lege et senatus consulto permissum est, ut de eius actis cognoscerent, statuerent, iudicarent, Ib. 16, 16. B., 8. — Accessit ad senatus consultum lex, quae lata est a. d. IV. Non. Iun., quae lex earum rerum, quas Caesar statuisset, decrevisset, egisset, consulibus cognitionem dedit, Ib. 16, 16. C., 11. — Acta Caesaris non modo ii, quorum interest, sed etiam ii, qui illa non probant, otii causa confirmari volunt, Ib. §. 12., cl. de off. 2, 7, 23. — Post eius interitum omnes novarum perturbationum causae quaeri videbantur, de fato 1, 2. — Caesar reprehensus a Q. Curione in libro, quem hic de illius rebus gestis scripsit, Brut. 60, 218. — Amplissimae laudes eius eloquentiae, Brut. 72, 251. — Locus ex eius libro primo de ratione Latine loquendi (s. de analogia), in quo Ciceronis eloquentiam praedicat, Ib. 72, 253. — Eius



locutio emendata et Latina, Brut. 74, 258. 75, 261. — Orationes eius, commentarii valde probandi, Ib. 75, 262. — Caesar omnibus στάσεων generibus usus est nimis impudenter contra Catonem Ciceronis, Topic. 25, 94. — Fragmenta Epistolarum Ciceronis ad eum scriptarum, fragm. p. 250 sq.

C. **Iulius Caesar Octavianus,** ante adoptionem **Octavius,** postea **Augustus.** — Quaerit Cicero de adventu Octavii qualis fuerit, ad Att. 14, 5, 3. — 'De Octavio sus deque', Ib. 14, 6, 1. — De Octavii adventu Neapolin eiusque controversia cum Antonio, Ib. 14, 10, 3. — De Octavii adventu in villam Philippi (vitrici), Ib. 14, 11, 2. — Quem ad modum cum Cicerone versatus sit et qui cum eo esse soleant, Ib. 14, 12, 2. — Exspectat, si L. Antonius produxit Octavium, qualis contio fuerit, Ib. 14, 20, 5. Ib. 14, 21, 4. — De Octavii contione ludorumque eius apparatu et Matio ac Postumio procuratoribus, Ib. 15, 2, 3. — De Octaviani ingenio, de eius animo nondum confirmato, de Antonio ab eo seiungendo, Ib. 14, 12, 2. — Octavianus magna molitur et hoc spectat, ut se duce bellum geratur cum Antonio, Ib. 16, 8, 1. — Scripsit Ciceroni velle se rem agere per senatum etc., Ib. ep. 9. — Ab Octaviano cotidie adferuntur ad Ciceronem litterae, ut Capuam veniat, iterum rem publ. capessat etc., Ib. 16, 11, 6. — In Octaviano iuvene, quamquam animi satis, auctoritatis parum est, Ib. 16, 14, 1 sq. — Attici de Octaviano iudicium, Ib. 16, 15, 3. cf. Plancum ad fam. 10, 23, 6. Ib. 10, 24, 4 et 5. Ib. 10, 24, 8. — Octavianus simpliciter dicitur Caesar, Ib. 10, 24, 4 et 5. Item §. 8. — Egregius puer Caesar etc., Ib. 10, 28, 3. Ib. 10, 33, 3. Ib. 10, 33, 4. — Laudatur rursus, Ib. 11, 7, 2. Ib. 11, 8, 2. — Eius conatus. Laudes a Cicerone tributae a. u. c. 710. Insidias struxisse Antonio putabatur, Ib. 12, 23, 2. — Gaudet Cicero se Antonium coniecisse in Caesaris Octaviani plagas, de quo bene sperat, Ib. 12, 25, 4. — Neque Caesari imperari posse nec Caesarem exercitui suo, D. Brutus ad fam. 11, 10, 4. cl. ib. 11, 13, 1. — D. Brutus probabat Ciceronis sententias 'de ornando adolescente', Ib. 11, 14, 1 sq. — Quid Caesar dixerit de dicto Ciceronis: Laudandum adolescentem, ornandum, tollendum, D. Brutus, Ib. 11, 20, 1. cl. ib. 11, 20, 4. et ep. 21, 1. — De ludis Caesaris adolescentis, C. Matius ad fam. 11, 28, 6. — A. u. c. 710. ante proelium Mutinense ad Forum Cornelium erat cum firmo exercitu, Ib. 12, 5, 2. cl. ib. 16, 24, 2. — C. Caesar adolescens tum, quum maxime furor arderet Antonii, ... firmissimum exercitum ex invicto genere veteranorum militum comparavit patrimoniumque suum effudit a. u. c. 710., Philipp. 3, 2, 3 sqq. — Ei ab Antonio obiiciebatur Aricina mater, Atia, Ib. 3, 6, 15. — Laudatur quod salutem rei publ. attulerit, Ib. 3, 11, 27. — Amplissimae eius laudes, Ib. 4, 1, 2. — C. Caesar colonias patrias adiit, veteranos milites convocavit, paucis diebus exercitum fecit, incitatos latronis impetus retardavit, Philipp. 5, 8, 23. cl.

Philipp. 13, 9, 19. Ib. 5, 11, 28. — Decretum de eo honorificentissimum a Cicerone propositum, Ib. 5, 16, 42. cl. ib. 7, 3, 10. — Bellum contra Antonium sua sponte suscepit, Ib. 8, 2, 5. — Imperium C. Caesari belli necessitas, fasces senatus dedit, Ib. 11, 8, 20. — A. Hirtius, C. Caesar vincere expetunt pacemque non pactione, sed victoria concupiverunt, Ib. 12, 4, 9. — Caesar pro praetore a. u. c. 711., Ib. 13, 18, 39. — Nulla specie paterni nominis nec pietate abductus umquam est, Ib. 13, 20, 46. — Profectus ad D. Brutum liberandum, Ib. 14, 2, 4. — Tertium eius proelium apud Mutinam, Ib. 14, 3, 6. — Imperatorem appellandum censet Cicero, Ib. 14, 10, 28. — Castra multarum legionum paucis cohortibus tutatus est, Ib. cf. ib. 10, 14, 37. — Fragm. epistolarum ad eum, fragm. p. 251 sq. — De regendo Caesare puero, ep. ad Brut. 1, 3. — Reliquias hostium Brutus persequitur et Caesar, Ib. — De Caesaris honoribus, quos acceperit, extraordinariis, Ib. 1, 4. — De bello, quod ad Mutinam geratur, de Caesare eiusque spe consulatus certissima, ep. ad Brut. 1, 10. — Cicero Caesari imperium decrevit, statuam Philippus, celeritatem petitionis primo Serv. Sulpicius, post maiorem etiam Servilius, ut ovanti introire liceret, ad Brut. 1, 15. cl. ib. 1, 16. — Pueri et cupiditas et licentia potius est irritata quam oppressa a Cicerone, Ib. 1, 17. — Patrem appellat Octavius Ciceronem, Ib. — Omnes Cicero adhibet machinas ad tenendum adolescentem, ne famam subeat temeritatis, ep. ad Brut. 1, 18. cl. Pseudocic. ep. ad Octavium 1 sqq.

**(Iulius) Caesar** nothus s. **Caesario**, Caesaris ex Cleopatra filius, ad Att. 14, 20, 2.

**L. Iulius**. Commendatur Q. Valerio Orcae, ad fam. 13, 6, 2.

**L. Iulius Caesar Strabo,** Caii oratoris et poëtae tragici frater, aedilitate praeteritus consul est factus, pro Planc. 21, 51. — L. Iulius Caesar cos. a. u. c. 664. cum P. Rutilio Lupo, pro Font. 15, 33. — Consul refecit templum Iunonis Sospitae, de divin. 1, 2, 4. — L. Iulius Caesar et P. Licinius Crassus censores a. u. c. 665., pro Arch. 5, 11. — Eius mors, de orat. 3, 3, 10. — Occisus a Cinna, Tuscul. 5, 19, 55. V. **C. Iulius Caesar Strabo.**

**L. Iulius Caesar** consul a. u. c. 690. Plebes senatus consulto (de numero sectatorum), quod est L. Caesare consule factum, restitit, pro Mur. 34, 71. — L. Iulius Caesar consul a. u. c. 690., ad Att. 1, 1, 2. Ib. 1, 2, 1. — L. Caesar de animadversione in Catilinarios dixit ante Catonem, Ib. 12, 21, 1. — Eius sententia de sororis suae viro P. Lentulo Sura, in Catil. 4, 6, 13. cl. Philipp. 2, 6, 14. — Fausti Sullae ad eum litterae, pro Sulla 19, 55. — L. Caesar accusaturus putatur M. Scaurum, ad Att. 4, 16, 8. — L. Caesar valetudine impediebatur, quo minus post Caesaris interitum in senatum veniret, ad fam. 12, 2, 3. — — Ex consularibus unus L. Caesar firmus est et rectus, Ib. 12, 5, 2. — L. Caesar eximias laudes tribuit Dolabellae consuli a. u. c. 710., Ib. 9, 14, 3. ad Att. 14, 17, 3. — Eum Neapoli graviter adfectum vidit Cicero, ad Att. 14, 17, 2. Ib. 15, 4, 5. — Eius sententia agrorum adsignatio dissoluta est a. u. c. 711., Philipp. 6, 5, 14. — L. Caesaris lenior de Antonio sententia vicit in senatu a. u. c. 711., ut contentio cum M. Antonio suscepta tumultus, non bellum appellaretur, Ib. 8, 1, 1 sqq. Ib. 8, 7, 22. — L. Caesar nominavit P. Servilium consularem, hominem privatum, qui proconsul Asiae vel Syriae et imperator contra P. Dolabellam a. u. c. 711. extra ordinem deligeretur, improbante Cicerone, Philipp. 11, 8, 19. — De L. Caesare, forti quidem illo et constanti senatore, avunculo tamen Antonii, Ib. 12, 7, 18.

**L. Iulius Caesar**, praecedentis filius, L. Caesarem vidit Cicero Minturnis a. d. VIII. Kal. Febr. a. u. c. 705. cum absurdissimis mandatis, ad Att. 7, 13. b., 6. — L. Caesar mandata a Caesare detulit ad Pompeium a. d. VIII. Kal., Ib. 7, 14, 1. Ib. 7, 16, 2. — L. Caesar L. F. interfectus a Caesare a. u. c. 708., ad fam. 9, 7, 1.

**Sex. Iulius Sex. F. Sex. N. Caesar** praetor urb., quod cum herede mandati ageretur, iudicium non reddidit, ad Her. 2, 13, 19. — Praetor fuit a. u. c. 631., de domo sua 53, 136.

**Sex. Iulius C. F. Sex. N. Caesar,** consul cum L. Marcio Philippo a. u. c. 663. Cornel. prim. fragm. 11. p. 210. V. **L. Marcius.**

**Sex. (Iulius) Caesar**, flamen Quirinalis a. u. c. 697., de harusp. resp. 6, 12.

**L. Iulius Iulus**, decemvir ex secundo collegio a. u. c. 304., de r. p. 2, 36, 61. — C. Iulius Iulus cos. tertium et P. Papirius coss. a. u. c. 324., de r. p. 2, 35, 60.

**Iulius Proculus.** V. **Proculus.**

**Iunia** gens patricia, ex qua L. Iunius Brutus, plebeia, ex qua reliqui Bruti. V. **Iunius Brutus.**

**Iunia** anus funere elata, de orat. 2, 55, 225.

**Iunia**, uxor C. Marcelli auguris, mater C. Marcelli consulis a. u. c. 704., ad fam. 15, 8.

**Iunia**, M. Bruti soror, M. Lepidi uxor, ad Att. 14, 8, 1.

**Lex Iunia et Licinia**, a D. Iunio Silano et L. Licinio Murena coss. a. u. c. 692. data, ad Att. 2, 9, 1. Ib. 4, 16, 5. in Vatin. 4, 33. pro Sest. 64, 135. Philipp. 5, 3, 8.

**Iunianum** iudicium. Eius invidia, pro Cluent. 1, 1. Verr. Act. 1, 10. 29. — V. **C. Iunius.**

**Iunius**, familiaris Avianii statuarii, ad fam. 7, 23, 3.

**Iunius**, Ciceronis creditor, ad Att. 12, 14, 2.

**C. Iunius**, quaesitor in causa Scamandri, pro Cluent. 20, 55. — Iudex quaestionis in Oppianici causa, Verre praetore, Ib. 27, 74. — Homo aedilicius, iam praetor opinionibus hominum constitutus, non disceptatione dicendi, sed clamore de foro atque adeo de civitate sublatus, Ib. 29, 79. Ib. 33, 84. — C. Iunius invidia conflagravit, Verr. accusat. 1, 61, 157. V. **Iunianum Iudicium.**

**C. Iunius** filius, pro Cluent. 49, 137.

**L. Iunius** pater T. Iunii, Brut. 48, 180.

**M. Iunius**, Q. Publicius praetores, apud quos Cicero defendit D. Matrinium, pro Cluent. 45, 126.

**M. Iunius**, homo in causis exercitatus, pro Quinct. 1, 3.

**M. Iunius**, Publii frater, Verr. accusat. 1, 51, 135.

**P. Iunius** aedem Castoris habuit tuendam de L. Sulla Q. Metello consulibus a. u. c. 674., Verr. accusat. 1, 50, 130 et 132.

**Q. Iunius**, senator, iudex in Verris causa reiectus a Cicerone a. u. c. 684., Verr. accusat. 1, 7, 18.

**T. Iunius L. F.** tribunicius, quo accusante P. Sestius, praetor designatus a. u. c. 654. damnatus est ambitus, Brut. 48, 180.

**(Iunii) Bruti.** Est quasi deorum immortalium beneficio et munere datum rei publicae Brutorum genus et nomen ad libertatem populi Rom. vel constituendam vel recuperandam, Philipp. 4, 3, 7. cl. ib. 2, 11, 26.

**L. Iunius Brutus.** Eius laudes, Brut. 14, 53. — Regem superbum non tulit, Philipp. 3, 4, 9. — Princeps maxime conservandi generis et nominis, Ib. 3, 4, 11. —Populi Rom. dux et auctor ad libertatem, de fin. 2, 20, 66. — Depulit a civibus suis iniustum illud durae servitutis iugum etc., de r. p. 2, 25, 46. — Regum exactio mente, non lingua perfecta L. Bruti, de orat. 1, 9, 37. — Populum Rom. dominatu regio liberavit, Ib. 2, 55, 225. cl. pro Planc. 25, 60. Philipp. 1, 6, 13. —Praeclarus auctor nobilitatis M. Bruti, Tuscul. 4, 1, 2. — Collatino collegae imperium abrogavit, de off. 3, 10, 40. — In liberanda patria est interfectus, de sen. 20, 74. — Arcens cum reditu tyrannum, quem ipse expulerat, in proelio concidit, Tusc. 1, 37, 89. cl. ib. 4, 22, 50. ad Her. 4, 53, 66. parad. 1, 2, 12. ad Att. 13, 40, 1. — Brutus, fabula praetextata Accii, pro Sest. 58, 123. ad Att. 16, 5, 1. de divin. 1, 22, 44.

**D. Iunius M. F. Brutus Gallaecus**, consul cum P. Scipione Nasica Serapione a. u. c. 616., Brut. 22, 85. — Hi consules in vincula coniecti a C. Curiatio trib. pl., de leg. 3, 9, 20. — In Hispania ulteriore feliciter pugnat et de Gallaecis triumphat, pro Balbo 17, 40. — Eius mater Clodia, ad Att. 12, 22, 2. — Augur fuit, de am. 2, 7. — D. Brutus Accii carminibus templorum ac monumentorum aditus exornavit suorum, pro Arch. 11, 27. — D. Iunius Brutus, M. F., et dicere non inculte solebat et erat quum litteris Latinis tum etiam Graecis, ut temporibus illis, eruditus, Brut. 28, 107.

**D. Iunius Brutus**, cum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., pro salute communi arma cepit, pro C. Rabir. perd. 7, 21. — D. Iunius Brutus, is, qui consul cum Mamerco Aemilio Lepido Liviano fuit a. u. c. 677., homo et Graecis doctus litteris et Latinis, Brut. 47, 175. — Eius, cuius ut satisdatoris praedia suberant, periculum in causa pupilli Iunii C. Verre praetore urbano a. u. c. 680., Verr. accusat. 1, 55, 144. Ib. 1, 57, 150. — de leg. 2, 21. 54.

**D. Iunius Brutus Albinus.** V. in **D. Iunius Brutus** cos. a. 677. — Eius uxor Paulla Valeria, Cael. ad fam. 8, 7, 2. — Ciceroni totum Antonii consilium ad bellum spectare videtur, si quidem D. Bruto provincia eripitur a. u. c. 710., ad Att. 15, 4, 1. — L. Antonius in D. Brutum ire parat, Ib. 15, 5, 3. Ib. ep. 10. — C. Cassii et M. Bruti conquestio de eo, Ib. 15, 11,



2. — In eius provinciam Antonius cum exercitu impetum facere conatur, Philipp. 3, 1, 1. — D. Bruti edictum, quo pollicebatur se provinciam Galliam retenturum in senatus populique Romani potestate, Ib. 3, 4, 8. cf. ib. 3, 15, 37. — Bruto nec consilium nec animum defuturum, Plancus ad fam. 10, 15, 4. Ib. 10, 18, 2 et 4. — Vocatur simpliciter ‹L. Planci collega›, ad fam. 10, 22, 1. cl. ib. 10, 24, 4. — Planci et Bruti concordia, Ib. 10, 26, 1. — Praeclarus D. Brutus, Ib. 10, 28, 3. — Brutum cohortes XVII. et duas non frequentes tironum legiones, quas conscripserat Antonius, habere dicitur, Pollio ad fam. 10, 33, 5. — Eius epistolae ad Brutum et Cassium, ad fam. 11, 1. — Ad Ciceronem, Ib. epp. 4. 9. 10. 11. 13. 13. a. 19. 20. 23. 26. — Post colloquium cum Hirtio habitum de pessima Antonii mente cedendum sibi ex Italia, migrandum Rhodum aut aliquo terrarum arbitratur, ad fam. 11, 1, 3. — Eius consilia bellica, Ib. 11, 9, 1. — Omnis spes rei publ. dicitur esse in M. Bruto et C. Cassio et D. Bruto, Ib. 12, 1, 1. — Totius belli discrimen in D. Bruto positum videbatur, Ib. 12, 5, 2. — Mutinae vix se sustinebat, Ib. 12, 6, 2. Ib. 12, 8, 1. — Eius laudes amplissimae, Philipp. 4, 3, 7. — D. Brutus oppugnatus ab Antonio, Philipp. 5, 9, 24. Ib. 5, 13, 36. Ib. 6, 3, 6. — Brutorum commune factum et laudis societas aequa, Ib. 10, 7, 15. — D. Brutus, pignus libertatis Rom., Ib. 12, 9, 22. — D. Brutus et Mutinenses obsidione liberati a. u. c. 711., Plancus ad fam. 10, 11, 2. — D. Brutus obsidione Mutinensi liberatus a Pansa, Hirtio, Caesare Octaviano, Philipp. 14, 2, 4. — Eius eruptio e Mutina, ad Brut. 1, 2. — Reliquias hostium persequitur, Ib. 1, 3. — Erat victrix res publica, caesis Antonii copiis, ipso expulso a Bruto, Ib. 1, 10. — Brutus praeclare cum Planco coniunctus erat, Ib. 1, 14. — D. Bruto liberato, quum laetissimus ille civitati dies illuxisset idemque casu Bruti natalis esset, decrevit Cicero, ut in fastis ad eum diem Bruti nomen ascriberetur, Ib. 1, 15.

**M. Iunius Brutus.** Iuri civili studuit, Brut. 47, 175. — M. Brutus, optimus vir et iuris peritissimus, pater M. Bruti accusatoris, Ib. 34, 130. — Tres libros de iure civili reliquit, pro Cluent. 51, 141. de orat. 2, 55, 223. — In eius libris nominatim fere refertur, quid alicui de iure viro aut mulieri responderit, Ib. 2, 33, 142. — Negat partum ancillae in fructu habendum esse, de fin. 1, 4, 12. ad fam. 7, 22.

**M. Iunius Brutus**, illius filius, qui iuris civilis in primis peritus fuit, accusator nominatus est, de off. 2, 14, 50. — Contra eum L. Crassus dixit Cn. Plancum defendens, de orat. 2, 54, 220. Ib. 2, 55, 222. — M. Brutus, quo modo in Cn. Planci causa elusus sit a L. Crasso, pro Cluent. 51, 140. — M. Brutus M. F. magnum dedecus Brutorum, qui quum tanto nomine esset, . . accusationem factitaverit, ut Athenis Lycurgus. Is magistratus non petivit, sed fuit accusator vehemens et molestus etc., Brut. 34, 130. — M. Aemilium Scaurum scimus accusatum a M. Bruto. Exstant orationes, ex

quibus intelligi potest multa in illum ipsum Scaurum esse dicta, pro Font. 13, 28.

**M. Iunius Brutus**, M. Bruti, Caesaris interfectoris, pater: iuris et publici et privati sane peritus, non tamen orator proprie dicendus, Brut. 62, 222. — Tribunus plebi fuit L. Cornelio Scipione C. Iunio Norbano coss. a. u. c. 671., pro Quinct. 20, 65. — M. Brutus et P. Rullus soli fuisse dicuntur, qui rem publ. Rom. Capuam transferre vellent, de lege agr. 2, 33, 89. cl. ib. 2, 34, 92. Ib. 2, 36, 98. — In eum Sulla crudelis Cn. Pompeio socio fuit, ad Att. 9, 14, 2.

**M. Iunius Brutus** *τυραννοκτόνος*, fuit M. Bruti et Serviliae filius. Natus est a. u. c. 669. Primum uxorem duxit Claudiam, App. Claudii Pulcri filiam, v. ad fam. 3, 4, 2. Ib. 3, 10, 2. ad Att. 5, 17, 6., deinde ea dimissa a. u. c. 709. Porciam, Catonis Uticensis filiam, v. ib. 13, 9, 2. Ib. 13, 10, 3. — Eius vitricus erat D. Iunius Silanus cos. a. u. c. 692., Brut. 68, 240. — Ex adoptione avunculi Q. Servilii Caepionis aliquotiens dicitur Q. Caepio Brutus, ad fam. 7, 21. ad Att. 2, 24, 2. Philipp. 10, 11, 24. — Eius studia et laudes oratoriae, Brut. 97, 331. — Audiverat Pammenem rhetorem, Aristum Academicum, Ib. 97, 332. — Excellens omni genere laudis sic philosophiam Latinis litteris persequitur, nihil ut iisdem de rebus Graecia desideret, Aristum Athenis audivit aliquam diu, Acad. post. 1, 3. 12. — Aristum et Antiochum audivit, Tuscul. 5, 8, 21. — Est is Antiochius, ad Att. 13, 25, 3. — M. Brutus ex vetere Academia philosophorum sectam secutus, Brut. 31, 120. — Ser. Sulpicium audivit Sami, Ib. 42, 156. — Optime tenebat Demosthenis sententias, orat. 39, 136. — M. Brutus lucrativae semper operae ad scribendum aut legendum aut dicendum aliquid rapiebat, fragm. p. 345. — Collega fuit Q. Caecilii Metelli Pii Scipionis in pontificatu, Brut. 58, 212. — M. Brutus a. u. c. 695. coniurationis insimulatus a Vettio indice, ad Att. 2, 24, 2. — Cicero Bruti rem sic agit, ut suam ipse non ageret, Ib. 5, 18, 4. — Eum abiectum excitavit Cicero, Ib. 5, 20, 6. — Eius familiaris M. Scaptius, Ib. 5, 21, 10. — De Bruto aliquatenus queritur Cicero, Ib. 6, 1, 3. — Salaminiorum Cypriorum civitas in eius fide locata, Ib. 6, 1, 5. Ib. 6, 2, 7 sqq. Ib. 6, 3, 5. — Nullas umquam ad Ciceronem litteras misit Brutus, in quibus non inesset adrogans, *ἀκοινώνητον* aliquid, Ib. 6, 3, 7. cl. ib. 6, 6, 1. — M. Bruti laudes, ad fam. 3, 11, 3. — Accessit Ciceroni familiaritas cum Bruto maxima, Ib. 15, 14, 6. — Brutus in causa Pompeiana versatur acriter a. u. c. 706., ad Att. 11, 4, 2. — — M. Brutus loquens inducitur in Bruto, Brut. 3, 10. — Post pugnam Pharsalicam ad Ciceronem epistolam misit ex Asia, qua Attico visus est et monere eum et consolari amicissime, Ib. 3, 11. — Iudicium de eo Caesaris, ad Att. 14, 1, 2. — De contentionibus Bruti cum Porcia coniuge et Servilia socru a. u. c. 709., Ib. 13, 22, 4. — M. Brutum Galliae Cisalpinae praefecit Caesar post suam victoriam, ad fam. 6, 6, 10.



— In Galliam provinciam profecturus erat a. u. c. 709., ad Att. 12, 27, 3. cl. ib. 12, 29, 1. — Galliam praeclare administravit, orat. 10, 34. — Brutum obiurgandum esse, quod in Cumano esse noluerit a. u. c. 709., ad Att. 12, 36, 2. Ib. ep. 37, 1. — De Bruti litteris scriptis ad M. Ciceronem de Tulliae morte, Ib. 12, 13, 1. — De epistola Ciceronis, qua illis Bruti litteris respondit, Ib. 12, 18, 2. Ib. 13, 6, 3. — Eius reditus e provincia exspectatur, Ib. 13, 16, 2. — Bruto iter instat et subitum et longum, Ib. 13, 23, 1. — Exspectatur a Cicerone in Tusculano, Ib. 13, 4, 2. — Eo venit, Ib. 13, 7, 2. — Brutus per litteras purgat Caesarem de morte Marcelli, Ib. 13, 10, 3. — De Bruti cotidianis adsiduisque laudibus de Cicerone habitis, Ib. ep. 13, 38, 1. — Bruti monitum de Ciceronis lapsu memoriae in oratione Ligariana, Ib. 13, 44, 2. — De litteris ad eum datis, Ib. 13, 25, 2. — Scripsit Cicero ad eum Idibus eius opera sibi nihil opus esse, Ib. 15, 33, 5. Ib. 13, 35, 3. — Caesare interfecto a. u. c. 710. statim cruentum alte extollens M. Brutus pugionem, Ciceronem nominatim exclamavit atque ei recuperatam libertatem est gratulatus, Philipp. 2, 12, 28. ad Att. 14, 1, 2. — Matius inimicissimus Bruti, ad Att. 14, 2, 3. — Matius suspectus Bruto, Ib. 14, 5, 1. — Post Caesaris caedem in Lanuvinum abiit, Ib. 14, 7, 1. Ei probatur M. Antonii factum, quum sustulisset Pseudomarium, Ib. 14, 8, 1. — Cicero maximo opere cupit, florere Brutum constituta re publ., Ib. 14, 19, 1. — Putat Cicero rem publ. pendere e Bruto, ad Att. 14, 20, 3. — De Ciceronis et Bruti dissensione de edicto ab illo proposito et de optimo genere dicendi, Ib. — Bruti vulticulum Atticum debuisse deterrere ab Epicuri mentione, Ib. 14, 20, 5. — De Bruti oratione habita in contione Capitolina, quam corrigendam ad Ciceronem miserat, Ib. 15, 1. B., 12. cf. ib. 15, 3, 2. Ib. 15, 4, 3. — Brutus et Cassius consilium Ciceronis magno opere exquirunt, Ib. 15, 5, 1. — A Balbo Ciceroni redditae litterae fore Nonis senatum, ut Brutus in Asia, Cassius in Sicilia frumentum emendum et ad urbem mittendum curarent etc., Ib. 15, 9, 1. Ib. 15, 10. — Bruti colloquium cum Servilia, Tertulla, Porcia, Cassio, Favonio, Cicerone, Ib. 15, 11, 1. — Brutus in Asiam ire constituit, Ib. 15, 12, 1. — Ludorum Bruti curam, etiam administrationem suspicatur Cicero ex magna parte ad Atticum pertinere, Ib. 15, 18, 2. — Postquam cum Attico Lanuvii vidit suos (in his Brutum) tantum spei habere ad vivendum, quantum accepissent ab Antonio, Cicero desperavit, Ib. 15, 20, 2 et 3. — Ad Brutum Q. Cicero filius ait se profugere velle, Ib. 15, 21, 1. — De Bruti epistola, Ib. 15, 29, 1. — Nihil turpius quam Bruto (Nonis) **Iuliis** ludos facere, Ib. 16, 1, 1. cl. ib. ep. 4, 1. — Delectari Cicero Brutus Tereo videbatur et habere maiorem Accio quam Antonio gratiam, Ib. 16, 2, 3. — Ciceroni est molestum, quod parum Brutus properare videtur, Ib. 16, 4, 4. Ib. 16, 5, 1. — Brutus probat Q. Ciceronem filium, Ib. 16, 5, 2. — Eo multum uteba-

tur Cn. Luceius, ad Att. 16, 5, 3. — De Bruti et Cassii edicto, Ib. 16, 7, 1 et 6. — Eius colloquium cum Cicerone, Ib. 16, 7, 5. — Bruti et Cassii edictum a. u. c. 700. plenum aequitatis, Philipp. 1, 3, 8. — Quo dolore Veliam advectus Cicero viderit Brutum, Ib. 16, 4, 9. — *Τυραννοκτάνοι* longe gentium absunt a. u. c. 710., ad fam. 12, 22, 2. — M. Brutus, quum praetor urbis esset a. u. c. 710., urbe caruit, ius non dixit, quum omne ius rei publ. recuperavisset, quumque concursu cotidiano bonorum omnium, qui admirabilis ad eum fieri solebat, praesidioque Italiae cunctae saeptus posset esse, absens iudicio bonorum defensus esse maluit quam praesens manu etc., Philipp. 10, 3, 7. — C. Antonii sceleri restitit, Ib. 10, 4, 9. — M. Bruti et Cassii praetorum ad M. Antonium cos. a. u. c. 710. epistolae duae, ad fam. 11, 2 et 3. cl. ib. 11, 14, 2. Ib. 11, 25, 2. Ib. 11, 26. Ib. 12, 1, 1. — Insignes eius laudes, ad fam. 12, 4, 2. Ib. 12, 5, 1. Ib. 12, 8, 1. Ib. 12, 10, 4. — Cicero maximo opere laudat Brutum propter caedem C. Caesaris Id. Mart. a. u. c. 710. factam, ad fam. 9, 14, 5. M. Brutus post Caesaris interfectionem M. Antonio referente legibus est solutus, si ab urbe plus quam decem dies abfuisset. Ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati provinciae Bruto et Cassio datae, quaestores additi, legatorum numerus auctus, Philipp. 2, 13, 31. — Brutus, si in senatum non est Kal. Iuniis a. u. c. 710. venturus, quid facturus sit in foro Cicero nescit. Ipse de Graecia coditie magis et magis cogitat. Nec enim Bruto exsilium videt quid prodesse possit, ad Att. 14, 18, 4. — Eius, proconsulis, res gestae in Achaia et Macedonia magnifice laudantur, Philipp. 11, 11, 26. — Brutus et Cassius multis iam in rebus ipse sibi senatus fuit, Ib. 11, 11, 27. — Memoratur item ad fam. 3, 7, 1. fragm. p. 251. — Brutus Apolloniae habebat quinque legiones, optimum equitatum, maxima auxilia, ep. ad Brut. 1, 2 — Brutum considerare vult Cicero ne eius liberalitas dissolutior videatur, Ib. 1, 3. — C. Antonio, quem occidere res Brutum non coëgit, neque crudeliter quidquam eripuit neque dissolute quidquam remisit habuitque in sua potestate, quoad bellum fuit, Ib. 1, 4. — Quid Cicero decreverit de Dolabella a Bruto bello persequendo, Ib. 1, 5. — L. Bibulum in petitione consulatus commendat Brutus Ciceroni, Ib. 1, 7. — Item C. Nasennium, Ib. 1, 8. — In Brutum non solum exercitus sui, sed omnium civium ac paene gentium coniecti oculi esse dicuntur, Ib. 1, 9. — Veliae a Bruto incitatus Cicero Romam pervenit, Ib. 1, 10. — Veterem Antistium commendat Brutus Ciceroni, Ib. 1, 11. — Ad gloriam et dignitatem Bruti vehementer pertinere dicitur eum in Italiam venire quam primum, Ib. 1, 12. — Sororis suae liberos, Lepidi filios, Ciceronis misericordiae commendat Brutus, Ib. 1, 13. — Omni studio a Bruto contendit Cicero, ut Ciceronem suum ne dimittat secumque deducat, Ib. 1, 14. — Messalam Corvinum Bruto commendat Cicero, Brutus, 1, 15. — Octavianum Bruto dilaudat, Ib. Respondet Brutus, Ib. 1, 16. — Ad Atticum scribens permulta in Cicerone reprehendit Brutus, Ib. 1, 17. — Denuo, ut quam primum in Italiam veniat, Brutum cohortatur Cicero, Ib. 1, 18. — Delectatur Philippicis Ciceronis Brutus, Ib. 2, 4. — cl. ib. 2, 5. — Recenti illo tempore Brutus omnia ad pacem, quae oratione confici non poterat, Cicero omnia ad libertatem, quae sine pace nulla erat, pacem ipsam bello atque armis effici posse arbitrabatur. — Exercitum, copias, legiones, idoneas per se brevi tempore comparavit Brutus, Ib. 2, 7. — De libris de finibus ad M. Brutum scribendis, ad Att. 13, 12, 3. — Ei inscripti sunt libri de finibus bonorum et malorum, de fin. 1, 1. 1. — Ei inscripti sunt libri de natura deorum, de n. d. 1, 1, 1. — Ei inscribuntur Tusculanae disputationes, Tuscul. 1, 1, 1. — Ei inscribit Oratorem Cicero, orat. 1, 1. — Eius maximae laudes, Ib. 10, 33. — Epistolae ad eum missae, ad fam. 13, 10. 14. — Fragmenta epistolarum ad eum, fragm. p. 250. — De Bruti scriptis et eloquentia, Brut. 6, 22. cl. ib. 94, 324.



**M. Iunius (Gracchanus)**, qui de magistratibus scripsit, de leg. 3, 20, 47.

**C. Iunius Norbanus**, accusatus a P. Sulpicio Rufo a. u. c. 660., defensus a. M. Antonio, cuius quaestor fuerat, de orat. 2, 21, 89. Ib. 2, 25, 107. — Homo seditiosus furiosusque, Ib. 2, 28. 124. Ib. 2, 47, 197. — C. Norbanus, seditiosus et inutilis civis, a P. Sulpicio Rufo in iudicium vocatus, de off. 2, 14, 49. — Quaestio, minueritne maiestatem Norbanus, rhetorice tractatur, partit. or. 30, 104 et 105.

**C. Iunius Norbanus**, praetor Siciliae circa a. u. c. 663. 664., Verr. Accus. 5, 4, 8. Ib. 3, 49, 117.

**M. Iunius Pennus** consul cum Q. Aelio Paeto a. u. c. 587., Brut. 28, 109.

**M. Iunius Pennus** facile agitavit in tribunatu a. u. c. 628. C. Gracchum, paullum aetate antecedens, Brut. 28, 109. — Auctor legis de peregrinis, de off. 3, 11, 47.

**L. Iunius Pullus**, P. Claudius Pulcher coss. a. u. c. 505. classes maximas perdiderunt, quum vitio navigassent, de divin. 1, 16, 29. Ib. 2, 8, 20. Ib. 2, 33, 71. — Pullus bello Punico primo tempestate classem amisit, quum auspiciis non paruisset. Postea necem sibi ipse conscivit, de n. d. 2, 3, 7.

**D. Iunius Silanus** adoptat T. Manlii Torquati filium et pecuniarum captarum convictum in conspectum venire vetat, de fin. 1, 7, 24.

**D. Iunius Silanus** cos. cum Licinio Murena, Brut. 68, 240. Eius aedilitas magnificentissima circa a. u. c. 684., de off. 2, 16, 57. — Inops ab amicis et existimatione in prima petitione consulatus a. u. c. 689., ad Att. 1, 1, 2. — De animadversione in Catilinarios dixit ante Catonem, ad Att. 12, 21, 7. — Censuit Catilinarios morte esse mulctandos, in Catil. 4, 4, 7. — De eius facultate dicendi, Brut. 68, 240. —

D. Silanus consul cupidior provinciae, in Pison. 24, 56. cfr. pro Murena 38, 81.

**M. Iunius Silanus** et eius collega Q. Caecilius Metellus Numidicus (coss. a. u. c. 645.) dicebant de re publica, quod esset illis viris et consulari dignitati satis, Brut. 35, 135. — Memoratur etiam in Cornel. prim. 11. p. 210. — Cn. Domitius M. Silano diem dixit propter unius hominis, Aegritomari, paterni amici atque hospitis, iniurias, divin. in Q. Caecil. 20, 67. cl. Verr. Accusat. 2, 47, 118.

**M. Iunius Silanus**. Praeerat cohorti praetoriae in exercitu M. Antonii a. u. c. 711. in proelio Mutinensi, ad fam. 10, 30, 1. — Silanus et Culleo ab Antonio discesserunt. Eorum salutis rationem tum habuit Lepidus, Ib. 10, 34, 2.

**Iuno**. Aër Iunonis nomine consecratur. — Eam a iuvando nominatam, d. n. d. 2, 26, 66. — Iuno Vulcani tertii mater, Ib. 3, 22, 55. — Iunonis fanum antiquum Melitae, Verr. Accusat. 4, 46, 103. — Iuno Lacinia, ad promontorium Lacinium culta, de divin. 1, 24, 48. — Eius templum apud Crotoniatas, de inv. 2, 1, 1. — Lucina eadem quae Luna. Ut apud Graecos Dianam eamque Luciferam, sic apud Romanos Iunonem Lucinam in pariendo invocabant, de n. d. 2, 27, 68. — Iuno Moneta, de divin. 1, 45, 101. Ib. 2, 32, 69. — Iunonis Reginae sanctissima et antiquissima fana Melitae et Sami, Verr. Accusat. 5, 72, 184. — Iuno Regina, pro Scauro 2, 47. — Verris expugnatio fani antiquissimi et nobilissimi Iunonis Samiae, Verr. Accusat. 1, 19, 50. — Iunoni Samiae Atheniensis Clisthenes, quum rebus timeret suis, filiarum dotes credidit, de leg. 2, 16, 41. — Iuno Sospita Lanuvii maxime colebatur, pro Murena 41, 90. — Iunonis Sospitae templum de senatus consulto refecit a. u. c. 664. L. Iulius Caesar cons., de divin. 1, 2, 4. cl. ib. 1, 49, 99. — Iuno Sospita cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis. At non est talis Argia nec Romana Iuno. Ergo alia species Iunonis Argivis, alia Lanuvinis, d. n. d. 1, 29, 82.

**Iuppiter**, id est, iuvans pater, de n. d. 2, 25, 64. — Ioves tres numerant ii, qui *θεόλογοι* nominantur, ex quibus primum et secundum natos in Arcadia, alterum patre Aethere, ex quo etiam Proserpinam natam ferunt et Liberum, alterum patre Caelo, qui genuisse Minervam dicitur, tertium Cretensem Saturni filium, cuius in illa insula sepulcrum ostenditur, de n. d. 3, 21, 53. — Iuppiter et Iuno ex Saturno et Ope geniti, Tim. 11. — Ex Iove antiquissimo et Proserpina nati Dioscuri primi tres, de n. d. 3, 21, 53. — Iuppiter et Proserpina parentes Dionysi primi, d. n. d. 3, 23, 58. — Iuppiter primus pater Solis primi, de n. d. 3, 21, 54. — Hercules antiquissimus Iove natus, sed item antiquissimo: nam Ioves quoque plures in priscis Graecorum litteris inveniuntur, de n. d. 3, 16, 42. — E Iove altero et Neda natae Musae primae quattuor, de n. d. 3, 21, 54. — Iuppiter et Diona parentes Veneris tertiae, de n. d. 3, 23, 59. — Iuppiter et Luna parentes Dionysi quarti, de n. d. 3, 23, 58. — Iuppiter tertius et Maïa, parentes Mercurii tertii, Ib. 3, 22, 56. — Iovis tertii et Latonae filius Apollo tertius, filia Diana secunda, Ib. 3, 23, 57 et 58. — Tertius Volcanus ex tertio Iove et Iunone, Ib. 3, 22, 55. — E Iove tertio et Leda nati secundi duo Dioscuri, Castor et Pollux, Ib. 3, 21, 53. — E Iove tertio et Mnemosyne procreatae Musae secundae novem, Ib. 3, 21, 54. — Vetus haec opinio Graeciam opplevit, vinctum Saturnum ipsum a filio Iove, Ib. 2, 24, 63. — Iovis de Creta insula certamen cum Apolline secundo, Ib. 3, 23, 57. — Iuppiter sive Minos, de Iovis quidem sententia, ut poëtae ferunt, Cretum leges sanxit, Tusc. 2, 14, 34. — Athletae se exercent Iovi Olympio, Ib. 2, 17, 40. — Iuppiter nutu, ut ait Homerus, totum Olympum convertebat, de r. p. 1, 36, 56. — Iovis satelles, i. e. aquila, de divin. 1, 47, 106. — Aves internunciae Iovis, de divin. 2, 34, 72. et 35, 73. — Iovis opt. max. consiliarii atque administri augures, de leg. 3, 19, 43. — Augures omnes usque a Romulo decreverunt Iove fulgente cum populo agi nefas esse, in Vatinium 8, 20. — Iove tonante, fulgurante comitia populi habere nefas dicitur in auguralibus commentariis, de divin. 2, 18, 42. — Iovis fulmen, Ib. 2, 18, 43. — Iuppiter ipse hoc ius sanxit, ut omnia, quae rei publ. salubria essent, legitima et iusta haberentur, Philipp. 11, 12, 28. — A Iove vulgus somnia putat homines mitti, de n. d. 3, 40, 95. — ‘Principio aetherio flammatus Iuppiter igni vertitur etc.’, de divin. 1, 11, 17. — Sancta Iovis species, Ib. 1, 12, 20. cl. ib. 2, 20, 46. Ib. 2, 21, 47. — Iuppiter altisonus, de leg. 1, 1, 2 cl. fragm. p. 338. — Iovis signum eo ipso tempore, quo fiebat indicium coniurationis in senatu, biennio postquam erat locatum, in Capitolio collocatum, de divin. 2, 20, 16. — Iovis stella, *φαέθων*, de n. d. 2, 20, 52. Ib. 2, 46, 119. — Stella Iovis aut Veneris coniuncta cum Luna ad ortus puerorum salutaris, Saturni Martisve contraria, de divin. 1, 39, 85. — Iovis stella hominum generi prospera et salutaris, de r. p. 6, 17, 17. fragm. p. 341. — Aedem in Capitolio Iovi opt. max. bello Sabino vovit L. Tarquinius Priscus de r. p. 2, 20, 36. — Aedificavit Tarquinius Superbus, Ib. 2, 24, 44. — Iovis Capitolini templum, ad Her. 4, 55, 68. Verr. accusat. 4, 28, 64. — Iuppiter Capitolinus, Ib. 5, 72, 184. — Iovem Capitolinum propter beneficia populus Romanus optimum, propter vim maximum nominavit, de domo sua 57, 144. — Iovis Dodonaei oraculum a Spartiatis petitum, de divin. 1, 34, 76. Ib. 2, 32, 69. — Iovis Hammonis oraculum a Lacedaemoniis consultum, de divin. 1, 43, 95. cl. ib. 1, 1, 3. — Alia Romanis Capitolini, alia Afris Hammonis Iovis species, de n. d. 1, 29, 82. — Iuppiter semper barbatus, Ib. 2, 30, 83. Ib. 2, 36, 100. — Iuppiter hospitalis, ad Q. fr. 2, 10 (12), 3. — Iovis imperatoris, quem Graeci Urion nominant, simulacrum Syracusis ablatum a Verre, Verr. accusat. 4, 57, 128. cl. ib. 4, 58,

129. — Tria ferebantur in orbe terrarum signa Iovis imperatoris, uno in genere pulcherrime facta: unum in Macedonia, alterum in Ponti ore et angustiis, tertium, quod Syracusis ante Verrem praetorem fuit, Verr. accusat. 4, 58, 129. — **Iovem Lapidem** iurare, ad fam. 7, 12, 2. — Iovis Latiaris lucus nemora finesque P. Clodius saepe omni nefario stupro et scelere maculavit, pro Milone 31, 85. — Iuppiter Minianus, ad fam. 9, 16, 8. — Iovis Olympii simulacrum a Phidia confectum, orat. 2, 5. Ib. 2, 9. — Iovi Olympio aureum amiculum detractum a Dionysio maiore, de n. d. 3, 34, 83. — Iuppiter optimus, maximus, salutaris, hospitalis, statoris quem ad modum dicatur, de fin. 3, 20, 66. — Iuppiter optimus maximus, Cornel. prim. fragm. 28. p. 213. — Iuppiter piter, fragm. p. 515. — Iuppiter puer, lactens cum Iunone Fortunae in gremio sedens, mammam appetens, Praeneste castissime colitur a matribus, de divin. 2, 41, 85. — Iovis cognomina stator et invictus, de leg. 2, 11, 28. — Iuppiter stator, antiquissimus custos urbis Romae, in Catil. 1, 5, 11. — Iisdem, quibus haec Urbs, auspiciis a Romulo constitutus, Ib. 1, 13, 33. — Iovis statoris templum a Romulo victis Sabinis in Palatii radice cum Victoria est constitutum, Pseudocic. antequam iret in ex. 10, 24. — Iovis statoris signum apud Arretium, de divin. 1, 35, 77. — Iovis Urii fanum antiquissimum barbarorum sanctissimumque direptum a L. Pisone, in Pison. 35, 85.

**Iuturna.** Statuae inauratae, quas Staienus posuit ad Iuturnae, pro Cluentio 36, 101.

**Iuventas**, deis pocula ministrat, Tuscul. 1, 26, 65. — Iuventas pocula ministrans, de n. d. 1, 40, 112. — Ludi Iuventatis, quos Salinator Senensi proelio a. u. c. 547. voverat, facti demum a. u. c. 557., Brut. 18, 73. — Anniversaria sacra Iuventatis a. u. c. 694. non commissa, ad Att. 1, 18, 3.

**Iuventia** gens, pro Plancio 8, 19.

**Iuventius** primus de plebe aedilis curulis dicebatur factus, pro Plancio 24, 58.

**T. Iuventius**, orator et iuris consultus, Brut. 48, 178.

**M. Iuventius Laterensis** existimabatur laute fecisse, quod tribunatum pl. petere destitit a. u. c. 695, ne iuraret in legem agrariam Campanam, ad Att. 2, 18, 2. cl. pro Plancio 22, 52. — Coniurationis in Cn. Pompeium insimulatus a Vettio indice, ad Att. 2, 24, 3. — M. Laterensis, nominatus a L. Vettio indice, instinctu P. Vatinii, trib. pl. a. u. c. 695., in Vatinium 11, 26. — Contra eum paene invitus defendit Cn. Plancium lege Licinia de sodaliciis a. u. c. 700. accusatum, pro Plancio 1, 2. Ib. 2, 5 etc. — Laterensis praetor a. u. c. 703. leges ignorans, Caelius ad fam. 8, 8, 3. — Augur a. u. c. 709., ad Att. 12, 17. — A. u. c. 711, cum Lepido coniunctus erat et Planco, Plancus ad fam. 10, 11, 3. Ib. 10, 15, 2. Ib. 10, 18, 2 Ib. 10, 21, 3. — Plancus ad fam. 10, 23, 4.

**M. Iuventius Pedo**, ex vetere iu-



dicum disciplina, pro Cluentio 38, 107.

**(Iuventius) Thalna**, de incerto a. u. c. 693., iudex corruptus in iudicio Clodiano, ad Att. 1, 16, 6.

**(Iuventius) Thalna,** familiaris Ciceronis, ad Att. 13, 29, 1. — Ib. 16, 6, 1.

**Kana** sive **Cana**, filia Q. Gellii Kani, quam Q. Ciceroni filio collocare cogitabant, si ei placeret, ad Att. 13, 41, 1.

**(Q. Gellius) Kanus**, ad Att. 13, 31, 4. ad Att. 15, 21, 2.

**Kartago**, olim pronunciatum, Or. 48, 160.

**Karthaginienses.** V. **Sardi**. — de inv. 1, 19, 27. Ib. 1, 39, 71. — Perfidiosi, ad Her. 4, 14, 20. — Fraudulenti et mendaces non genere, sed natura loci, de lege agr. 2, 38, 95. — Himeram deleverunt, Verr. accusat. 2, 35, 86. — Deleverunt Segestam, Ib. 4, 33, 72. — Karthaginienses, homines in maritimis rebus exercitatissimos paratissimosque omnibus navalibus pugnis Romanis vicerunt, de imp. Cn. Pomp. 18, 55. — Karthaginiensium classes numquam in portum Syracusanorum penetrare potuerunt, Verr. accusat. 5, 37, 97. — Karthaginienses multi Romae servierunt, Tuscul. 3, 22, 53.

**Karthago**, filia Herculis quarti, Iovis et Asteriae filii, qui Tyri maxime colitur, de n. d. 3, 16, 42.

**Karthago** Romā quinque et sexaginta annis antiquior, quod erat XXXIX. ante primam Olympiadem condita, de r. p. 2, 23, 42. — Karthago non tantum habuisset opum sescentos fere annos sine consiliis et disciplina, de r. p. 1. fragm. n. 2. — Praepotens terra marique Karthago nixa duabus Hispaniis huic imperio imminebat, pro Balbo 15, 34. — Memoratur ad Her. 3, 2, 2. de inv. 1, 8, 11. — Deliberabant rhetores, utrum Karthago dirueretur an Karthaginiensibus redderetur an eo colonia deduceretur, de inv. 1, 12, 17. — Karthago deleta est quum hominum copiis tum ipsa natura ac loco, succincta portubus, armata muris excurrere ex Africa, imminere Italiae, minitari fructuosissimis insulis populi Romani videbatur, de lege agr. 2, 32, 87. — Nulla res magis labefactatam diu et Karthaginem et Corinthum pervertit aliquando, quam error ac dissipatio civium, quod mercandi cupiditate et navigandi et agrorum et armorum cultum reliquerant, de r. p. 2, 4, 7. — Karthago Hasdrubalis culpa eversa, de n. d. 3, 38, 91. — Karthago deleta a Scipione, ad Her. 4, 13, 19. Ib. 4, 33, 43. — Dolis malitiosa, Ib. 4, 53, 66. — Karthago atque Numantia, duae urbes potentissimae, quae huic imperio maxime minitabantur, a Scipione deletae, de imp. Cn. Pomp. 20, 60 etc. de off. 1, 11, 35. — Karthaginem P. Africanus nudatam tectis ac moenibus ad aeternam hominum memoriam consecravit, de lege agr. 1, 2, 5. ib. 2, 19, 51. — Eversa Karthagine Clitomachus librum misit consolandi causa ad captivos cives suos, Tuscul. 5, 22, 54.

**Karthago** nova, hodie *Carthagena*. Agri in Hispania apud Karthaginem novam duorum Scipionum

eximia virtute possessi, de lege agr. 1, 2, 5. Ib. 2, 19, 51.

**Labeo**, cognomen **Antistiorum**, **Atiniorum**, **Fabiorum**, ubi v. singulos hoc cognomine.

**Labeo**, ad Att. 13, 12, 4.

**Labeo**, unus de cohorte amicorum Q. Ciceronis in provincia Asia, ad Q. fr. 1, 1, 4. §. 14.

**Labeo**, Caesaris percussor. Ep. ad Brut. 1, 18. Ib. 2, 7.

**L. Labeo**. Ei nescio quis iniuriarum satis fecit, ad Her. 4, 27, 37.

**Labeo Segulius**, 'homo sui simillimus', id est, perversus: sermonem Octaviani Caesaris D. Bruto narrat, ad fam. 11, 20, 1. — Homo nequissimus omnium, qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt, Ib. 11, 21, 1. cf. ad Q. fr. 3, 1, 6. §. 22.

**D. Laberius**, mimographus, ad fam. 7, 11, 2. — A. u. c. 709. ludis Caesaris, audivit Cicero Laberii et Publii (Syri) poëmata, ad fam. 12, 18, 2.

**M. Laberius** praedia emerat a Caesare de bonis Plotianis, ad fam. 13, 8, 2.

**Labici**, oppidum Latii, quod et Labicum dicitur, a quo via Labicana XV. mil. passuum ab urbe, de lege agr. 2, 35, 96. Unde Labicanum praedium circa oppidum illud, parad. 6, 3, 50. — Labicum, Gabii, Bovillae: his e municipiis vix iam, qui carnem Latinis petant, reperiuntur, pro Plancio 9, 23.

**T. Labienus**. V. **T. Atius Labienus**.

**Labor**, deus, de n. d. 3, 17, 44.

**Labro** sive portus Herculis Labronis, Liburnum, hodie *Livorno*, in Etruria, ad Q. fr. 2, 5 (6), 2.

**Lacaenae** cuiusdam dictum, Tuscul. 1, 42, 102.

**Lacaenae** virgines delectantur laboriosis exercitationibus, Tuscul. 2, 15, 36.

**Lacedaemon**. Ibi sepulti Tyndaridae, de n. d. 3, 5, 11. — Lacedaemon illa severa nervos iussit, quo plures quam septem haberet, in Timothei fidibus demi, de leg. 2, 15, 39. — Quo modo adsequi potuerit Lacedaemon, ut bonis uteretur iustisque regibus, quum esset habendus rex, quicumque genere regio natus esset, de r. p. 1, 33, 50. — Lacedaemon, honestissimum domicilium senectutis, ut dixit Lysander, de sen. 18, 63 et 64. — Pueri Spartiatae non ingemescunt verberum dolore laniati. Adolescentes Lacedaemone certantes pugnis, calcibus, unguibus, morsu denique exanimabantur potius quam se victos fatebantur, Tuscul. 5, 27, 77. — Terrae motu tota urbs corruit, de divin. 1, 50, 112. — De Inv. 2, 31, 96.

**Lacedaemonia** mulier, id est, Helena, de divin. 1, 50, 114.

**Lacedaemonii** regibus suis augurem adsessorem dederunt, itemque senibus augurem interesse voluerunt, iidemque de rebus maioribus semper aut Delphis oraculum aut ab Hammone aut a Dodona petebant, de divin. 1, 43, 95. — Qui praeerant Lacedaemoniis in Pasiphaae fano, somniandi causa incubabant, Ib. 1, 43, 96. — Eius civitatis spectata ac nobilitata virtus non solum natura corroborata, verum etiam disciplina putatur etc., pro



Flacco 26, 63. — Lacedaemoniorum disciplina a Lycurgo astricta legibus, Brut. 10, 40. — Lacedaemoniorum disciplina non ab Apolline potius Spartae quam a Lycurgo data, de n. d. 3, 38, 91. — Lacedaemonii fortes, dum Lycurgi leges vigebant, Tuscul. 1, 42, 101. — Lacedaemonii suos omnes agros esse dictitarunt, quos spiculo possent attingere, de r. p. 3, 9, 15. — Lacedaemoniorum victus in philitiis, Tuscul. 5, 34, 98. — Lacedaemonii rem publ. suam retinuerunt, pro Murena 35, 74. — Lacedaemonii, omnia concesserunt in amore iuvenum praeter stuprum, de r. p. 4, 4, 4. — Spartae rapere pueri et clepere discunt, Ib. 4, 5, 5. — Apud eos lex erat, ut hostias nisi ad sacrificium quoddam redemptor praebuisset capitale esset, de inv. 2, 31, 96. — Apud Platonem est omnem morem Lacedaemoniorum inflammatum esse cupiditate vincendi, de off. 1, 19, 64. — Lacedaemonium usque ad suum tempus oratorem audivit Cicero fuisse neminem, Brut. 13, 50. — Lacedaemonii ab Anaximandro moniti sunt ut urbem linquerent, quod terrae motus instaret, tum, quum urbs tota corruit, de divin. 1, 50, 112. — Simonidis epigramma in Lacedaemonios, qui Thermopylis occiderunt, Tuscul. 1, 42, 101. — Eorum imperium a Pausania Lysandroque dilatatum, de off. 1, 22, 76. — Lacedaemonii propter iniurias sibi illatas Lysandrum ephorum expulerunt, Agin regem, quod numquam apud eos acciderat, necaverunt, exque eo tempore tantae discordiae secutae sunt, ut et tyranni exsisterent et optimates exterminarentur et praeclarissime constituta res publ. dilaberetur, de off. 2, 23, 80. — Lacedaemoniis paullo ante Leuctricam calamitatem significatio facta est, quum in Herculis fano arma sonuerunt, de divin. 1, 34, 74 cl. Ib. 2, 25, 54. Ib. 2, 31, 67. — Lacedaemonios iniuste imperantes repente omnes fere socii deseruerunt spectatoresque se otiosos praebuerunt Leuctricae calamitatis, de off. 2, 7, 26. — Lacedaemoniorum plagae ad Arginusas et ad Leuctra, de off. 1, 24, 84. — Lacedaemonii superati a Thebanis, de inv. 2, 23, 69. — Lacedaemonii Philippo minitanti per litteras quod responderint, Tuscul. 5, 14, 42. — Lacedaemonii commendantur Ser. Sulpicio, ad fam. 13, 28 a., 4. — Memorantur etiam de inv. 1, 24, 35. Ib. 2, 33, 55. V. **Lacones**.

**Lacedaemonius** quidam, cuius ne nomen quidem proditum est, mortem elato animo contempsit etc., Tuscul. 1, 42, 100.

**Laches**. Eo praetore a. ante Chr. 424., apud Delium male pugnatum, de divin. 1, 54, 123.

**Laciadae** Athenis, curiales Cimonis, de off. 2, 18, 64.

**Laco** Anagninus, poculorum princeps, Philipp. 2, 41, 106. — Anagnini, sunt Mustela ταξιάρχης et Laco, qui plurimum bibit, ad Att. 16, 11, 3.

**Lacones**. *Σκυτάλη Λακωνική* de brevi et praefracta epistola M. Antonii, ad Att. 10, 10, 3. — Laconis cuiusdam dictum, Tuscul. 5, 14, 40. — Laconis cuiusdam dictum ad Diagoram Rhodium, Tuscul. 1, 46, 111. — Epami-

nondae, 'consiliis — laus est attonsa Laconum', Tuscul. 5, 17, 49.

**Laconicum**, sudatorium in balneis, ad Att. 4, 10, 2.

**Λακωνισμός**, Laconica brevitas, ad fam. 11, 15, 2.

**Lacteus** orbis, Arat. v. 493.

**Lacydes**, Academicus Arcesilae discipulus. — Arcesilae ratio proxime a Lacyde solo retenta est, Acad. pr. 2, 6, 16. — Eius discipulus Euander, Ib. Peregrinatur, Tuscul. 5, 37, 107.

**Ladas**, clarus cursor Olympicus, ad Her. 4, 3, 4.

**M. Laeca**. V. **M. Porcius Laeca.**

**Laelia**, C. Laelii Sapientis filia. Eius sermo, Brut. 58, 211. de orat. 3, 12, 44.

**Laelii**, Catones, Phili. Eorum sapientia temperantiaque in publicis privatisque, forensibus domesticisque rebus perspectae, de lege agr. 2, 24, 64. — Laelii divitiis a multis mercatoribus superati, Cornel. sec. fragm. 8. p. 215.

**Laelii** valentes apud Caesarem a. u. c. 703., Caelius ad fam. 8, 4, 2.

**Laelius**, Q. Scaevolae auguris amicus, de orat. 1, 62, 265.

**C. Laelius**, Sapientis pater, cos. a. u. c. 564. cum L. Scipione (Asiatico). Ei potius quam L. Scipioni senatus deferre bellum Antiochinum volebat, Philipp. 11, 7, 17.

**C. Laelius** navus, ingeniosus, doctus, in civitate primus, ad Her. 4, 13, 19. de inv. 1, 4, 5. — Ante Laelii aetatem et Scipionis non repperit Cicero, quos sapientes appellare posset nominatim, Tuscul. 4, 3, 5. — C. Laelius et M. Cato sapientes fuerunt, de off. 3, 4, 16. — Laelius omnium sapientissimus, Brut. 58, 213. — C. Laelius, is, qui Sapiens usurpatur, praetor Viriathum fregit et comminuit ferocitatemque eius ita repressit, ut facile bellum reliquis traderet, de off. 2, 11, 40. — C. Laelius a genero Q. Mucio Scaevola in omni sermone appellatus Sapiens, de am. 1, 1. — C. Laelius rei publ. rector et consilii publici auctor, de orat. 1, 48, 211 et 215. — Constans opinio de eius virtute, topic. 20, 78, cl. pro Archia 7, 16. — Eius comitas, pro Murena 31, 66. — Socratis et C. Laelii aequabilitas in omni vita et idem semper vultus eademque frons, de off. 1, 26, 90. — Laelius et Scipio. Ingenii, litterarum, eloquentiae, sapientiae etsi utrique primas, priores tamen libenter deferunt Laelio, Brut. 21, 84. cl. ib. 22, 85 sqq. — Maxime memorabilis fuit eius et P. Africani amicitia, de am. 1, 4. — Erat in C. Laelio multa hilaritas, de off. 1, 30, 108. — Laelius semper fere cum Scipione solebat rusticari etc., de orat. 2, 6, 22. — C. Laelius militiae propter eximiam belli gloriam Africanum ut deum colebat, domi vicissim Laelium, quod aetate antecedebat, observabat in parentis loco Scipio, de r. p. 1, 12, 18. — Eius unus consulatus a. u. c. 614, et is quidem cum repulsa a. u. c. 613., Tuscul. 5, 19, 54. — C. Laelius consul cum Q. Caepione, Brut. 43, 161. — C. Laelius, P. Scipio optime loquebantur: aetatis illius ista fuit laus, tamquam innocentiae, sic Latine loquendi, Brut. 74, 258. — Terentii fabulae propter elegantiam sermonis putabantur a C. Laelio scribi, ad Att. 7, 3, 10. — C. Laelius lenitatem habuit, de orat. 3, 7, 28. — C. Laelius, socer Q. Mucii Scaevolae auguris, Ib. 1, 9, 35. — Dicendi gloria praestitit, Ib. 1, 13, 58. — Omnia sermone conficiebat paullo intentiore, Ib. 1, 60, 255. — Laelii mens videtur spirare etiam in scriptis, Brut. 24, 94. — C. Laelius et P. Africanus in primis eloquentes habiti, Ib. 21, 82. cl. ib. 86, 295. — C. Laelium doctum fuisse traditum est, Tuscul. 1, 3, 5. — Dicendi laus est in Laelio illustrior quam in Scipione, Brut. 21, 83. — Laelius a. u. c. 609. dixit contra C. Licinii Crassi legem de sacerdotiis, de am. 25, 96. cl. de r. p. 6, 2, 2. de n. d. 3, 2, 5. Ib. 3, 17, 43. — C. Laelius Q. Tuberoni Africanum avunculum laudanti scripsit laudationem funebrem, de orat. 2, 84, 341. — C. Laelius optimus augur, Philipp. 2, 33, 83. — C. Laelius Diogenem Stoicum adolescens, post autem Panaetium audierat, de fin. 2, 8, 24. — Secum eruditissimos homines ex Graecia palam semper habuit, de orat. 2, 37, 154. — Ad eum scripsit bellum Punicum L. Caelius Antipater, orat. 69, 230. — Eius generi C. Fannius et Q. Scaevola, Brut. 26, 101. — Laelii gener C. Fannius M. F., Brut. 26, 101. de r. p. 1, 12, 18. ad Att. 12, 5, 3. — Eius dictum, de orat. 2, 71, 286. — C. Laelius loquens inducitur in libris de re publ., de r. p. 1, 12, 18. — Item in Catone maiore, de am. 1, 3. tum in Laelio, Ib. 1, 1 sqq. ad Her. 4, 5, 7.



**D. Laelius**, bonus vir et litteratus, memoratus a Lucilio, de orat. 2, 6, 25. cl. de fin. 1, 3, 7.

**D. Laelius**, accusator L. Flacci, pro Flacco 1, 2. Ib. 6, 14. — Idem memoratur ad Att. 8, 11. D. 1. et ep. 12. A. 3. — Antonius edixit ita, ut Ciceronem exciperet et Laelium nominatim, Ib. 11, 7, 2. cl. ib. 11, 14, 1. Ib. 11, 15, 2.

**Laenas**. V. **Popilius Laenas.**

**M. Laenius Flaccus** Attici amicus, ad Att. 5, 20, 8. Ib. 5, 21, 4. — Ei praefecturam negavit Cicero, Ib. 5, 21, 10. 6, 1, 6. Ib. 6, 3, 5. — M. Laenius commendatur P. Silio, ad fam. 13, 63, 1. — A. u. u. c. 696. Brundisii in hortis Ciceronem a. u. c. 696. excepit et tutatus est, pro Planc. 41, 97. cl. ad fam. 14, 4, 2.

**Laërtes**, pater Ulixi, colens agrum et stercorans apud Homerum, de sen. 15, 54.

**Laestrygonia**, Formiae, ad Att. 2, 13, 2.

**Laetilius**, homo non alienus a litteris, quo Verres tabellario semper utebatur, Verr. accusat. 2, 26, 64.

**Laetoria** lex. V. **Plaetoria lex.**

**M. Laevinus.** V. **M. Valerius Laevinus.**

**Laevus Cispius**, L. Planci legatus, Plancus ad fam. 10, 18, 1. Ib. 10, 21, 3.

**Lais**, meretrix Athenis nobilis, Aristippi amica, ad fam. 9, 26, 2.

**Laius**, Oedipi pater, Tuscul. 4, 33, 71. de fato 13, 30.

**Lamia**, mulier Segestana, Verr. accusat. 4, 26, 59.

**Lamia**. Epistola Caesaris ad eum missa a. u. c. 709., ad Att. 13, 45, 1. — Eius horti, Ib. 12, 21, 2. Ib. ep. 22, 3. cl. ib. 5, 8, 3. V. **Aelius Lamia.**

**Lamiae**, Q. Ciceronis domum in Carinis conduxerunt a. u. c. 698., ad Q. fr. 2, 3, 7. V. in **Aeliis**.

**Lampis** Laco. Eius dictum, Tuscul. 5, 14, 40.

**Lampsacum**, oppidum est in Hellesponto clarum et nobile, homines autem ipsi Lampsaceni quum summe in omnes cives Romanos officiosi tum praeterea maxime sedati et quieti, prope praeter caeteros ad summum Graecorum otium potius quam ad ullam vim aut tumultum accommodati, a C. Verre vexati etc., Verr. accusat. 1, 24, 63 sqq. cl. ib. 1, 32, 81.

**Lanuvini** in civitatem recepti, pro Balbo 13, 31. — Lanuvini colebant Iunonem Sospitam, de n. d. 1, 29, 82. — Lanuvini colles, ad fam. 9, 22, 4.

**Lanuvinus** ager, de div. 1, 36, 79.

**Lanuvinum**, praedium in agro Lanuvino, ad Att. 9, 9, 4.

**Lanuvium**, Latii oppidum, hodie *Civita Lavinia*, de lege agr. 2, 35, 96. pro Mil. 10, 27. Ib. 17, 45 pro Mur. 41, 90. de divin. 1, 44, 99. Ib. 2, 27, 59.

**Laodicea**, urbs Phrygiae maioris ad fluvium Lycum, non procul ab Apamea, Verr. accusat. 1, 30, 76. ad Att. 5, 15, 1. Ib. 5, 21, 9. ad fam. 2, 17, 4. Ib. 15, 4, 2.

**Laodiceni**. Ut Tarsenses, pessimi socii, ita Laodiceni multo amentiores a. u. c. 711. arcessiverunt Dolabellam, C. Cassius ad fam. 12, 13, 4.

**Laodicensis** civitas, ad fam. 5, 20, 2.

**Laomedon**, Ganymedis pater, Tuscul. 1, 26, 65.

**Lapithae**, populus Thessaliae fabulis clarus. — Lapitharum ac Centaurorum convivio comparantur Pisonis compotationes, in Pison. 10, 22.

**Lar** familiaris. — Lari in certo genere sacrificii vervecibus fiebat, de leg. 2, 22, 55. Ib. 2, 8, 19. — Religio Larium minime repudianda, Ib. 2, 11, 27. — Ad Larum aedem fanum Orbonae, de n. d. 3, 25, 63. — Lares familiares et penates dei, de r. p. 5, 5, 7.

**T. Larcius Flavus** dictator est institutus decem fere annos post primos consules a. u. c. 256., novumque id genus imperii visum est et proximum similitudini regiae, de r. p. 2, 32, 56.

**Acca Larentia**. Ei pontifices ad aram in Velabro facere solebant, ep. ad Brut. 1, 15.

**Largus**. Eius rixa cum C. Memmio, de orat. 2, 59, 240.

**Largus**, homo A. Caecinae studiosus, ad fam. 6, 8, 1.

**Larinum**, hodie *Larino*, caput Larinatium Frentanorum prope Teanum Apulorum, ad Att. 7, 12, 2. Ib. 7, 13. b. 7. — Larinas municipium, pro Cluent. 5, 11. — Quattuorviros iuri dicundo habebat, Ib. 8, 25. — Abest a Teano Apulo XVIII. milia passuum, Ib. 8, 27. — Martiales Larini, Ib. 15, 43.

**Lars Tolumnius**. V. **Tolumnius**.

**Lartidius**, furcifer ignotus, ad Att. 7, 1, 9.

**Laterensis**. V. **Iuventius Laterensis**.

**Laterium**, fundus Q. Ciceronis apud Arpinum, ad Att. 4, 7, 3. Ib. 10, 1, 1. ad Q. fr. 2, 6 (7), 9. Ib. 3, 1, 2. §. 4.

**Latiar**, festi dies feriis Latinis, ad Q. fr. 2, 4, 2.

**Latiaris**. Latiaris Iuppiter, pro Mil. 31, 85.



**Latina** lingua non modo non inops, ut vulgo putant, sed locupletior etiam quam Graeca, de fin. 1, 3, 10.

**Latina** via, pro Cluent. 59, 163.

**Latinae coloniae**, pro Caec. 33, 98. de domo sua 30, 78.

**Latinae feriae**, ad Att. 1, 3, 1. — Latinae, de divin. 1, 11, 18. — Dies duo post Latinas habentur religiosi, ad Q. fr. 2, 4, 2. de n. d. 1, 6, 15.

**Latine**, i. e., pure et emendate loqui, de opt. gen. or. 2, 4.

**Latini**. Socii et Latini, pro Sest. 13, 30. Verr. accusat. 5, 24, 60. de am. 3, 12. — Qui cives Romani in colonias Latinas proficiscebantur, fieri non poterant Latini, nisi erant auctores facti nomenque dederant, de domo sua 30, 78. — Lex Furia, lex Voconia, innumerabiles aliae leges de civili iure sunt latae: quas Latini voluerunt, adsciverunt: ipsa denique Iulia, qua lege civitas est sociis et Latinis data, ut, qui fundi populi facti non essent, civitatem non haberent, pro Balbo 8, 21. — Cum Latinis omnibus foedus ictum Sp. Cassio Postumo Cominio consulibus a. u. c. 261., pro Balbo 23, 53. — Cum Latinis de imperio dimicabatur, de off. 1, 12, 38. — Latini ad Veserim a T. Manlio Torquato tertium cos. a. u. c. 414. fusi et fugati, Ib. 3, 30, 112.

**Latini** philosophi Graecos imitari debent, ut poëtae, ut oratores, Acad. pr. 1, 3, 10.

**Latini** a. u. c. 662. 663. magistri dicendi exstiterunt, quos L. Crassus censor edicto Ciceronis sustulerat, de orat. 3, 24, 93.

**Latinienses**, prope Romam, de harusp. resp. 27, 59.

**Latiniensis** ager, de harusp. resp. 10, 20.

**Latinum** bellum. Bello Latino a. u. c. 268. ludi votivi maximi instaurati propter Ti. Atinii somnium, de divin. 1, 26, 55.

**Latinus**, Venuleius, Horatius, legati, ut videtur, C. Calvisii a. u. c. 711., ad fam. 12, 30, 7.

**Latinus ager**. V. **Romanus ager**.

**Latinus** ἀττικισμὸς ex intervallo regustandus, ad Att. 4, 17, 1.

**Latium**. — Latium bello devictum a Tarquinio Superbo, de r. p. 2, 24, 44.

**Latmus**, Cariae mons, Tuscul. 1, 38, 92.

**Latona** mater Apollinis tertii et Dianae secundae, de n. d. 3, 23, 57 et 58. — Latonae Delus sedes antiqua, Verr. accusat. 5, 72, 185. cl. ib. 1, 18, 48. — Latonae soror Asteria, de n. d. 3, 16, 42. Ib. 3, 18, 46.

**Laus Pompeii** oppidum Galliae Cisalpinae, hodie *Lodi*, videtur quibusdam latere in *Blandenone*, si legitur *Laude Nonis*, ad Q. fr. 2, 13 (15), 1.

**Laurentum**, Latii oppidum maritimum prope Ostiam, hodie *Torre di Paterno*, de orat. 2, 6, 22.

**Lautumiae**, carcer in lapicidinis prope Syracusas a Dionysio tyranno factus, Verr. accusat. 5, 27, 68. Ib. 5, 55, 143. V. **Syracusae**.

**Lavernium**, nomen loci aut fani a Laverna dea dicti, ad Att. 7, 8, 4. de fato fragm. p. 240.

**Leaena**, meretrix Attica, fragm. libr. de gloria p. 293.

**Lebadia**, oppidum Boeotiae propter Trophonii antrum et oracu-

lum, de divin. 1, 34, 74. Ib. 2, 26, 56.

**Leda.** E Iove tertio et Leda nati secundi duo Dioscuri, Castor et Pollux, de n. d. 3, 21, 53.

**Lemnus** insula Graeca in mari Aegaeo, ubi Philoctetes relictus, de fato 16. 36. ad Her. 4, 54, 68. — Vulcanus tertius Lemni fabricae traditur praefuisse, de n. d. 3, 22, 55. — Promethei furtum Lemnium, Tuscul. 2, 10, 23. — De mysteriis ibi celebratis versus Accii, de n. d. 1, 42, 119. — Lemnium saxum Philoctetae, de fin. 2, 29, 94.

**Lemonia** tribus, pro Planc. 16, 38. Philipp. 9, 7, 15.

**Lentidius**, plebeius de operis Clodianis, de domo sua 33, 89. pro Sest. 37, 80.

**Lento Caesennius**, collega M. Antonii in septemviratu, Philipp. 11, 6, 13. — Eius septemviralis auctoritas, Philipp. 12, 9, 23. Ib. 13, 2, 2. Ib. 15, 12, 26.

**Lentuli.** V. in **Corneliis Lentulis.**

**Leo**, gladiator, pro Sest. 64, 135.

**Leo** caelestis, sidus, Arat. v. 461. 509. cl. de n. d. 2, 43, 110. Ib. 3, 16, 40.

**Leocorion**, fanum Athenis, de n. d. 3, 19, 50. V. **Leontides.**

**Leon** Imacharensis, Verr. accusat. 5, 7, 15.

**Leon** princeps Phliasiorum. Pythagorae cum eo de philosophia colloquium, Tuscul. 5, 3, 8.

**Leonidas**, rex Lacedaemoniorum, de fin. 2, 19, 62. Ib. 2, 30, 97. Tuscul. 1, 42, 101. Ib. 1, 49, 116.

**Leonidas** Siculus, Verr. accusat. 5, 4, 10.

**Leonides**, M. Ciceronis filii magister Athenis a. u. c. 710., ad Att. 14, 16, 3. Ib. 14, 18, 4. — Leonidae me litterae non satis delectarunt. Ib. 14, 18, 4. Ib. 15, 16, A. ad fam. 16, 21, 5.

**Leontides**, filiae Leontis Atheniensis, quas pater patriae servandae causa iussu oraculi immolavit, de n. d. 3, 19, 50.

**Leontini**, civitas Siciliae, Verr. accusat. 2, 66, 160. Ib. 3, 44, 104. Ib. 3, 46, 109. — Leontinus ager, de divin. 1, 33, 73. Verr. accusat. 3, 46, 109. Philipp. 2, 17, 43. cl. ib. 8, 8, 26. — Leontinus campus, pro Scauro 2, 25. Verr. accusat. 3, 18, 47.

**Leontium** meretricula, Epicuria, scripsit contra Theophrastum, de n. d. 1, 33, 93.

**M. Lepidus.** Bis consul a. u. c. 567. et 579. et pontifex maximus fuit, non solum memoriae testimonio, sed etiam annalium litteris et Ennii voce laudatus est, quod cum M. Fulvio collega, quo die censor est factus a. u. c. 575., in campo statim rediit in gratiam, ut commune officium censurae communi animo ac voluntate defenderent, de prov. cons. 9, 20. cl. de sen. 17, 61. de fin. 5, 22, 64. — M. Antistio Pyrgensi quum equum ademisset, salse in eumdem invectus est, de orat. 2, 71, 287.

**M. Lepidus** cos. cum L. Oreste a. u. c. 628., Brut. 28, 109.

**M. Lepidus** consul a. u. c. 676. In Sicilia pro praetore fuit a. u. c. 674. aut 673., Verr. accusat. 2, 3, 8. Ib. 3, 91, 212. — M. Lepidus cos. cum Q. Catulo a. u. c. 676. Iis coss. Gaditanum foedus renovatum, pro Balbo 15, 34.

**M. Lepidus.** V. in **Aemiliis.**

**Lepison** Trallianus, pro Flacco 22, 52.



**Lepreon** et **Lepreos**, Arcadiae oppidum maritimum, ad Att. 6, 2, 3.

**Q. Lepta** praefectus fabrum Ciceronis, ad fam. 3, 7, 4. Ib. 5, 20, 4. — Ad eum sunt ad fam. 6, 18 et 19. — Sponsor fuit pro Cn. Pompeio, Cn. Pompeii Magni filio, Ib. 6, 19, 3. cl. ib. 7, 5, 2. Lepta debitor Ciceronis, ad Att. 10, 11, 2. Ib. 9, 12, 1. Ib. 9, 14, 3. Ib. 11, 8, 1. — Lepta pro M. Plancio Herede amico ita laborat, ut eius fortunae videantur in discrimen venire, ad fam. 9, 13, 2. cl. ib. 9, 13, 3. — Lepta de sua vini curatione (in ludis Romanis a. u. c. 709.) laborat, ad Att. 13, 46, 1. — Memoratur ib. 5, 17, 2. Ib. 6, 1, 22. Ib. 6, 8, 2. Ib. 8, 3, 7. ad fam. 14, 17. Ib. 16, 4, 4. Ib. 16, 23, 2.

**Lepta** filios. Ei Cicero Oratorem suum legendum et Hesiodum ediscendum commendat, ad fam. 6, 18, 4 et 5.

**Leptines** Atheniensis. Demosthenis oratio contra Leptinem, orat. 31, 111.

**Leptines** quidam Laodiceae in gymnasio occidit Cn. Octavium, legatum populi Romani ad Antiochum, Philipp. 9, 2, 4.

**Leptis**, civitas in provincia Africa, Verr. accusat. 5, 59, 155.

**Lepus** levipes, sidus, Arat. v. 365. de n. d. 2, 44, 114.

**Lerna** taetra mactata excetra ab Hercule pacata, Tuscul. 2, 9, 22.

**Lesbiaci** libri tres Dicaearchi, in quibus animos hominum esse mortales efficere voluit, Tuscul. 1. 31, 77.

**Lesbus**, insula in mari Aegaeo, ad Att. 9, 9, 2.

**Leucadia**, Turpilii fabula ex Alexidis Leucadia conversa, Tuscul. 4, 34, 72.

**Leucas** promontorium et oppidum paeninsulae Leucadiae, ad fam. 16, 1, 2. Ib. 16, 2. Ib. 16, 4, 4. Ib. 16, 5, 1. Ib. 16, 9, 1.

**Leucata**, Leucadiae promontorium, Tuscul. 4, 18, 41.

**Leucippus**, Zenonis Eleatici discipulus, iam ante Democritum atomos statuit, de n. d. 1, 24, 66. V. **Democritus.** — Leucippus plenum et inane dixit esse, a quo omnia gignerentur, Acad. pr. 2, 37, 118.

**Leucopetra**, promontorium agri Rhegini, hodie *Capo dell' Armi*, Philipp. 1, 3, 7.

**Leucopetra Tarentinorum**, ad Att. 16, 6, 1. Ib. 16, 7, 1.

**Leucothea.** Ino, Cadmi filia, *Λευκοθέα* nominata a Graecis, Matuta habetur a Romanis, Tuscul. 1, 12, 28. cl. de n. d. 3, 15, 39. Ib. 3, 19, 48.

**Leuctra**, oppidum Boeotiae, ubi Spartani a Thebanis duce Epaminonda victi sunt, de divin. 2, 25, 54. — Prius Boeotia Leuctra tollentur quam pugnae Leuctricae gloria, Tuscul. 1, 46, 110. cl. de off. 1, 18, 61. — Leuctrica calamitas, de off. 2, 7, 26. de divin. 1, 34, 74. — Leuctrica pugna per ironiam dicitur caedes P. Clodii, ad Att. 6, 1, 26.

**Libanus**, servile nomen comicum, ad Her. 4, 50, 63.

**Liber** sive **Bacchus.** Liber Semela natus diversus ab eo, quem Romani auguste sancteque cum Cerere et Libera consecraverunt, de n. d. 2, 24, 62. cl. ib. 2, 23, 60. — Liber deus, Semela natus, Tuscul. 1, 12, 28. ad Her. 4, 32, 43. — Eius cultus, de leg. 2, 8, 19

de fin. 2, 30, 66. — Liber, Hercules, Aesculapius, Castor, Pollux coluntur aeque atque Apollo, Vulcanus, Mercurius, de n. d. 3, 18, 45. — Liber et Proserpina nati ex Iove primo, Aetheris filio, Ib. 3, 21, 53. — Simul cum Libero patre Syracusis colebatur Aristaeus, olei inventor, Verr. accusat. 4, 57, 128. — Liber pro vino, de orat. 3, 42, 167. V. **Libera**.

**Libera**, Proserpina, Cereris filia. — Liberum Romani cum Cerere et Libera auguste sancteque consecraverunt, Verr. accusat. 4, 48, 106. — Simulacrum Liberae, Ib. 4, 49, 109. — Ab aedile ludi sanctissimi maxima cum caeremonia Cereri, Libero Liberaeque faciundi, Verr. accusat. 5, 14, 36. — Cereris et Liberae sacra, Ib. 5, 72, 187.

**Liberalia**, dies festus a. d. XVI. Kal. April., ubi toga virilis dari solebat, ad fam. 12, 25, 1. ad Att. 9, 9, 4.

**Libertas** dea, de n. d. 2, 23, 61. — — Quaestiones habitae in atrio Libertatis, pro Mil. 22, 59. — Libertatis atrium in foro Romano, ad Att. 4, 16, 14. — Libertas P. Clodii, statua Libertatis a P. Clodio in area domus Ciceronis posita et consecrata, ad Att. 4, 2, 3. de domo sua 41, 108. Ib. 42, 110.

**Libo**. V. **Scribonius**.

**Libya** s. **Libua**, Africa, de n. d. 3, 10, 24. Tuscul. 1, 20, 45. — Eius vastitas, de n. d. 1, 36, 101.

**Licentiae** templum a P. Clodio in sedibus Larium familiarium Ciceronis exaedificatum, de leg. 2, 17, 42. V. **Libertas**.

**Licinia atria**, pro Quinct. 3, 12.

**Licinia lex**, de curationibus, lata a Licinio Stolone, trib. pleb. a. u. c. 377., de lege agr. 2, 8, 21. de domo sua 20, 51.

**Licinia lex**, de sodaliciis a M. Licinio Crasso, Pompei Magni collega in consulatu a. u. c. 684., lata, ad fam. 8, 2, 1.

**Licinia** et **Iunia** lex, ad Att. 2, 9, 1. Ib. 4, 16, 5. Philipp. 5, 3, 8. in Vatin. 14, 33. pro Sest. 64, 135.

**Licinia** et **Mucia** lex de regundis (redigundis) civibus lata a. u. c. 659. Cornel. prim. fragm. 10. p. 210. pro Balbo 21, 48. Ib. 24, 59. Brut. 16, 63. de off. 3, 11, 47.

**Licinia**, virgo Vestalis, de domo sua 53, 136.

**Licinia**, virgo Vestalis defensa a L. Crasso oratore, Brut. 43, 160.

**Licinia**, C. Cassii soror, sed non germana, ad fam. 7, 23, 4.

**Licinia**, L. Crassi oratoris filia, P. Scipioni, Serapionis nepoti, nupsit, Brut. 58, 211.

**Liciniae** ambae, L. Licinii Crassi oratoris filiae ex Mucia, neptes Laeliae C. F., quarum altera nupsit Scipioni Nasicae, Serapionis nepoti. — Earum sermo, Brut. 58, 211.

**Liciniana** domus ad lucum Pisonis a Q. Cicerone conducta a. u. c. 698., ad Q. fr. 2, 3, 7.

**Licinius**, Catuli cliens, litteratus homo, servus a manu C. Gracchi, de orat. 3, 60, 225.

**Licinius** gladiator, cupidus Catilinae, in toga cand. extr. p. 243.

**Licinius**, Q. Ciceronis necessarius, ad Q. fr. 2, 1, 1.

**Licinius** popa nescio qui de circo maximo, pro Mil. 24, 65.

**Licinius**, servus Aesopi tragoedi fugitivus, ad Q. fr. 1, 2, 4. §. 14.

**Licinius** plagiarius, in provincia Q. Ciceronis, ad Q. fr. 1, 2, 2. §. 6.



C. **Licinius** pater Liciniae, virginis Vestalis, de domo sua 53, 136.

P. **Licinius**, Caelii familiaris, pro Cael. 25, 61. ad Att. 5, 3, 2.

A. **Licinius Archias** natus Antiochiae, Syriae urbe, anno circiter u. c. 634. Eum de civitate Romana in suspicionem vocatum et accusatum a Gratio quodam lege Papia M. Cicero defendit sedente Q. Cicerone praetore urb. a. u. c. 693., pro Archia poëta 1, 1 sqq. — Archias portentum Q. Roscio comoedo parvulo etiam tum oblatum expressit versibus, de div. 1, 36, 79. — Archias nihil de Cicerone scripsit, quamquam is videbatur exspectare, ad Att. 1, 16, 15.

A. **Licinius Aristoteles** Melitensis, commendatur Marcio Regi, ad fam. 13, 52.

C. **Licinius Calvus**, filius C. Licinii Macri annalium scriptoris, C. Mario Cn. Carbone III. coss. a. d. V. Kal. Iun. a. u. c. 672. cum M. Caelio Rufo eadem die genitus, orator Romanus itemque poëta. De eius eloquentia, Brut. 82, 283 sqq. cl. ad fam. 15, 21, 5. — M. Tigellius Hermogenes addictus Calvi Licinii Hipponacteo praeconio, ad fam. 7, 24, 1. — Calvus, ad Q. fr. 3, 1, 2. §. 3. — Fragmenta epistolarum ad eum missarum, Fragm. p. 253.

C. **Licinius Crassus**. Eius lex de sacerdotiis promulgata a. u. c. 609. dissuasa a C. Laelio praetore. Is primus instituit in forum versus agere cum populo, de am. 25, 96.

L. **Licinius L. F. L. N. Crassus**, orator Rom. clarissimus, natus a. u. c. 614., mortuus est a. u. c. 663. — Eius magister L. Caelius Antipater, Brut. 26, 102. — L. Crassus orator, persona primaria in libris de oratore, de orat. 1, 7, 24. — Eius uxor Q. Mucii Scaevolae auguris filia, Brut. 88, 211. 59, 215. pro Balbo 21, 49. de orat. 1, 15, 66. — A. u. c. 645. quaestor in Asia fuit atque inde decedens Athenas venit, de orat. 1, 11, 45. — Eius aedilitas ornatissima, Verr. accusat. 4, 59, 133. cl. de off. 2, 16, 57. — L. Crassus, quum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., pro salute communi arma cepit, pro C. Rabir. perd. 7, 21. Ib. 9, 26. — L. Licinius Crassus et Q. Mucius Scaevola pont. max. consules a. u. c. 659., Verr. accusat. 2, 49, 122. Brut. 64, 229. — Eorum lex de regendis in sua civitate sociis, de off. 3, 11, 47. — L. Licinius Crassus triumphum a senatu postulavit, de inv. 2, 37, 111. — Ei illum honorem collega Q. Scaevola praeripuit intercedens ne fieret senatus consultum, in Pison. 26, 62. — Eius dictum, Philipp. 14, 6, 17. — Testimonio eius, quod in M. Marcellum inimico animo dixit, creditum non est, pro Font. 7, 14. — A L. Crasso colebatur Archias poëta, pro Arch. 3, 6. — Tusculanum emit de libertino homine, Soterico Marcio, pro Balbo 25, 56. — Eius voluntatem asperioribus facetiis saepe perstrinxit impune Granius praeco, pro Planc. 14, 33. — L. Crassi oratoris mors, de orat. 3, 1, 1 sqq. — Pseudomarius avum suum ferebat L. Crassum, ad Att. 12, 49, 1. — De eius facultate oratoria, ad Her. 4, 2, 2. — Exemplum ex eo desumptum, Ib. 4, 3, 5. cl. ib. 4. 5

7. — Eius eloquentia, pro Varen. fragm. 8. p. 244. — Eius eloquentia maximo opere laudata, de orat. 2, 45, 188. — Crassus et Antonius magis quam Cotta, Sulpicius, Hortensius ad omne genus dicendi apti, orat. 30, 106. — Crassi perpauca sunt ardentis orationis exempla, Ib. 38, 132. — Erat in L. Crasso multus lepos, de off. 1, 30, 108. — Uberior quam Catuli utriusque oratio L. Crassi nec minus faceta, Ib. 1, 37, 131. — L. Crassus et M. Antonius oratores fuerunt maximi et in his primum cum Graecorum gloria Latine dicendi copia aequata, Brut. 36, 138. — Magnificae L. Crassi laudes, Ib. 38, 143 sqq. —; Eloquentium iuris peritissimus, Ib. 39, 145. Ib. 53, 197. Ib. 57, 207. Ib. 73, 256. Ib. 88, 301. — Mortuus a. u. c. 663., Ib. 88, 303. — Eius doctrina, de orat. 2, 1, 1 sqq. — Quid de iure in certa genera cogendo et ad artem redigendo senserit, Ib. 2, 33, 142. — L. Crassus et M. Antonius nihil se arbitrabantur ad iudicia causasque amicorum praeter fidem et ingenium adferre oportere, divin. in Q. Caecil. 8, 25. — Annos natus XXI. C. Papirium Carbonem in iudicium vocavit et damnavit, de orat. 1, 10, 39. Ib. 3, 20, 74. cl. Brut. 43, 159. de off. 2, 13, 47. ad fam. 9, 21, 3. Verr. accusat. 3, 1, 3. — Defendit Liciniam virginem annos XXVII. natus, Brut. 43, 159. — Eius oratio in legem Caepionis, Ib. 44, 164., censoria contra Cn. Domitium collegam, Ib. — Fragmentum ex eius oratione in Carbonem, de orat. 2, 40, 170. — Egit causam Curianam, topic. 10, 44. pro Caec. 18, 53. Ib. 24, 69. Brut. 73, 256. — Fragmenta orationis, quam contra collegam Cn. Domitium Ahenobarbum censor a. u. c. 662. habuit, de orat. 2, 11, 45. — Defendit C. Sergium Oratam, de off. 3, 16, 67. — Eius suasio legis Serviliae, Brut. 87, 298. — Fragmentum orationis eius, de orat. 1, 52, 225. parad. 5, 3, 41. — In dissuasione rogationis eius, quae contra coloniam Narbonensem ferebatur, de auctoritate senatus detrahit, in suasione legis Serviliae summis ornat senatum laudibus, quo modo in defensione Cn. Planci ultus sit M. Brutum accusatorem, pro Cluent. 51, 140. — Fragmenta ex eius oratione in M. Brutum accusatorem, de orat. 2, 55, 224 sqq. — Dixit de laude ordinis senatorii, de off. 2, 18, 63. — Crassi oratoris fragmentum, orat. 65, 219. Aliud, Ib. 66, 222, cf. §. 226. orat. 5, 19. de domo sua 19, 50. Tuscul. 1, 5, 10. V. **C. Marius.**

**L. Licinius Crassus**, filius Liciniae, L. Crassi oratoris filiae ex P. Scipione Nasica, Serapionis nepote, Crassi avi testamento adoptatus, Brut. 58, 212.

**M. Licinius Crassus** *ἀγέλαστος*, praetor. — De eius facultate dicendi, de orat. 1, 36, 166. — Eum semel ait in vita risisse Lucilius, unde *ἀγέλαστος*, ut ait idem, vocatus est, de fin. 5, 30, 92. cl. Tuscul. 3, 15, 51.

**M. Licinius P. F. Crassus**, aequalis Hortensii, mediocriter a doctrina instructus, angustius etiam a natura, labore et industria et quod adhibebat ad obtinendas causas curam etiam et gratiam, in principibus patronis aliquot annos fuit etc. Eius inimicus C. Fimbria, Brut. 66, 233. Ib. 90, 308. — Eius virtute consilioque factum est, ne ratibus coniunctis freto fugitivi duce Spartaco ad Messanam transire possent, Verr. accusat. 5, 2, 5. cl. in Pison. 24, 58. — M. Crassus ab Aeno in Asiam navigavit, pro Flacco 14, 32. — M. Crassus a. u. c. 693. ornatissime de Ciceronis consulatu locutus est, ad Att. 1, 14, 3 sqq. cl. Philipp. 2, 5, 12. — Per iocum 'Calvus ex Nanneianis ille' vocatur, ib. 1, 16, 5. V. **Calvus.** — Corrupit iudices Clodianos, Ib. — Caesar Ravennae a M. Crasso in Ciceronem accensus, ad fam. 1, 9, 9. — M. Crassus cum Cicerone et Hortensio defendit L. Murenam, pro Mur. 4, 10. Ib. 23, 48. — Asinnos impulit, ut auderent postulare, ut induceretur locatio vectigalium a censoribus facta a. u. c. 693., ad Att. 1, 17, 9. — Spectaculum Crasso iucundum Pompeius animo fractus a. u. c. 695., Ib. 2, 21, 4. — Reus erat apud Crassum Divitem Vettius index de vi a. u. c. 695., Ib. 2, 24, 4. — A P. Clodio a. u. c. 696. infestissimus esse Ciceronis fortunis praedicabatur, pro Sest. 17, 39. Ib. 18, 41. cl. ad fam. 14, 2, 2. — M. Crassus pontifex, de harusp. resp. 6, 12. — M. Crassus consul quo modo comitia aedilicia habuerit, pro Planc. 20, 49. — Quo modo se gesserit in causa Ptolemaei regis Aegypti a. u. c. 698., ad fam. 1, 1, 3. — Crassus aderat Miloni animo non amico, ad Q. fr. 2, 3, 2. — M. Crassus cum Cn. Pompeio et Cicerone pro facultate et pro fide sua diligentissime defendit L. Cornelium Balbum, pro Balbo 7, 17. Ib. 22. 50. — M. Crassi castissima domus, pro Cael. 4, 9. — Fragmenta eius orationis, qua M. Caelium defendit, Ib. 8, 18. Ib. 10, 23. — Eius et Ciceronis mutuae rationes: quo modo a. u. c. 699. Cicero cum eo in gratiam redierit, ad fam. 1, 9, 20. — Crassum minore dignitate aiunt profectum paludatum quam olim aequalem eius L. Paullum iterum consulem, a. u. c. 699., ad Att. 4, 13, 2. — Ei quid acciderit dirarum obnunciatione neglecta, de divin. 1, 16, 29. cl. ib. 2, 40, 81. — Crasso proconsuli Syriae Cicero scribit a. u. c. 700. quanto studio absentis dignitatem in senatu defenderit, ad fam. 5, 8. — Sapiens rectius appellabitur dives quam Crassus, qui, nisi eguisset, numquam Euphratem nulla belli causa transire voluisset, de fin. 3, 22, 75. — M. Crassus interfecto filio exercituque deleto trans Euphratem cum ignominia et dedecore periit, de divin. 2, 9, 22. — Cum eo M. Ciceroni multae et magnae contentiones fuerunt, Philipp. 2, 3, 7. — Erat surdaster M. Crassus, sed aliud molestius, quod male audiebat, Tusc. 5, 40, 116. — M. Crassus a falsariis heres scriptus Basili alieni facinoris munusculum non repudiavit, de off. 3, 18, 73. cl. ib. 3, 19, 75. — M. Crassus non solum callidus erat, verum etiam praepotens, qui tamen solebat uti suo bono, de fin. 2, 18, 57. — M. Crassus negabat ullam satis magnam pecuniam esse ei, qui in re publ. princeps vellet esse, cuius fructibus exercitum alere non posset, de off. 1, 8, 25.

— Ex iis hominibus fuit, qui quidvis perpetiuntur, cuivis deserviunt, dum quod volunt consequantur, de off. 1, 30, 109. — Cn. Pompeii Magni cognomen una cum Crassi Divitis cognomine consenescere dicitur, ad Att. 2, 13, 2. — Eius divitiae in proverbii consuetudinem abierunt, Ib. 2, 4, 2. — In eum declamatiuncula, parad. 6, 1, 42 sqq. — An miser dicendus post mortem, Tuscul. 1, 6, 12 sqq. ad Q. fr. 2, 7 (9), 2. De rege Alex. fragm. II. 1 et 4. p. 201. — Q. Arrius fuit M. Crassi quasi secundarum, Brut. 69, 242. — V. **Licinia lex.**

**M. (Licinius) Crassus** a Mamertinis repetitus, quia ex Mamertino aut civis factus erat Romanus aut se pro tali gerebat, pro Balbo 23, 52.

**P. Licinius Crassus** cognomine **Dives** a. u. c. 542. pontifex max., cos. cum superiore Africano a. u. c. 549. obiit a. u. c. 571. — De eius sapientia, de orat. 3, 33, 134. Brut. 19, 77.

**P. Licinius Crassus** cos. a. u. c. 583. Ab eo iura civibus praescribebantur, eius usque ad extremum spiritum est provecta prudentia, de sen. 9, 27. — Eximium in eo et pontificii et civilis iuris studium, Ib. 14, 50. — Eius auctoritas, Ib. 17, 61.

**P. Licinius Crassus Mucianus Dives**, P. Mucii Scaevolae filius, adoptatus a P. Licinio Crasso Divite, P. Mucii Scaevolae frater, consul a. u. c. 623., valde probatus orator: domi ius civile cognoverat. Consulebatur plurimum et dicebat, Brut. 26, 98. cf. de orat. 1. 37, 170. Ib. 1, 50, 216. Brut. 33, 127. — Fuit in numero disertorum, sed par Ser. Galbae nullo modo, de orat. 1, 56, 239 sq. — Fautor Ti. Gracchi obtrectator et invidus Scipionis Africani minoris, de r. p. 1, 19, 31. — Auctor cum P. Scaevola fratre suo legum Ti. Gracchi, Acad. pr. 2, 5, 13. — Cum Aristonico bellum gerendum fuit P. Licinio L. Valerio coss., populus Rom. consuli potius Crasso quam privato Africano bellum gerendum dedit, Philipp. 11, 8, 18.

**P. Licinius P. F. Crassus.** Quaeritur P. Crassus, Venuleiae filius, vivone P. Crasso consulari patre suo mortuus sit an post, ad Att. 12, 24, 2.

**P. Licinius M. F. P. N. Crassus Dives Lusitanicus**, pater M. Crassi, Ciceronis aequalis, qui periit in expeditione adversus Parthos. — P. Crassus et sapiens et eloquens et primus homo, eius nepos homo fuit perditus, Tuscul. 1, 33, 81. — P. Crassus quum cognomine dives tum copiis functus est aedilicio maximo munere, de off. 2, 16, 57. — P. Licinius Crassus consul cum Q. Mucio Scaevola a. u. c. 657., Brut. 96, 328. — P. Crassus de Lusitanis triumphavit a. u. c. 661., in Pison. 24, 58. pro Planc. 13, 32. — P. Crassum est senatus consecutus, quum decrevisset, C. Claudio Pulcro cos. a. u. c. 662. de Cn. Carbonis seditione referente, invito eo, qui cum populo ageret, seditionem non posse fieri, de leg. 3, 19, 42. — Legatus L. Iulii Caesaris in bello sociali, pro Font. 15, 33. — P. Licinio Crasso et L. Iulio Caesare censoribus a. u. c. 665. nulla populi pars censa est, pro Arch. 5, 11. — P. Crassus Alexam Heracliensem civitate donavit, pro Balbo 22, 50. — De eius morte, de orat. 3, 3, 10. pro Scauro 2, 1. a. pro Sest. 21, 48. — P. Crassus occisus a Cinna a. u. c. 667., Tuscul. 5, 19, 55. — Eius domus empta a Cicerone, Pseudosallust. in Cic. 2, 2. Pseudocic. in Sall. 5, 14. Ib. 7, 20. V. **P. Licinius P. F. P. N. Crassus.**

**P. Licinius P. F. P. N. Crassus**, homo perditus, Tuscul. 1, 33, 81.

**P. Licinius M. F. Crassus**, qui equitatui Caesaris praeerat a. u. c. 696. — A. u. c. 699. Ciceronis studiosissimus, ad Q. fr. 2, 7 (9), 2. — De P. Crasso eiusque fratre M. ad patrem scribit Cicero, ad fam. 5, 8, 4. — De eius facultate dicendi, Brut. 81, 281 sqq. — P. Crassum ex omni nobilitate adolescentem Cicero dilexit plurimum, ad fam. 13, 16, 1. — P. Licinius, in causa Caeliana veneni adlati criminis falso insimulatus, pro Cael: 25, 61.

**P. (Licinius) Crassus**, praetor a. u. c. 697. favebat Ciceroni, post red. in sen. 9, 22.

**L. Licinius Damasippus** praetor Marii iussu a. u. c. 672. occidit C. Carbonem, ad fam. 9, 21, 3.

**Licinius Damasippus**, ad fam. 7, 23, 2. ad Att. 12, 29, 2. Ib. 12, 33, 1.

**C. Licinius Geta**, cos. a. u. c. 638., quum a Metello et Cn. Domitio censoribus ex senatu eiectus esset a. u. c. 639., censor tamen ipse postea factus a. u. c. 646., pro Cluent. 42, 119.

**P. (Licinius) Iunianus.** Eum Ciceroni deditum trib. pl. a. u. c. 700. Pompeius per Ciceronem deterruit, ne auctor fieret Pompeium dictatorem dicendi, ad Q. fr. 3, 8, 5.

**Licinius Lenticulus**, familiaris M. Antonii, Philipp. 2, 23, 56.

**Cn. (Licinius) Lucullus**, familiaris Ciceronis, ad Att. 15, 1, B. 1.

**L. Licinius Lucullus** consul cum A. Postumio Albino a. u. c. 603., avus L. et M. Lucullorum, Brut. 21, 81. ad Att. 13, 32, 3. Acad. pr. 2, 45, 137.

**L. Licinius Lucullus**, Pontici pater. Metellus Numidicus noluit sua laudatione iuvare L. Lucullum, sororis virum, quicum optime convenisset, Verr. accusat. 4, 66, 147.

**L. Licinius L. F. L. N. Lucullus Ponticus.** — Pro quaestore Alexandriae fuit, Acad. pr. 2, 4, 11. — Archiam in Siciliam proficiscens et inde decedens secum habuit, pro Arch. 4, 6. cf. ib. 5, 11. — L. Lucullus consul fuit cum M. Aurelio Cotta a. u. c. 680., pro Cluent. 49, 137. — P. Clodium cum sorore germana nefarium stuprum fecisse iuratus se dixit comperisse, pro Mil. 27, 73. — Per iocum propter adulterium uxoris vocatur Agamemno, ad Att. 1, 18, 3. — Iudex in causa L. Flacci. Eius eximia liberalitas, pro Flacco 34, 85. — De eius dicendi facultate, Brut. 62, 222. — — Eius non illa quidem *ἀπαιδευσία*, sed in logicis *ἀτριψία*, ad Att. 13, 16, 1. — L. Lucullus de suis historiis dicebat se, quo facilius illas probaret Romani hominis esse, idcirco barbara quaedam et *σόλοικα* dispersisse, Ib. 1, 19, 10. — Bibliotheca, quam filio reliquit, de fin. 3, 2, 7. — Eius laudes militares, Acad. pr. 2, 1, 1 sqq. — De eius studiis at-

que doctrina, de fin. 2, 2, 4. — Loquens inducitur in Academicis prioribus, Ib. 2, 4, 10. — L. Lucullo legatus fuit L. Murena, pro Mur. 9, 20. — De eius rebus adversus Mithridatem gestis, Ib. 15, 33. de imp. Cn. Pomp. 2, 5 sqq. — 'Nos ignari pulcherrimorum institutorum aut negligentes potius M. Lucullum et L. Murenam et caeteros coniunctissimos ad L. Lucullum misimus', ad Att. 13, 6, 4. — Ab eo pulsus est Tigranes rex Armeniae, pro Sest. 27, 58. — Exercitu L. Luculli sollicitato fugit illinc Romam P. Clodius, de harusp. resp. 20, 42. — Amplissimae eius laudes, pro Arch. 9, 21. — Eum L. Vettii indicio opprimere voluit P. Vatinius tribunus pl. a. u. c. 695., in Vatin. 10, 24. cl. ad Att. 2, 24, 3. — De L. Luculli villarum magnificentia, de off. 1, 39, 140. cl. de fin. 2, 33, 107. de leg. 3, 13, 30. fragm. p. 287.

**(L.) Licinius L. F. Lucullus.** Puer a. u. c. 709., ad Att. 13, 16, 2. — Pupillus Ciceronis, Ib. 14, 20, 1. — Eius tutor erat etiam M. Cato Uticensis, avunculus, de fin. 3, 2, 7. — Multa dabat signa pudoris et ingenii, Ib. 3, 2, 9. — Clarissimus adolescens, propinquus M. Bruti, Philipp. 10. 4, 8.

**M. Licinius L. F. L. N. Lucullus,** L. Luculli frater. De eius facultate dicendi, Brut. 62, 222. — In praetura a. u. c. 677. primus iudicium vi bonorum raptorum composuit et id spectavit, ut omnes ita familias suas continerent, ut non modo armati damnum nemini darent, verum etiam lacessiti iure se potius quam armis defenderent, pro Tullio §. 8. — Consul cum C. Cassio Varo a. u. c. 681., pro Cluent. 49, 137. — Triumphavit ex Macedonia de Dardanis a. u. c. 683., in Pison. 19, 44. — Cum eius uxore C. Memmius adulterium fecit, quapropter divortium cum ea fecit L. Lucullus, qui Menelaus iocose vocatur, eiusque frater L. Agamemno, ad Att. 1, 18, 3. — Ad L. fratrem legatus missus, Ib. 13, 6, 4. — Pontifex a. u. c. 697., de harusp. resp. 6, 12. ad Att. 4, 2. 4. — Quo modo se gesserit in causa Ptolemaei regis Aegypti, ad fam. 1, 1, 3. Ib. 1, 5. b., 2. — Studiosus P. Lentuli Spintheris, Ib. 1, 7, 2. — M. Lucullus pro Cicerone L. Pisonem consulem deprecatus est, in Pison. 31, 77. cf. praeterea Acad. pr. 2, 1, 1. de domo sua 52, 132. de harusp. resp. 6, 12. ad Q. fr. 2, 1, 1. ad Att. 1, 1, 3. — L. et M. Luculli fratres una memorantur, de prov. cons. 9, 22. — Luculli duo in iudicium vocarunt accusatorem Servilium, de off. 2, 14, 50. — Lucullorum aedilitates magnificentissimae, Ib. 2, 16, 57. L. Lucullus a. u. c. 680. M. Lucullus anno post consul, pro Cluent. 49, 136 sq. — L. et M. Luculli principes civitatis, Verr. act. 1, 18, 55. — Luculli, quum praetextatus etiam tum Archias esset, eum domum suam receperunt, pro Arch. 3, 5. — Luculli de animadversione in Catilinarios dixerunt ante Catonem, ad Att. 12, 21, 1. — Placuit Ciceronis consulatus duobus Lucullis, Philipp. 2, 5, 12. — De Lucullorum facultate dicendi, Brut. 62, 222. — Luculli ita stulti dicuntur esse, ut amissa re publ.



piscinas suas fore salvas sperare videantur, ad Att. 1, 18, 6.

**C. Licinius Macer,** historicus. De historica eius arte et eloquentia existimatur, de leg. 1, 2, 7. — C. Licinius Macer, pater C. Licinii Calvi, oratoris, auctoritate eguit, sed fuit patronus propemodum diligentissimus, Brut. 67, 238. — C. Macer, C. Rabirii inimicus, huic obiecit crimen interfecti Saturnini, pro Rabirio perd. 2, 6. — De eius damnatione a. u. c. 688. M. Tullio praetore facta, ad Att. 1, 4, 2.

**C. Licinius Macer.** Nomen Vatinii delaturus esse Macer Licinius dicebatur a. u. c. 698., ad Q. fr. 2, 4, 1.

**C. Licinius Nerva** tribunus pl., civis improbus, non indisertus, Brut. 34, 129.

**C. Licinius Murena,** frater L. Murenae a Cicerone defensi, pro Murena 41, 89.

**L. Licinius P. F. P. N. Murena,** pater eius, quem Cicero oratione defendit. Ad C. Lucullum legatus missus, ad Att. 13, 6, 4. — Mithridatem repressum magna ex parte, non oppressum reliquit, pro Murena 15, 32. — Bellum in Ponto adversus Mithridatem gessit, Acad. pr. 2, 1, 2. — Decem naves eius iussu populus Milesius ex pecunia vectigali populo Rom. fecit, sicut pro sua quaeque parte Asiae caeterae civitates, Verr. accusat. 1, 35, 90. — Triumphavit de Mithridate, sed ita triumphavit, ut ille pulsus superatusque regnaret. Ab eo bello Murenam Sulla revocavit, de imp. Cn. Pomp. 3. 8. — De eius triumpho amplissimo, pro Murena 7, 15.

**L. Licinius L. F. P. N. Murena.** Fuit in Asia et viro fortissimo, parenti suo, magno adiumento in periculis, solacio in laboribus, gratulationi in victoria fuit, pro Murena 5, 12. — Proavus eius et avus praetores fuerunt et pater ex praetura triumphavit, Ib. 7, 15. — Legatus L. Lucullo fuit et magnas res gessit, pro Murena 9, 20. — Comitiis consularibus, quae consul Cicero habuit, D. Iunius Silanus et L. Licinius Murena consules designati sunt. Post comitia Murenam lege Tullia Antonius de ambitu competitor eius accusavit Ser. Sulpicius cum tribus subscriptoribus M. Catone, Cn. Postumio, Ser. Sulpicio adolescente. Defendit eum Cicero, una cum Q. Hortensio et M. Crasso, ita ut absolveretur, pro Murena 1, 1 sqq. pro Flacco 39, 98. de fin. 4, 27, 74. de domo sua 52, 134. — Designatus consul de animadversione in Catilinarios dixit ante Catonem, ad Att. 12, 21, 1. — Ei placuit Ciceronis consulatus, Philipp. 2, 5, 12. — Cum Murena P. Clodius se in Galliam contulit, de harusp. resp. 20, 42. — De hospitio Ciceroni praebendo liberalissime respondit a. u. c. 709., ad Att. 13, 50, 5.

**P. Licinius Murena,** proavus eius, quem Cicero defendit, praetor fuit a. u. c. 598., pro Murena 7, 15.

**P. Licinius P. F. Murena,** avus eius, quem Cicero defendit, praetor a. u. c. 641., pro Murena 7, 15.

**P. Licinius Murena,** aequalis Q. Hortensii. De eius doctrina et fa-

cultate dicendi, Brut. 67, 237. — Bello Sullano interiit, Ib. 90, 311.

**C. Licinius Sacerdos**, eques Romanus. Eum P. Scipio Africanus minor, quum esset censor, clara voce dixit se scire verbis conceptis peierasse, pro Cluentio 48, 134.

**C. Licinius Sacerdos** et M. Caesius praetores a. u. c. 679., Verr. accusat. 1, 50, 130. — C. Sacerdos pro praetore Siciliae ante Verrem, a. u. c. 680. Verr. accusat. 1, 10, 27. cl. ib. 3, 50, 119. — Excusatur de aestimatione frumenti ab eo facta, Verr. accusat. 3, 92, 214. — C. Sacerdos absolvit Sopatrum Halicyensem, rei capitalis quum accusatus esset, Verr. accusat. 2, 28, 68. Ib. 2, 33, 81. — Ridiculi non nulli Sacerdotem exsecrabantur, qui verrem tam nequam reliquisset, Verr. accusat. 1, 46, 121. — C. Sacerdos legatus Q. Metelli Cretici, pro Plancio 11, 27.

**P. Licinius Varus**, praeter a. u. c. 546. — Facetum eius dictum de Africano maiore, de orat. 2, 61, 250.

**Licinus.** V. **Porcius Licinus.**

**Ligariana** oratio. Ligarianam orationem valde venditavit Atticus, a. u. c. 709., ad Att. 13, 12, 2. — Error in ea a Cicerone commissus de L. Corfidio, ad Att. 13, 44, 3. — Ligarianam praeclare auctoritas Attici commendavit, ad Caesarem miserunt Balbus et Oppius, Ib. 13, 19, 2. Ib. 13, 20, 2.

**Ligarii** fratres ad fam. 6, 13, 2.

**Q. Ligarius**, qui Africano bello interfuit et Caesarem iratum habuit. Apud C. Caesarem imperatorem de vi accusatus defensus est a M. Cicerone, pro Ligario 1, 1 sqq. — Binas litteras consolatorias ad eum exsulem scripsit Cicero a. u. c. 708. ad fam. 6, 13 et 14.

**T. Ligarius**, Q. frater, quaestor urbanus, nihil egit aliud nisi ut Caesar eum sui studiosum et bonum virum iudicaret, pro Ligario 12, 35 et 36. — T. Ligarius errorem a Cicerone in Ligariana de L. Corfidio commissum corrigit, ad Att. 13, 44, 3.

**Ligur.** V. **Aelius Ligur** et **Octavius Ligur.**

**Ligures** montani, duri atque agrestes, de lege agr. 2, 35, 95. — Ligures agrestes, vani mendacesque, pro Sestio 32, 69. — Eorum castella, Brut. 73, 255.

**Ligurinus** μῶμος, ad Att. 5, 20, 6.

**A. Ligurius.** Q. Ciceronis ad eum epistola omnium plena in M. fratrem probrorum, ad Att. 11, 9, 2. — A. Ligurius, Caesaris familiaris, bonus homo et Ciceroni amicus, ad fam. 16, 18, 3. cf. ad Q. fr. 3, 7, 2.

**Ligus**, pater Gamalae cuiusdam, qui κατ' εἰρωνείαν ob filiam felix fuisse dicitur, ad Att. 12, 23, 3.

**Ligusticum** bellum a Q. Fabio Maximo Verrucoso cos. iterum a. u. c. 526. gestum, de n. d. 2, 3, 61.

**Lilybaeum**, promontorium Siciliae. — Caecilius dicitur litteras Graecas Lilybaei, non Athenis didicisse, Divinat. in Q. Caecil. 12, 39. — Eo venit Verres, Ib. 17, 56. — Ibi a Cn. Pompeio occisus Cn. Carbo, ad fam. 9, 21, 3. Ib. 11, 28, 1. Agonis Lilybaetana, divin. in Q. Caecil. 17, 55. Lyso Lilybaetanus, ad fam. 13, 34 et al.



**Lindus**, Solis quarti filius, de n. d. 3, 21, 54.

**Linternus** ager, prope Linternum s. Literuum, de lege agr. 2, 25, 66. V. **Literninum.**

**Liparensis** ager, Verr. accusat. 3, 37, 84. — Lipara, insula inculta tenuisque, Ib. 3, 37, 85.

**Liris** fluvius, hodie *Garigliano*. In eum praecipitat Fibrenus, de leg. 2, 3, 6.

**Litana** silva in Gallia Cisalpina, in qua exercitum L. Postumii Albini, consulis designati, a. u. c. 538. deleverunt Galli, Tuscul. 1, 37, 89.

**Literninum**, praedium prope Liternum s. **Linternum**, ad Att. 10, 13, 2. V. **Linternus** ager.

**Livia.** Testamento heredem instituit P. Dolabellam ea condicione, ut nomen mutaret a. u. c. 704., ad Att. 7, 8, 3.

**Liviae** leges a. M. Livio Druso latae, de leg. 2, 6, 14. Ib. 2, 12, 31. — Cornel. prim. fragm. 11, p. 210.

**Livianae fabulae.** V. **Livius Andronicus.**

**Livineius**, M. Reguli libertus, ad Att. 3, 17, 1.

**L. Livineius Trypho**, L. Reguli libertus, commendatur C. Munatio, ad fam. 13, 60, 1.

**Livius Andronicus.** (Incertum est eius praenomen, *M.* tamen a M. Livio Salinatore ductum, probabilius quam *L.*) Odyssea Latina est sic tamquam opus aliquod Daedali et Livianae fabulae non satis dignae, quae iterum legantur. — Livius primus fabulam C. Claudio Caeci filio et M. Tuditano consulibus docuit anno ipso ante, quam natus est Ennius, post Romam conditam autem quarto decimo et quingentesimo, ut Atticus ait, Brut. 18, 72 sq. cl. Tuscul. 1, 1, 3. de sen. 14, 50. — Eius fabula Equus Troianus, ad fam. 7, 1, 2. Ib. 7, 16, 1. — Liviani et Naeviani modi solebant quondam compleri severitate iucunda de leg. 2, 15, 39.

**C. Livius Drusus.** Eius filii duo C. et M. Brut. 28, 109.

**C. Livius C. F. Drusus**, M. Druso, C. F. fratri in eloquentia proxime adiunctus, Brut. 28, 109. — C. Drusi domus compleri consultoribus solita est quum quorum res esset, sua ipsi non videbant, caecum adhibebant ducem, Tuscul. 5, 38, 122.

**M. Livius C. F. Drusus** in tribunatu a. u. c. 632. C. Gracchum collegam, iterum tribunum, fregit, vir et oratione gravis et auctoritate, Brut. 28, 109. de fin. 4, 24, 66. cl. de orat. 3, 1, 2. — M. Drusus, praetor urbanus, quod cum herede mandati ageretur, iudicium reddidit, ad Her. 2, 13, 19. — C. Carbo C. F. tribunus plebis in contione dixit his verbis: ‘O Marce Druse, patrem appello’, orat. 63, 213. — Vetus illud Drusi, ad Att. 7, 2, 9.

**M. Livius M. F. Drusus.** In eo adolescente singularis severitas, de off. 1, 30, 108. — M. Drusus, M. Bruti magnus avunculus, gravis orator, ita dumtaxat, quum de re publica diceret,

Brut. 62, 222. qui quo modo Catonis avunculus, Bruti magnus avunculus fuerit, docet hoc stemma:

M. Livius Drusus cos. 642.

M. Livius Drusus trib. pl. ✝ 663. — Livia ◡ 1. M. Porcius Cato. ◡ 2. Q. Servilius Caepio.

(Livia et M. Porcius Cato:) M. Cato Uticensis.

(Livia et Q. Servilius Caepio:) Servilia. ◡ M. Brutus pater.

M. Brutus, τυραννοκτόνος.

M. Drusus, quum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., pro salute communi arma cepit, pro C. Rabirio perd. 7, 21. — Eius consuetudine usus est Archias poëta, pro Archia 3, 6. — Eum multa in re publ. molientem faceto responso perstrinxit Granius praeco, pro Plancio 14, 33. M. Druso trib. pleb. unam in equestrem ordinem quaestionem ferenti: SI QUIS OB REM IUDICANDAM PECUNIAM CEPISSET, aperte equites Rom. restiterunt, pro Rab. Postumo 7, 16. cl. pro Cluent. 56, 153. — Etiam in colluvione Drusi leges Aelia et Fufia vixerunt, in Vatinium 9, 23. — Cum aequalibus suis memoratur, Brut. 49, 182. M. Drusus Q. Caepionis inimicus, de domo sua 46, 120. — Eius tribunatus pro senatus auctoritate susceptus infringi debilitarique videbatur, de orat. 1, 7. 24. — Interfectus domi suae, de n. d. 3, 32, 80. cl. ib. 3, 33, 81. pro Milone 7, 16. ad Her. 4, 22, 31. — Drusus Gracchûm (Gracchorum) nitor obsoletus, Ib. 4, 34, 46. — Decrevit senatus M. Drusi legibus, quae contra legem Caeciliam et Didiam latae essent, populum non teneri, de domo sua 16, 41. Ib. 19, 50.

**(Livius) Drusus**, senator, Liviae gentis, pater fortasse Liviae Drusillae, quae Augusti uxor fuit, ad fam. 11, 19, 1. — Reus factus est de praevaricatione a Lucretio, ad Att. 4, 16, 5. — Absolutus, Ib. 4, 16, 8. cf. ad Q. fr. 2, 15 (16), 3. — Eius defensionem suscepit Cicero a. u. c. 700., ad Att. 4, 15, 9. — Drusus index erat inter reos lege Scantinia a. u. c. 704., Caelius ad fam. 8, 14, 4. — Eius horti, ad Att. 12, 21, 2. Ib. 12, 22, 3. Ib. 12, 23, 3. Ib. 13, 26, 1.

**M. Livius Macatus.** V. **M. Livius Salinator.**

**C. Livius M. F. M. N. Salinator**, consul cum M. Valerio Messala a. u. c. 566., mortuus a. u. c. 584. Senectutis incommoda solebat deplorare, de sen. 3, 7.

**M. Livius M. F. M. N. Salinator.** Salinatori Q. Fabius Maximus, quum Tarento amisso arcem tamen Livius retinuisset multaque ex ea proelia praeclara fecisset, quum aliquot post annos Maximus id oppidum recepisset rogaretque eum Salinator, ut meminisset opera sua se Tarentum recepisse, ‘Quidni’, inquit, ‘meminerim? Numquam enim recepissem, nisi tu perdidisses’, de orat. 2, 67, 273. cl. de sen. 4, 11. — M. Livius Salinator consul iterum ludos Iuventatis Senensi proelio a. u. c. 547. vovit, Brut. 18, 73.



**Locri**, civitas et populus Magnae Graeciae in Bruttiis, ad Att. 6, 1, 18. de leg. 2, 6, 15. de fin. 5, 29, 87. de n. d. 2, 2, 6. Ib. 3, 5. 11. de n. d. 3, 34, 85.

**Locri** in Graecia, Phocii, Boeotii exusti a L. Pisone, in Pison. 40, 96.

**Locusta**, vicinus Q. Ciceronis, ad Q. fr. 3, 1, 2. §. 4.

**Lollia**, mulier libidinosa, ad fam. 9, 22, 4.

**Lollius**, ad Att. 2, 2, 3.

**Lollius**, ad fam. 5, 3, 2.

**Lollius.** Cicero ab Attico petit, ut M. Varronis et Lollii mittat laudationem Porciae, ad Att. 13, 48, 2.

**C. Lollius.** Eius uxor Ovia, ad Att. 12, 21, 2.

**L. Lollius**, Caelius ad fam. 8, 8, 2.

**M. Lollius Q. F.**, testis in C. Verrem, Verr. accusat. 3, 25, 63.

**M. Lollius**, P. Clodio tribuno pl. Ciceronem et Cn. Pompeium interficiendos depoposcit, Q. Metellum Nepotem consulem lapidibus appetivit, de domo sua 5, 13. Ib. 6, 14. Ib. 33, 89. V. **M. Lollius Palicanus.**

**Q. Lollius**, eques Rom., vexatus a Q. Apronio, Verr. accusat. 3, 25, 61.

**Q. Lollius Q. F.**, adolescens disertus, qui Calidium accusavit, quum in Siciliam esset profectus, in itinere occisus esse significatur per Verrem, Verr. accusat. 3, 25, 63.

**M. Lollius Palicanus**, Picens. Tribunus pl. in contione egit de Verre, qui virgis plebem Romanam solitus esset concidere, Verr. accusat. 1, 47, 122. — Palicanus, tribunus pl. in contione de causa Sthenii a Verre vexati questus est, Verr. accusat. 2, 41, 100. — Palicanus aptissimus auribus imperitorum, Brut. 62, 223. cl. ad Att. 1, 1, 1. — L. Afranius Palicano os ad male audiendum cotidie praebuit, Ib. 1, 18, 5.

**Longilius**, redemptor domus Q. Ciceronis aedificandae, ad Q. fr. 2, 5, 3 (2, 6, 2).

**Longinus.** V. **C. Cassius Congus.**

**Ti. Longus.** V. **Ti. Sempronius Longus.**

**Lorymeni**, populus Doridis paeninsulae in Caria, pro Flacco 2, 5.

**Lubentina Venus**, de n. d. 2, 23, 61.

**Luca**, oppidum Etruriae, hodie *Lucca*, ad fam. 1, 9, 9. V. **Lucense Municipium.**

**Lucani** agri, Philipp. 13, 5, 12.

**Lucani**, id est, terra Lucanorum, Tuscul. 1, 37, 89.

**Lucceius** s. **Luceius**, subscriptor D. Laelii contra Flaccum, pro Flacco 33, 83.

**Lucceius** s. **Luccius**, **M. F.** A. u. c. 704. queritur apud Ciceronem per litteras summum esse periculum, ne culpa senatus eis decretis, quibus pecuniae debitoribus condonarentur, res ad tabulas novas perveniat, ad Att. 5, 21, 13. cl. ib. 5, 20, 8. Ib. 6, 1, 23. Ib. 7, 3, 6.

**Cn. Lucceius** s. **Luccius**, familiaris Bruti, ad Att. 16, 5, 3.

**L. Lucceius** s. **Luceius**, **Q. F.** Luceius a. u. c. 693. consulatum petere in animo habebat. Caesar cum eo coire per Arrium cogitabat, ad Att. 1, 17, 11. — Commendatur Culleolo, ad fam. 13, 41, 1. Ib. 13, 42, 1. — In Sardiniam iter habebat a. u. c. 698., ad Q. fr. 2, 5 (6), 2. — M. Cicero

a Luceio historiarum scriptore rogat, ut suas res per consulatum gestas scribat, ad fam. 5, 12. cl. ad Att. 4, 6, 4. Ib. 4, 9, 2. Ib. 4, 11, 2. — Ad consolatorias Luceii respondet Cicero, ad fam. 5, 13. — Luceii ipsius epistola ad Ciceronem, Ib. 5, 14. — Eius laudes, pro Caelio (10, 24.) 21, 52. Ib. 22, 54. — De Luceii consiliis ac Theophani, ad Att. 9, 1, 3. — Eius sermones minaces, ad Att. 9, 11, 3. — Lucceius abalienato fuit animo in Cn. Sallustium, ad Att. 1, 3, 3. Ib. 1, 5, 5. Ib. 1, 11, 1. Ib. 1, 14, 7. Ib. 2, 1, 9.

P. **Lucceius** s. **Luceius**, Ciceroni commendatus a Q. Cornificio, ad fam. 12, 25 a. 6. Ib. 12, 30, 5.

Q. **Lucceius** s. **Luceius**, qui argentariam Rhegii maximam fecit, testis in Verrem, Verr. accusat. 5, 64, 165.

C. **Lucceius** s. **Luceius C. F. Pupinia Hirrus** in senatus consulto ad fam. 8, 8, 5. — Hirrus auctor fore videtur Pompeium dictatorem dicendi a. u. c. 700., ad Q. fr. 3, 8, 4. Ib. 3, 9, 3. — Hirrus cum Domitio Ahenobarbo consule in gratia est a. u. c. 700., ad Att. 4, 16, 5. — Caius Hirrus aedilitatem cum Caelio petit a. u. c. 703, Caelius ad fam. 8, 2, 2. Ib. 8, 3, 1. Ib. 8, 4, 3. — Hirrus post aedilitatis repulsam a. u. c. 703. risus facit, Ib. 8, 9, 1. — In eum a M. Caelio de aedilitate curuli deiectum a. u. 703. iocatur Cicero, ad fam. 2, 9, 1. — *Hillum* ioculariter eum appellat, Ib. 2, 10, 1. — Hirrus Catoni adsensus est, qui de Cicerone locutus honorifice non decrerat supplicationes a. u. c. 704., Caelius ad fam. 8, 11, 2, cl. ad Att. 7 1, 7. — C. Hirrus Pompeianus a. u. c. 705. cum V. cohortibus subsequitur L. Domitium, ad Att. 8, 11, A.

**Luceium** castellum Deiotari in Galatia, pro Deiotaro 6, 17. Ib. 7, 21.

**Lucense** municipium, ad fam. 13, 13. V. **Luca.**

**Luceres.** Non potuit L. Tarquinius Titiensium et Ramnensium et Lucerum mutare, quum cuperet, nomina, quod auctor ei augur Attus Navius non erat, de r. p. 2, 20, 36.

**Luceria**, oppidum Apuliae infra Teanum, ad fluvium Cerbalum, colonia Romana, hodie *Lucera*, ad fam. 15, 14, 4. ad Att. 7, 12, 2. Ib. 8, 1, 1. pro Cluentio 69, 197.

**Luci** duo Romae: 'Locus in Capitolio inter duos lucos', quod erat asylum, de divin. 2, 17, 40.

**Lucifer**, an deus, de n. d. 3, 20, 51. — Lucifer, Veneris stella, Ib. 2, 20, 53. — Lucifer et sancta Mercurii stella cursum habent Solis celeritati parem, Tim. 9.

C. **Lucilius**, eques Rom., satirarum scriptor, mortuus a. u. c. 652. — Lucilius, homo doctus et perurbanus, subiratus Q. Mucio Scaevolae auguri, neminem esse in oratorum numero habendum dixit, qui non sit omnibus iis artibus, quae sunt libero dignae, perpolitus, de orat. 1, 16, 72. — De eius libertate dicendi, Trebonius ad fam. 12, 16, 3. — De eius facetiis, ad fam. 9, 15, 2. — Lucilius vitiosus in verborum transiectione, ad Her. 4, 12, 18. — C. Lucilius dicere solebat ea, quae scriberet, neque ab indoctissimis se neque a doctissimis legi velle,



una significans valde doctum esse C. Persium, de orat. 2, 6, 25. cl. de fin. 1, 3, 7. Brut. 26, 99. — Lucilius in scaena nominatim laesus a mimo, ad Her. 2, 13, 19. — Ad eum Clitomachus librum scripsit, Acad. pr. 2, 32, 102. — Lepide illusit in Albucium in Q. Mucii Scaevolae persona, de orat. 3, 42, 171. orat. 44, 149. — Versus, quibus lepide derisit T. Albucium propter nimiam sermonis Graeci adfectationem, de fin. 1, 3, 9. — Lucilius salse reprehensus ab Appio maiore, de orat. 2, 70, 284. — Marcum Antonium perstringam sine † vallo Luciliano, ad Att. 16, 11, 1. — Lucilii versus de Aesernino et Pacideiano, de opt. gen. orat. 6, 17. Tuscul. 2, 17, 41. Ib. 4, 21, 48. Idem Lucilii locus significatur ad Q. fr. 3, 4, 2. — Lucilius narravit L. Crassum cenasse apud Q. Granium praeconem, Brut. 43, 160. — Multa apud eum de Granio, Ib. 46, 172. — Eius versiculi de Granio, ad Att. 6, 3, 7. — Alii eius versiculi, de orat. 2, 62, 253. Ib. 3, 23, 86. orat. 44, 149. Ib. 48, 161. Brut. 79, 274. ad Att. 2, 18, 3. — Item Lucilii versiculi, ut videtur, ad fam. 2, 8, 2. ad Att. 13, 20, 3. Ib. 12, 52, 1. de fin. 2, 8, 23, 24, 25. ad Herenn. 4, 12, 18. — Lucilii testimonium de M. Crasso ἀγελάστῳ, de fin. 5, 30, 92. Tusc. 3, 15, 31. de n. d. 1, 23, 64.

**Lucilius** a. u. c. 711. praeerat classi Dolabellae in Cilicia, Cassius ad fam. 12, 13, 3.

L. **Lucilius**, ad fam. 3, 5, 1.

Sex. **Lucilius**, T. Gavii Caepionis filius, tribunus mil. in exercitu Bibuli occisus in monte Amano, a. u. c. 703., ad Att. 5, 20, 4.

L. **Lucilius Balbus**, in causa P. Quinctii C. Aquilio erat in consilio a. u. c. 673., pro Quinct. 16, 53. 17, 54. — L. Lucilius Balbus, doctus et eruditus homo, Brut. 42, 154.

Q. **Lucilius Balbus**, auditor Panaetii, disputans inducitur in libris de natura deorum. Tantos progressus habebat in Stoicis, ut cum excellentibus in eo genere Graecis compararetur, de n. d. 1, 6, 15. — Lucilius Balbus Stoicorum partes egit etiam in Hortensio, fragm. p. 284. — Eius disputatio de natura deorum ipsi Ciceroni ad veritatem est visa propensior, de divin. 1, 5, 9.

**Lucilius Bassus**, malus scriptor, ad Att. 12, 5, 2.

**Lucina** eadem ac Luna, de n. d. 2, 27, 68. V. **Iuno Lucina.**

**Lucius**, L. Tullius Cicero, M. et Q. Ciceronum frater patruelis, ad Att. 1, 5, 1. V. **L. Tullius Cicero.**

**Lucretia**, Tricipitini filia, Collatini uxor, violata a Sex. Tarquinio, de r. p. 2, 25, 45. de leg. 2, 4, 10. de fin. 2, 20, 66. Ib. 5, 22, 64.

**Lucretinum**, Attici villa, ad Att. 7, 11, 1.

M. **Lucretius** senator, index in causa C. Verris, a. u. c. 684., Verr. accusat. 1, 7, 18.

Q. **Lucretius**, familiaris C. Cassii, ad Att. 7, 24. Ib. 7, 25, 1. — Drusus reus est factus a Lucretio, a. u. c. 700., ad Att. 4, 16, 5. — Sulmone effugit a. u. c. 705., ad Att. 8, 4, 3.

Sp. **Lucretius Tricipitinus.** Publicola lege de provocatione per-

lata a. u. c. 245. statim secures de fascibus demi iussit, postridieque sibi collegam Sp. Lucretium subrogavit, suosque ad eum, quod erat maior natu, lictores transire iussit, de r. p. 2, 31, 55.

**T. Lucretius Carus**. De eius poëmatis, ad Q. fr. 2, 9 (11), 4.

**Q. Lucretius Ofella**. Contionibus aptior quam iudiciis, Brut. 48, 178.

**Q. Lucretius Vespillo,** in privatis causis et acutus et iuris peritus, Brut. 48, 178.

**Lucrinenses** res, id est, ostrea et pisces, qui in lacu Lucrino capiuntur, ad Att. 4, 10, 1.

**Lucrinus** lacus in Campania, hodie *lago Lucrino*, ad Att. 14, 16, 1. fragm. p. 257.

**Luculli. V. Licinii Luculli.**

**Lucumo**, Romuli socius in Sabino proelio occidit, de r. p. 2, 8, 14.

**Ludi Romani,** de orat. 1, 7, 27.

**Luna** eadem, quae Diana, a 'lucendo' nominata, eadem est enim Lucina, de n. d. 2, 27, 68. — Eam Graeci Dianam putant, de n. d. 3, 20, 51. — Luna radiis solis accensa, de r. p. 6, 17, 17. — Luna, quae est, ut ostendunt mathematici, maior quam dimidia pars terrae, iisdem spatiis vagatur quibus Sol, de n. d. 2, 40, 103. — A sole Luna illuminata, Ib. 2, 46, 119. cl. de divin. 1, 39, 85.

**Lupercal** Romae, antrum sub Palatino monte, sacratum ab Euandro Pani, deo Arcadiae, ad fam. 7, 20, 1.

**Lupercalia**, sollemnia sacra, quae Romae a Lupercis fiebant in Panos honorem a. d. XV. Kal. Mart. Lupercalibus a. u. c. 710. diadema Caesari detulit M. Antonius, Philipp. 2, 34, 84. Ib. 3, 5, 12. ad Q. fr. 2, 11 (13), 4. fragm. p. 256.

**Luperci**, Panos sacerdotes, qui Lupercalibus nudi discurrebant, pro Caelio 11, 26. — Lupercis vectigal datum a Caesare, fragm. p. 252. — De Lupercis tribunus pl. retulit a. u. c. 711., Philipp. 7, 1, 1.

**Lupus**, a Lucilio exagitatus esse videtur L. Cornelius Lentulus Lupus, consul cum C. Marcio Figulo a. u. c. 597., de n. d. 1, 23, 63.

**Lupus. V. P. Rutilius Lupus.**

**Lurco. V. Aufidius.**

**Luscienus**. Philogenes cum Cicerone nihil umquam de Lusciено locutus est, ad Att. 7, 5, 3.

**Luscinus. V. C. Fabricius Luscinus.** — Luscini, Calatini, Acidini, homines non solum honoribus rebusque gestis, verum etiam patientia paupertatis ornati, de lege agr. 2, 24, 64.

**C. Luscius Ocrea** senator, pro Rosc. Com. 14, 43.

**Lusitani** a Ser. Sulpicio Galba praetore a. u. c. 605. contra interpositam fidem interfecti, Brut. 23, 89.

**Lusitania.** In Lusitania Pollio legiones in hibernis collocarat a. u. c. 711, ad fam. 10, 33, 3.

**Lusius** flumen Arcadiae, propter quod Aesculapii tertii sepulcrum et lucus ostenditur, de n. d. 3, 22, 57.

**Q. Lutatius Q. F. Catulus**, consul a. u. c. 652., pro Fonteio 15, 33. — A Cn. Mallio superatus in petitione consulatus, pro Mur., 17, 36. — C. Catulus, consularis, quum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., cum consulibus fuit, pro C. Rabirio perd. 7, 21. cl. ib. 9, 26. — Q. Catulus legatus in bello civili, belli gerendi peritissimus, non litteris ad rei militaris scientiam, sed rebus gestis ac victoriis eruditus, pro Font. 15, 33. — Q. Catulus est coactus a C. Mario ut vita se ipse privaret, de orat. 3, 3, 9. cl. de n. d. 3, 32, 80. Tuscul. 5, 19, 56. — Catulus crudelissime interfectus, Brut. 89, 307. — Laudatur eius veritas, de orat. 2, 40, 173. — Integritas, Verr. accusat. 3, 90, 209. — Catulo non Romani solum sermonis Latini, sed etiam Graeci ipsi solent suae linguae subtilitatem elegantiamque concedere, de orat. 2, 7, 28. Oratio eius pura sic, ut Latine loqui paene solus videatur, sic autem gravis, ut in singulari dignitate omnis tamen adsit humanitas ac lepos, Ib. 3, 8, 29. — Erat ille quidem minime indoctus, sed tamen suavitas vocis et lenis appellatio litterarum bene loquendi famam confecerat, Brut. 74, 259. — Q. Catulus, sapientissimus vir atque humanissimus, Cornel. sec. fragm. 4. p. 214. — De eius doctrina, eruditione, litteris, eloquentia, scriptis existimatur, Brut. 35, 132 sqq. — Ad Crassum oratorem in Tusculanum venisse fingitur cum C. Iulio Caesare fratre uterino, de orat. 2, 3, 12. — Popiliam matrem post mortem publice laudavit, Ib. 2, 11, 44. — De Catuli persona in libros de oratore inducta, ad Att. 13, 19, 4. — Eius epigramma in Q. Roscium puerum, quem amabat, de n. d. 1, 28, 79. — Catuli dicta faceta, de orat. 2, 63, 255. Ib. 2, 69, 278. — Reprehendit Philonem Academicum, Acad. pr. 2, 6, 18. — Catulus pater sequebatur Carneadeam sententiam percipi nihil posse etc., Acad. pr. 2, 48, 148. — Catuli monumentum aedes Fortunae huiusce diei, Verr. accusat. 4, 57, 126. — Catuli monumentum, id est, Catuli porticus in Palatio, exstructa de manubiis Cimbricis, pro Cael. 32, 78. cl. ad Att. 4, 2, 4 et 3, 2. — Q. Catulus in area Flacciana porticum de manubiis Cimbricis fecit, de domo sua 38, 102. Ib. 43, 114. — Catuli porticus, ad Q. fr. 3, 1, 4. §. 14. Cornel. sec. fragm. 4, p. 214.



**Q. Lutatius Q. F. Q. N. Catulus.** Q. Catulus cos. cum M. Lepido a. u. c. 676. Iis coss. Gaditanum foedus vel renovatum vel ictum, pro Balbo 15, 34. — Id Catulo auctore factum est, Ib. 17, 39. — Dissensit M. Lepidus a clarissimo et fortissimo viro, Q. Catulo, in Catil. 3, 10, 24. — Quid Q. Catulus Cn. Pompeio de tribunicia potestate referente a. u. c. 684., quum esset sententiam rogatus, censuerit, Verr. act. 1, 15, 44. — Q. Catulus iudex C. Verris, Verr. accusat. 3, 90, 211. — Q. Catulus et Q. Hortensius dissuaserunt legem Maniliam, de imp. Cn. Pomp. 17, 51. cl. ib. 20, 59. — Q. Catulus, sapientissimus homo atque optimus civis, post red. in sen. 4, 9. de domo sua 43, 113. — Aedem Iovis Capitolini dedicavit a. u. c. 685., Verr. accusat. 4, 31, 69. Ib. 4, 31, 69. Ib. 4, 38, 82. — De eius facultate dicendi, Brut. 35, 133. cl. ib. 62, 222. — Eius non illa quidem ἀπαιδευσία, sed in logicis ἀτριψία, ad Att. 13, 16, 1. — Catuli et Luculli et Hortensii personae erant in Academicis prioribus, ad

Att. 13, 12, 3. Ib. 13, 19, 5. Acad. pr. 2, 4, 10. — Catulus consularis de animadversione in Catilinarios dixit ante Catonem, ad Att. 12, 21, 1. — Q. Catulus saepe in senatu patrem patriae nominavit Ciceronem, pro Sest. 57, 121. cl. in Pison. 3, 6. — Placuit Ciceronis consulatus Q. Catulo, cuius semper in hac re publ. vivet auctoritas, Philipp. 2, 5, 12. — Caesar praetor quum esset a. u. c. 692., Q. Catulum ex inferiore loco iussit dicere, ad Att. 2, 24, 3. cl. ib. 2, 24, 4. — Q. Catulus legem de vi armata dissensione civium rei publ. paene extremis temporibus tulit, pro Cael. 29, 70. — Catulus memoratur ad Att. 1, 13, 2. — Eius dictum in iudices Clodianos corruptos, Ib. 1, 16, 5. — Q. Catulus amicissimus Q. Metelli Celeris, cuius medio in consulatu a. u. c. 694. mortuus est, pro Cael. 24, 59. — Eum neque periculi tempestas neque honoris aura potuit umquam de suo cursu aut spe aut metu demovere, pro Sest. 47, 101. — Eius constantia, ad fam. 9, 15, 3. — Post Catuli mortem sine ullo praesidio aut comitatu viam optimatem tenuit Cicero, ad Att. 1, 20, 3. — Fortunatus Catulus quum splendore vitae tum quod tempore mortuus est, Ib. 2, 24, 4. — Q. Catulus minime cedebat meritis de re publ. Cn. Pompeio, de off. 1, 22, 76. cf. fragm. p. 282. 287. — Quamvis praepotens uterque (Q. Catuli pater et filius) in sermonibus efficiebat, ut unus de multis esse videretur, de off. 1, 30, 109. — Nihil fuit in Catulis, ut eos exquisito iudicio putares uti litterarum, quamquam erant litterati, sed et alii — hi autem optime uti lingua Latina putabantur, de off. 1, 37, 133. — Archias vivebat cum Q. Catulo et patre et filio, pro Arch. 3, 6. de domo sua 43, 113.

**Q. Lutatius Diodorus**, Lilybaetanus, qui Catuli beneficio ab L. Sulla civis Romanus factus, Verr. accusat. 4, 17, 37.

**M. Lutatius Pinthia**, eques Rom., de off. 3, 19, 77.

**Lycaon** aliquis aut Phryx, proverbium de hominibus futilibus et contemptis, ad fam. 3, 10, 10.

**Lycaones** augurium retinent, de leg. 2, 13, 33.

**Lycaonia**, regio Asiae inter Ciliciam, Pisidiam, Pamphyliam, Cappadociam, ad Att. 5, 15, 3. — Lycaonium forum agere vult Cicero, Ib. 5, 21, 9. ad fam. 15, 1, 2. Ib. 15, 2, 1.

**Lyceum** vel **Lycium**, locus Athenis, in quo περίπατος Aristotelis erat. — Peripatetici disputabant inambulantes in Lycio, Acad. post. 1, 4, 17. — Lycium Peripateticorum, de orat. 1, 21, 98. — Lyceum nitidum, de divin. 1, 13, 22.

**Lyceum**, superius gymnasium in Ciceronis Tusculano, de divin. 1, 5, 8. — In Lyceo erat bibliotheca, Ib. 2, 3, 8.

**Lycii**, Graeci homines, primum incolebant Phaselidem, postea a Cilicibus praedonibus ascitam, Verr. accusat. 4, 10, 21. — A Lyciis, Cilicibus, Pamphyliis, Pisidis auspicia tenentur, de divin. 1, 15, 25. — Lyciorum ora, de lege agr. 1, 1, 1. — De eorum auxiliis, ad Att. 6, 5, 3.

**Lyco**, Astyanactis filius, philosophus Peripateticus. — Lyco, Stratonis discipulus, oratione locuples, rebus ipsis ieiunior, de fin. 5, 5, 13. — Lyco aegritudinem extenuans parvis ait eam rebus moveri, fortunae corporis incommodis, non animi malis, Tuscul. 3, 32, 78.



**Lycomedes**, rex Scyri insulae, apud quem Neoptolemus erat educatus, de am. 20, 75.

**Lycurgeus**, id est, severus ad modum Lycurgi oratoris Attici, ad Att. 1, 13, 3.

**Lycurgus**, qui Lacedaemonibus leges scripsit. Lycurgus, cuius temporibus Homerus etiam fuisse ante urbem conditam traditur, sapiens et habebatur et nominabatur, Tuscul. 5, 3, 7. — Lycurgus leges suas auctoritate Apollinis Delphici confirmavit, de divin. 1, 43, 96. — Lycurgus vidit singulari imperio et potestate regis tum melius gubernari et regi civitates, si esset optimi cuiusque ad illam vim dominationis adiuncta auctoritas, de r. p. 2, 9, 15. — Centum et octo annis, postquam Lycurgus leges scribere instituit, prima posita est Olympias, Ib. 2, 10, 18. — Lycurgus regem non deligendum duxit, sed habendum, qualiscumque is foret, qui modo esset Herculis stirpe generatus, Ib. 2, 12, 24. cl. ib. 2, 23, 42. — Lycurgus γέροντας Lacedaemone appellavit, quos penes summam consilii voluit esse, quum imperii summam rex teneret, Ib. 2, 28, 50. — Lycurgus agros locupletium plebi, ut servitio, colendos dedit, Ib. 3, 9, 16. cl. ib. 4, 5, 5. — Lycurgus superior, a quo est disciplina Lacedaemoniorum adstricta legibus, Brut. 10, 40. (*Superior* dicitur, ut distinguatur a cognomine oratore Attico.) — Leges Lycurgi laboribus erudiunt iuventutem venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, aestuando, Tuscul. 2, 14, 34. — Ne Lycurgi quidem disciplina tenuit illos in hominibus Graecis frenos. Nam etiam Spartae regnante Theopompo sunt quinque, quos illi ephoros appellant, contra vim regiam constituti, de r. p. 2, 33, 58. — Lycurgi leges, Tuscul. 1, 42, 100 et 101. — Ei postponuntur Pausanias et Lysander, de off. 1, 22, 76. — Lycurgi scripta ex Stoicorum sententia non erant leges, Acad. pr. 2, 44, 136. — Lycurgi, Draconis, Solonis legibus Romanas praefert L. Crassus. de orat. 1, 44, 197. — Lycurgus eloquens, Ib. 1, 13, 58. — Memoratur praeterea Ib. 3, 15, 56. de leg. 1, 22, 57. de r. p. 2, 1, 2. Tuscul. 1, 46, 110. de n. d. 3, 38, 91.

**Lycurgus**, orator Atticus, componitur cum Demosthene, Hyperide, Dinarcho, de orat. 2, 23, 94. — Lycurgus orator Athenis accusationem factitavit, ut Romae M. Brutus, Brut. 34, 130. cl. ad Att. 1, 13, 3. — Lycurgus orator, Brut. 9, 36.

**Lydi** contemptim memorantur una cum Mysis et Phrygibus, pro Flacco 2, 3. Ib. 40, 100. — Lydius, Tyrrhenae gentis haruspex, quod e Lydia Etrusci venisse dicebantur, de divin. 1, 12, 19.

**Lydia**, regio Asiae minoris versus mare Aegaeum inter Ioniam, Aeoliam, Phrygiam magnam, pro Flacco 27, 65.

**Lydus**, a quo Lydorum nomen, fragm. p. 290.

**Lynceus**, Apharei filius, unus ex Ar-

gonautis acerrima oculorum acie praeditus, unde *Lynceus* dicitur, quicumque vel oculis vel mentis acumine valet, ad fam. 9, 2, 2.

**Lysander**, Lacedaemonius, vir summae virtutis. Eius colloquium Sardibus cum Cyro minore habitum, de sen. 17, 59. cl. fragm. p. 260. — Lacedaemonem dixit esse honestissimum domicilium senectutis, de sen. 18, 62. — Lysander, quum vellet Lycurgi leges commutare, Apollinis Delphici est prohibitus religione, de divin. 1, 43, 96. — In eius statuae capite Delphis subito corona exstitit ex asperis herbis, Ib. 1, 34, 75. cl. ib. 2, 32, 68. — Vir versutissimus et patientissimus, de off. 1, 30, 109. — Lysander Pausaniasque ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus et disciplinae conferendi, de off. 1, 22, 76.

**Lysander**, ephorus propter iniurias civibus illatas a Lacedaemoniis expulsus, de off. 2, 23, 80.

**Lysanias** Temnites, peculatus damnatus, testis in L. Flaccum, pro Flacco 18, 43. Ib. 21, 51.

**Lysiades** Atheniensis, Phaedri philosophi nobilis filius, iudex constitutus ab Antonio, Philipp. 5, 5, 13. Ib. 8, 9, 27.

**Lysias**, secundae aetatis orator. Multa eius scripta sunt, de orat. 2, 22, 93. — Eius orationes plurimae fuerunt. Est Atticus, quoniam certe Athenis est et natus et mortuus et functus omni civium munere, quamquam Timaeus eum repetit Syracusas, Brut. 16, 63. — Comparatur cum M. Catone, Ib. cl. tamen ib. 85, 293. — Ei officit Demosthenes, Ib. 17, 66. — Ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed egregie subtilis scriptor atque elegans, Brut. 9, 35. — Lysias primo profiteri solitus artem est dicendi, deinde, quod Theodorus erat in arte subtilior, in orationibus autem ieiunior, orationes scribere aliis coepit, artem removit, Ib. 12, 48. — Lysias disertissimus orator scriptam orationem attulit Socrati, qua hic uti noluit, de orat. 1, 54, 231. — Lysias venustissimus scriptor ac politissimus, orat. 9, 29. — De eius tenuitate, de opt. gen. or. 3, 9. — Lysias subtilitatem habuit, de orat. 3, 7, 28. — Lysias causidicus quidam, non ille quidem amplus atque grandis, subtilis et elegans tamen, orat. 9, 30. — Lysias elate dicere fortasse non potuit, de opt. gen. orat. 4, 10. — Lysias satis facetus, orat. 26, 90. — Demetrius Phalereus est floridior quam Lysias, Brut. 82, 285. — Eius imitator Charisius, Ib. 83, 286. — Lysias alter paene Demosthenes eius imitator Hegesias, orat. 67, 226.

**Lysidicus**. Eius filium C. Annium Cimbrum dicit Cicero '*Lysidicum ipsum*', id est, λυσίδικον, quoniam omnia iura dissolverit, Philipp. 11, 6, 14. V. **C. Annius Cimber.**

**Lysimachus**, rex Thraciae, Theodoro philosopho frustra crucem minatus est, Tuscul. 1, 43, 102. Ib. 5, 40, 117.

**Lysimachus**, Aristidis pater, de sen. 7, 21.

**Lysippus**, Sicyonius, statuarius nobilissimus, Alexandri aequalis. — Polycliti Doryphorum sibi Lysippus aiebat magistrum fuisse, Brut. 86, 296. — Ipse fuit magister Charetis, ad Her. 4, 6, 9. Acad. pr. 2, 26, 85. ad fam. 5, 12, 7. V. **Alexander** et **Myro.**



**Lysis** Tarentinus, Pythagorius, erudivit Epaminondam, de orat. 3, 34, 139. de off. 1, 44, 155.

**Lysithoë**. Ex ea et Iove est is Hercules, quem concertavisse cum Apolline de tripode accepimus, de n. d. 3, 16, 42.

**Lyso**, Lilybaetanus, Verr. accusat. 4, 17, 37.

**Lyso**, Lysonis filius, Lilybaetanus, commendatur Acilio, ad fam. 13, 34.

**Lyso** Patrensis, medicus, Ciceronis hospes, ad fam. 13, 19, 1. Ib. 13, 24, 1. Ib. 16, 4, 2. Ib. 16, 5, 1. Ib. 16, 9, 3.

**Macedo Alexander**, id est Alexander Magnus, Philipp. 5, 17, 48. V. **Alexander.**

**Macedones**, Thebanos vicerunt, ad Her. 4, 25, 34. — Sarissae pro Macedonibus, Ib. 4, 32, 43. — Macedones Demetrio relicto contulerunt se ad Pyrrhum, de off. 2, 7, 26. — Macedones multi Romae servierunt rege Perse capto, Tuscul. 3, 22, 53. — Omni Macedonum gaza, quae fuit maxima, potitus est Paullus, de off. 2, 22, 76.

**Macedonia** modo est pars Graeciae inter Thessaliam, Thraciam, Acarnaniam etc., modo provincia Romana proconsularis, Graeciam inde ab Illyride ad Graeciam proprie sic dictam sive Achaiam continens. Agri in Macedonia regii partim T. Flaminini, partim L. Paulli, qui Persen vicit, virtute parti sunt, de lege agr. 1, 2, 5. — Macedonia, fidelis et amica populo Romano provincia, a M. Fonteio conservata et a Thracum adventu ac depopulatione defensa, pro Font. 16, 34. — Macedonia condonata barbaris a L. Pisone a. u. c. 698., in Pison. 40, 96. cl. de prov. cons. 2, 4. in Pison. 16, 38. de inv. 1, 12, 17.

**Macedonicae** legiones, ad fam. 12, 23, 2.

**Macellum** Romae, forum olitorium. Suos necessarios ab atriis Liciniis et a faucibus Macelli corrogat Sex. Naevius, pro Quinct. 6, 25.

**Macer.** V. **C. Licinius Macer.**

**Macri Campi.** V. **Campi Macri.**

**Macro**, ad Att. 4, 12.

**Macula.** V. **Q. Pompeius Macula.**

**Madarus**, i. e. *μαδαρός*, calvus. Significatur Matius, ad Att. 14, 2, 1.

**Maeander**, fluvius Phrygiae valde flexuosus, a cuius flexibus tropice dicitur 'Maeandros, deverticula flexionesque quaerere', in Pison. 22, 53.

**Maeandrius** Trallianus, testis in L. Flaccum, pro Flacco 22, 52 sqq.

**C. Maecenas.** V. **C. Cilnius Maecenas.**

**Maecia** tribus, pro Planc. 16, 38. ad Att. 4, 15, 9.

**Sp. Maecius Tarpa**, familiaris Cn. Pompeii, ad fam. 7, 1, 1.

**Q. Maelius**, Ti. Numicius, tribuni pl. a. u. c. 433., pace facta post ignominiam ad Furculas Caudinas acceptam, dediti sunt, ut pax Samnitium repudiaretur, de off. 3, 30, 109.

**Sp. Maelius.** Eum L. Quinctii Cincinnati dictatoris iterum a. u. c. 315. iussu magister equitum C. Servilius Ahala, quod regnum adfectare dicebatur, interemit, de sen. 16, 56. in Catil. 1, 1, 3. de r. p. 2, 27, 49. Philipp. 2, 44,

114. pro Mil. 27, 72. de am. 8, 28. Ib. 11, 36. de domo sua 38, 101.

**Maenia** columna, divinat. in Q. Caecil. 16, 50. pro Sest. 58, 124.

**Maenia** lex, lata a Maenio tribuno pl. a. u. c. 468., Brut. 14, 55.

**Maeniana.** Maenianorum umbra, Acad. pr. 2, 22, 70.

**Maeonia**, fragm. p. 290.

**Maeotis** palus Scythica iuxta Phasidis ostium, de lege agr. 2, 19, 52. Tuscul. 5, 17, 49.

**Maevius**, C. Verris scriba, Verr. accusat. 3, 75, 175.

**Magi** Persarum. Iis auctoribus Xerxes inflammasse templa Graeciae dicitur, de leg. 2, 10, 26. — In Persis augurantur et divinant Magi, de divin. 1, 41, 90. — Magi, somniorum interpretes, Ib. 1, 23, 46 et 47. — Eorum portenta de dis immortalibus, de n. d. 1, 16, 43. — Magorum mos est non humare corpora suorum, nisi a feris sint ante laniata, Tuscul. 1, 45, 108.

**Magia**, Dinaeae filia, Larinas, uxor Oppianici, pro Cluent. 7, 21.

**Magius**, nobilis Campanus tempore belli Punici secundi, de lege agr. 2, 34, 93. cl. in Pison. 11, 24.

**Magius**, praefectus Pisonis in Gallia, de orat. 2, 66, 265.

**L. Magius** et **L. Fannius**, cives Romani Marianarum partium, qui superstites in Asia ex Fimbriano exercitu cum Sartorio societatem componere studuerunt. — Verres myoparonem pulcherrimum de decem Milesiorum navibus electum L. Magio et L. Fannio, qui Myndi, Cariae urbe, habitabant, vendidit. Hoc illi navigio ad omnes populi Rom. hostes usque a Dianio ad Sinopam navigaverunt, Verr. accusat. 1, 34, 87.

**Num. Magius**, Dinaeae filius, Larinas, pro Cluent. 7, 21. Ib. 12, 33.

**N. Magius.** Eum Pompeius Brundisio ad Caesarem de pace misit, ad Att. 9, 13, 8. Ib. 9, 13, A. 1. — N. Magius, Pompeii praefectus a Caesare deprehensus et statim missus factus, Caesar in ep. ad Att. 9, 7. C. 2.

**P. Magius** trib. pl. a. u. c. 667. cum M. Vergilio in dicendo paullo copiosior, Brut. 48, 179.

**P. Magius Chilo** vel **Cilo**, comes et interfector M. Marcelli a. u. c. 709., ad Att. 13, 10, 3. ad fam. 4, 12, 2.

**Q. Magius Chilo**, Catilinarius. V. **Q. Manlius Chilo.**

**Magna Graecia.** V. **Graecia magna.**

**Magnesia**, colonia Graecorum in Asia, de r. p. 2, 4, 9.

**Magnetes** a Sipylo mentionem honorificam fecerunt de Q. Cicerone a. u. c. 700., ad Q. fr. 2, 9 (11), 2.

**Mago** Karthaginiensis. Eius libri XXVIII. de agri cultura Punice scripti, capta Karthagine ex senatus consulto in Latinam linguam conversi sunt. Num igitur, si cui fundus inspiciendus sit, Magonis Karthaginiensis sunt libri perdiscendi etc.? de orat. 1, 58, 249.

**Maia** et Iuppiter tertius, parentes Mercurii tertii, de n. d. 3, 22, 56. — Maia sanctissima, Pleias, Arat. v. 270. — *Maiia* geminata litt. *i* a Cicerone scripta, fragm. p. 353.

***Μακάρων νῆσοι***, ad Att 12, 3, 1.

**Mala Fortuna.** Eius ara Esquiliis, de n. d. 3, 25, 63. de leg. 2, 11, 28.

**Malchus**, fragm. p. 257.



**Malea**, promontorium Laconicae, ad fam. 4, 12, 1.

**Malleoli.** V. in **Publiciis Malleolis.**

**Mallius Glaucia**, cliens et familiaris T. Roscii Magni, pro Sex. Rosc. 7, 19. Ib. 34, 96.

**C. Mallius.** V. **C. Manlius.**

**C. Mallius**, Catilinarius. C. Mallius, Catilinae audaciae satelles atque administer, in Catil. 1, 3, 7. Ib. 1, 9, 23 et 24. — Malliana castra, Ib. 12, 30. — Mallius, centurio, in agro Faesulano castra posuit, Ib. 2, 6, 14. Ib. 2, 9, 20.

**Cn. Mallius Maximus.** Praelatus a. u. c. 649. in petitione consulatus Q. Catulo, pro Planc. 5, 12. pro Mur. 17, 36.

**Mamerci.** V. in **Aemiliis.**

**Q. Mamercus**, **Q. F.**, decurio Arpinas, eques Rom., tribunus mil. fuit Ciceronis in Cilicia, ad fam. 13, 11, 1.

**Mamertina** civitas, id est, Messana, Siciliae urbs, a Mamertinis, Campaniae olim populo, occupata, Verr. accusat. 2, 5, 13. Ib. 2, 46, 114. Ib. 3, 6, 13. Ib. 4, 10, 22. Ib. 5, 17, 41.

**Mamertini**, Messanae incolae, pro Balbo 23, 52.

**Mamilia** rogatio s. lex lata a. u. c. 644. a C. Mamilio Limetano trib. pl. de Iugurthae fautoribus, Brut. 33, 127. cl. ib. 34, 128.

**Mamilia lex**, de limitibus, de leg. 1, 21, 55.

**L. Mamilius**, homo frugalissimus, scriba Ciceronis quaestoris, Verr. accusat. 3, 78, 182.

**C. Mamilius Vitulus** praetor a. u. c. 547. colonos de oppidis Siculorum deduxit Agrigentum, Verr. accusat. 2, 50, 123.

**Octavius Mamilius**, dictator Tusculanus. Cum eo apud Regillum A. Postumius dictator proelio dimicavit a. u. c. 259., de n. d. 2, 2, 6. — Octavius Mamilius, a Tarquinio contra Romam excitatus, ad Att. 9, 10, 3.

**Mammei**, nomen corruptum, pro Rosc. Am. 32, 90.

**Mamurra.** Eius divitiae Caesaris liberalitati debitae Ciceroni non placent, ad Att. 7, 7, 6. cl. Ib. 13, 52, 1.

**C. Mancinus.** V. **C. Hostilius Mancinus.**

**Manes Di.** Deorum Manium iura sancta sunto, de leg. 2, 9, 22.

**Manilia** lex a C. Manilio trib. pleb. de bello Mithridatico per Cn. Pompeium administrando lata. In ea fuit ornandus Pompeius, orat. 29, 102. cl. or. de imp. Cn. Pomp.

**Manilia** lex de suffragiorum confusione, pro Mur. 23, 47.

**Manilianae** venalium vendendorum leges, i. e., actiones, formulae, de orat. 1, 58, 246. V. **M'. Manilius Nepos.**

**C. Manilius** trib. pl. a. u. c. 687. De eius lege de imperio Cn. Pompeii, cf. or. de imp. Cn. Pomp. 1, 1 sqq. — C. Manilius defensus a Cicerone a. u. c. 689., orat. fragm. p. 218. Cornel. prim. fragm. p. 209 sqq. — Eius causa recepta a Cicerone, Q. Cic. pet. cos. 13, 51.

**C. Manilius**, Falcidii gener, pro Flacco 37, 93.

**M'. Manilius Nepos** consul cum L. Marcio Censorino a. u. c. 605. — Habuit enim aediculas in Carinis et fundum in Labicano, parad. 6, 3, 50. Brut. 15, 61. Ib. 27, 106. — Multo minus prudenter quam P. Scaevola loqui putabatur, Ib.

28, 108. — Ei in Africam venit ad quartam legionem tribunus mil. Scipio Africanus minor, de r. p. 6, 9, 9. — Manilius, persona librorum de re publ., ad Att. 4, 16, 2. de r. p. 1, 12, 18. — Iuris civilis peritus, Ib. 1, 13, 20. cl. de orat. 1, 48, 212. — M'. Manilius ab omnibus de omnibus rebus consulebatur, Ib. 3, 33, 133. — Memoratur praeterea pro Caec. 24, 69. ad fam. 7, 8, 2. Ib. 7, 10, 2. Ib. 7, 22. ad Att. 12, 5, 3. de fin. 1, 4, 12. de am. 4, 14. — Ad eum referuntur Manilianae venalium vendendorum leges, id est, actiones, formulae, de orat. 1, 58, 246.

**T. Manilius**, senator circa a. u. c. 677., pro Rosc. com. 14, 43.

**Manliana** imperia, id est, severa, cuius modi fuerant T. Manlii Torquati Imperiosi, de fin. 2, 32, 105.

**Manlius**, ad Att. 1, 16, 16.

**Q. Manlius**, triumvir capitalis Romae, pro Cluent. 13, 38.

**Q. Manlius**, severissimus atque integerrimus iudex, tribunus pl. a. u. c. 685., Verr. act. 1, 10, 30.

**T. Manlius** testis in Verrem, Verr. accusat. 2, 8, 23.

**T. Manlius**, qui negotiabatur Thespiis, commendatur Ser. Sulpicio, ad fam. 13, 22, 1.

**T. Manlius Acidinus Fulvianus.** Maluginensis ille M. Scipio, quum ex centuria sua renunciaret Acidinum consulem praecoque dixisset: 'Dic de L. Manlio!' — 'Virum bonum', inquit, 'egregiumque civem esse arbitror,' de orat. 2, 64, 260. — Acidini, Luscini, Calatini, homines non solum honoribus rebusque gestis, verum etiam patientia paupertatis ornati, de lege agr. 2, 24, 64. P. Clodius omnes Catilinas Acidinos reddidit a. u. c. 697., ad Att. 4, 3, 2.

**C. Manlius Acidinus** filius, Athenis erat futurus a. u. c. 709., ad Att. 12, 32, 2. cl. ad fam. 4, 12, 2.

**M. Manlius Capitolinus.** Felicior Camillus exsulans quam temporibus iisdem Manlius, etiam si, id quod cupierat, regnare potuisset, fragm. p. 255. — M. Manlius regnum occupare voluisse dictus est, de r. p. 2, 27, 49. — M. Manlius quum ab ascensu Capitolii Gallorum impetum reppulisset a. u. c. 364., non fuit contentus beneficii sui gloria, regnum appetisse est iudicatus a. u. c. 371. Ergo eius domus eversa duobus lucis convestita est, de domo sua 38, 101. cl. Philipp. 2, 44, 114. — Propter unius M. Manlius scelus decreto gentis Manliae neminem patricium Marcum Manlium vocari licet, Ib. 1, 13, 32.

**Q. Manlius Chilo,** Catilinarius, pro quo nos scripsimus 'Q. Annius Chilo', Catil. 3, 6, 14. cl. Q. Cic. de pet. cos. 3, 10. Sallust. Catil. 17. et 50.

**L. Manlius Sosis,** Catinensis, commendatur Acilio, ad fam. 13, 30, 1.

**A. Manlius Torquatus**, cos. a. u. c. 510. et 513., ut videtur, de leg. 2, 22, 55.

**A. Manlius Torquatus**. Pro praetore Africam provinciam obtinuit a. u. c. 677. cum eoque Cn. Plancius eo profectus erat, pro Planc. 11, 27.

**A. Manlius A. F. Torquatus,** praetor, quaesitor in causa Miloniana a. u. c. 702. — Non modo Lucius (Torquatus), sed etiam Aulus profectus est a. u. c. 705., ad Att. 9, 8, 1. — Fautor Ciceronis difficillimis eius temporibus, de fin. 2, 22, 72. — A. Torquatus, optimus vir, amicus Attici, ad Att. 5, 1, 5. cf. ib. 5, 4, 2. Ib. 5, 21, 10. Ib. 6, 1, 6. Ib. 7, 14, 2. — A. Torquatum, Pompeianum, victo Pompeio Athenis exsulantem consolatur Cicero a. u. c. 709., ad fam. 6. ep. 1—4.



**L. Manlius, A. F. (Capitolinus) Imperiosus,** dictator a. u. c. 391. Ei diem dixit M. Pomponius trib. pl. perterrefactus a Tito, L. Manlii filio, qui postea est Torquatus appellatus, de off. 3, 31, 112.

**L. Manlius L. F. Torquatus,** consul a. u. c. 689. cum L. Aurelio Cotta, de divin. 1, 12, 19. de lege agr. 2, 17, 44. — Eius consiliis Cicero non interfuit, sed Hortensius, pro Sulla 4, 11 sqq. Ib. 10, 30. — Torquatus consul reo de pecuniis repetundis Catilinae fuit advocatus, Ib. 29, 81. — Eius animi fortitudo tempore coniurationis Catilinariae, Ib. 12, 34. — Torquatus de animadversione in Catilinarios dixit ante Catonem, ad Att. 12, 21, 1. — Ex Macedonia magnis rebus gestis Cicerone referente ab senatu imperator est appellatus, in Pison. 19, 44. Ib. 20, 47. — Pro Cicerone L. Pisonem consulem a. u. c. 696. deprecatus est, Ib. 31, 77 sq. — De eius facultate dicendi, Brut. 68, 239.

**L. Manlius Torquatus**, L. Manlii Torquati cos. a. u. c. 698. filius. De eius facultate dicendi et litteris, Brut. 76, 265. — L. Manlius Torquatus, filius, Ciceronem et in consulatu et in praetura maximo opere adiuvit, quum princeps, quum auctor, quum signifer esset iuventutis, pro Sulla 12, 34. — L. Manlius Torquatus, filius, accusator P. Sullae, Ib. 1, 2. Ib. 8, 25. Ib. 10, 30. — Torquatus adolescentulus per ambitus accusationem eripuit P. Sullae consulatum, eumque ad patrem suum rettulit, de fin. 2, 19, 62. — A. Gabinium P. Sulla postulavit a. u. c. 700. contra dicente et nihil obtinente Torquato, ad Att. 4, 16, 11. — L. Torquatus contra P. Sullam, Gabinii accusatorem, dixit a. u. c. 700. omnibusque libentibus non obtinuit, ad Q. fr. 3, 3, 2. — Fuit Epicurius, ad Att. 7, 2, 4. — Primum negabat Pompeium extra Italiam esse sequendum, quamquam postea consilium mutavit, Ib. 7, 12, 4. — Cum Cicerone erat V. Id. Febr. a. u. c. 705., Ib. 7, 23, 1. — L. Torquatus, Auli frater, Pompeianus proficiscitur ad bellum civile a. u. c. 705., Ib. 9, 8, 1. — L. Torquatus, Epicurius, loquens inducitur in libris de finibus, de fin. 1, 5, 13. — Confecit Cicero quinque libros περὶ τελῶν, ut Epicuria L. Torquato, Stoica M. Catoni, περιπατητικὰ M. Pisoni daret a. u. c. 709., ad Att. 13, 19, 4. Hinc 'Torquatus' liber I. de finibus appellatur, in quo Torquatus de Epicuria philosophia explicat, Ib. 13, 5, 1. cl. ib. 13, 32, 3.

**T. Manlius L. F. Torquatus** adolescens perterrefecit patris accusatorem M. Pomponium, ad Anienem Galli, quem ab eo provocatus occiderat, torque detracto cognomen invenit a. u. c. 393., cf. de fin. 2, 22, 75. Tuscul. 4, 22, 49. — Cuius tertio consulatu a. u. c. 414. Latini ad Veserim fusi et

fugati, magnus vir et qui perindulgens in patrem, idem acerbe severus in filium, de off. 3, 31, 112. cl. de fin. 1, 7, 23. — Imperiosus, Ib. 2, 19, 60.

**T. Manlius Torquatus.** Consul cum Cn. Octavio a. u. c. 589, eam severitatem in eo filio adhibuit, quem D. Silano emancipaverat, ut eum, Macedonum legatis accusantibus, quod pecunia praetorem in provincia cepisse arguerent, causam apud se dicere iuberet, reque ex utraque parte audita pronunciaret eum non talem videri fuisse in imperio, quales eius maiores fuissent, et in conspectum suum venire vetuit, de fin. 1, 7, 24. cl. ib. 1, 10, 34.

**T. Manlius Torquatus**, T. Torquati, qui sequitur pater, Brut. 70, 245.

**T. Manlius T. F. Torquatus.** De eius facultate dicendi, Brut. 70, 245. — T. Torquatus frater patruelis et socer A. Torquati, pro Planc. 11, 27.

**T. Manlius Torquatus**, optimus adolescens, pro Deiot. 11, 32. — De Ciceronis in eum officiis, ad Att. 13, 20, 1. cl. ib. 13, 21, 2. — Torquatus augur a. u. c. 709., Ib. 12, 17. — Torquatus, quaestor C. Pansae a. u. c. 711., ep. ad Brut. 1, 6.

**T. Manlius** praetor ex senatus consulto colonos de oppidis Siculorum deduxit Agrigentum, Verr. accusat. 2, 50, 123.

**Mantinea** oppidum Arcadiae. Ibi Epaminondas vicit Lacedaemonios, de fin. 2, 30, 97. ad fam. 5, 12, 5.

**Marathon**, oppidum Atticae prope mare Euboicum, ad quod victoriam Miltiade duce de Persis Athenienses consecuti sunt, de off. 1, 18, 61. ad Att. 9, 10, 3.

**Marathonius** taurus, Tuscul. 4, 22, 50.

**Marcelli** plebeii opponuntur **Claudiis** patriciis, de orat. 1, 39, 176.

**Marcellia.** V. in Claudiis p. 85. a.

**Marcianus**, ad Att. 12, 53.

**Marcii** quidam fratres, vates, mentis incitatione et permotione divina fuerunt, de divin. 1, 40, 80. cl. ib. 1, 50, 115. 2, 55, 113.

**Marcilius**, et eius filius M. Marcilius, ad fam. 13, 54.

**L. Marcius**, primi pili centurio, occisis Cn. et P. Scipionibus cum Gaditanis foedus icisse dicitur, pro Balbo 15, 34., unde foedus Marcianum, Ib. 17, 39.

**L. Marcius**, eques Romanus, advocatus Q. Ligarii, pro Lig. 11, 33.

**(Marcius) Censorinus**, unus de cohorte amicorum Q. Ciceronis in Asia provincia, ad Q. fr. 1, 2, 4. §. 13.

**(Marcius) Censorinus**, Antonii adsecula, Philipp. 11, 5, 11. — In bello hostis, in pace sector, Ib. 11, 14, 36. — Censorinus Antonianus, praetor a. u. c. 711., Ib. 12, 8, 20. Ib. 13, 2, 2.

**C. (Marcius) Censorinus**, orator Romanus, Brut. 67, 237. — Periit bello Sullano a. u. c. 672., Ib. 90, 311.

**L. Marcius Censorinus** consul cum M'. Manilio a. u. c. 605. Ad eum Clitomachus librum scripsit, Acad. pr. 2, 32, 102. ad Att. 12, 5, 3. Brut. 15, 61. Ib. 27, 106.

**Cn. Marcius Coriolanus** exsul Volscorum bello gravissimo interfuit: diversae narrationes de eius morte: comparatur cum Themistocle, Brut. 10, 41 sqq. cl.



de am. 12, 42. — Impie egit Coriolanus, qui auxilium petiit a Volscis, ad Att. 9, 10, 3. — Num si Coriolanus habuit amicos, ferre contra patriam arma illi cum Coriolano debuerunt? de am. 11, 36.

**(Marcius) Crispus**, coheres Mustelae, ad Att. 12, 5, 2. Ib. 13, 3, 1. Ib. 13, 5, 1.

**Q. Marcius (Crispus)**, vir fortis in primis, belli ac rei militaris peritus, familiaris Ciceronis, L. Pisonis legatus, in Pison. 23, 54. — Procos., Philipp. 11, 12, 30. — Q. Crispus et L. Murcus, imperatores, viri fortes optimique cives, in Syria exercitus C. Cassio tradiderunt a. u. c. 711., Cassius ad fam. 12, 11, 1. Ib. 12, 12, 3. — Q. Marcius Crispus legiones Syriacas tradidit C. Cassio, ep. ad Brut. 2, 5.

**C. Marcius Figulus** consul cum P. Scipione Nasica a. u. c. 592., de n. d. 2, 4, 10. — Figulus et Scipio cos. Ti. Gracchi litteris, quum augures indicassent eos vitio creatos esse, magistratu se abdicaverunt, de divin. 2, 35, 74. — Consul iterum fuit cum L. Lentulo a. u. c. 598., Brut. 20, 79.

**C. Marcius Figulus** consul cum L. Iulio Caesare a. u. c. 690., ad Att. 1, 2, 1. — Is de animadversione in Catilinarios dixit ante Catonem, Ib. 12, 21, 1. — Ei placuit Ciceronis consulatus, Philipp. 2, 5, 12. — Eius sepulcrum, de leg. 2, 25, 62.

**L. Marcius Q. F. Q. N. Philippus**, summa nobilitate et eloquentia, tribunus militum factus non est, pro Planc. 21, 52. — Eius dictum in tribunatu a. u. c. 650., quum legem agrariam ferret, non esse in civitate duo milia hominum, qui rem haberent, de off. 2, 21, 73. — L. Philippus, quum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., pro salute communi arma cepit, pro C. Rabir. perd. 7, 21. — L. Philippus in consulatus petitione a. u. c. 661. superatus a M. Herennio, Brut. 45, 166. Ib. 57, 207. Ib. 64, 230. Ib. 95, 326. pro Mur. 17, 36. — L. Marcius Philippus cos. cum Sex. Iulio Caesare a. u. c. 663. vehementius invehebatur in causam principum, de orat. 1, 7, 24. cl. ib. 3, 1, 2. Ib. §. 4. — L. Philippus uno tempore cum suis inimicissimis in gratiam rediit, quibus eum omnibus eadem res publ. conciliavit, quae alienarat, de prov. cons. 9, 21. — Liviae leges sublatae consilio Philippi consulis et auguris, de leg. 2, 12, 31. — L. Marcio Philippo et Sex. Iulio Caesare consulibus senatus statuit legibus Liviis non videri populum teneri, Corn. prim. fragm. 11. p. 210. — Suadebat senatui, ut Aegyptum vindicaret populo Rom. testamento Alexandri III. relictam, de lege agr. 2, 16, 42. — L. Marcius, M. Perperna censores a. u. c. 668., Verr. accusat. 1, 55, 143. — L. Philippus censor App. Claudium minorem (P. Clodii patrem), avunculum suum, praeteriit in recitando senatu, de domo sua 32, 84. — L. Philippus pro Cn. Pompeii bonis dixit senex a. u. c. 668., Brut. 64, 230. — Quid de Cn. Pompeio censuerit in senatu, de imp. Cn. Pomp. 21, 62. Philipp. 11, 8, 18. — Quid in Cinnae dominatione L. Philippus fecerit, ad Att. 8, 3, 6. — Non utilis L. Philippi sententia, quas civitates L. Sulla, pecunia

accepta, ex senatus consulto liberavisset, ut eae rursus vectigales essent, de off. 3, 22, 87. — A. u. c. 674. dixit pro Sex. Naevio contra P. Quinctium, pro Quinct. 21, 72. Ib. 24, 77. Ib. 26, 80. — L. Philippus gloriari solebat se sine ullo munere adeptum esse omnia, quae haberentur amplissima, de off. 2, 17, 59. — De eius eloquentiae laudibus, Brut. 47, 173. cl. ib. 50, 186. Ib. 57, 207. Ib. 88, 301. 89, 304. — Erat in eo multus lepos, de off. 1, 30, 108. — 'Fur' vocatus a Catulo, de orat. 2, 54, 220. — Eius dictum, Ib. 2, 60, 245. Aliud ib. 2, 61, 249. Ib. 2, 63, 255. — Imparatus veniebat ad orandas lites, Ib. 2, 78, 316. — Vitricus fuit Gellii, hominis seditiosi, fratris L. Gellii consulis a. u. c. 682., pro Sest. 51, 110.

**L. Marcius L. F. Q. N. Philippus,** cos. a. u. c. 698., ad Att. 5, 21, 11. Ib. 5, 12, 3. Ib. 5, 13, 3. — Atiam M. Atii Balbi Aricini filiam in matrimonium duxit, Philipp. 3, 6, 15. Ib. 3, 6, 17. — Philippus a. u. c. 705. neutrarum partium in bello civili Neapoli erat, ad Att. 9, 15, 4. cl. ib. 10, 4, 10. — Per iocum vocatur Amyntae filius, quia Amyntas pater fuit Philippi Macedonis, ad Att. 12, 9. Ib. 12, 16. Ib. 12, 18, 1. — Ad Philippum secundis Saturnalibus Caesar devertit a. u. c. 709., Ib. 13, 52, 1. — Philippus aut Marcellus movet. Alia erat Philippi et Marcelli ratio atque Ciceronis a. u. c. 710., Ib. 16, 14, 2. — Philippus Octavium privignum suum Caesarem non salutavit a. u. c. 710., Ib. 14, 12, 2. — L. Philippus, princeps civitatis a. u. c. 711., Philipp. 8, 10, 28. — Legatus ad Antonium, Ib. 9, 1, 1, ad fam. 12, 4, 1. fragm. p. 252.

**L. Marcius L. F. L. N. Philippus.** Praetor a. u. c. 710., Philipp. 3, 10, 25.

**Q. Marcius Philippus** consul cum Cn. Servilio a. u. c. 585., Brut. 20, 78.

**Q. (Marcius) Philippus** damnatus exsul Nuceriae vixit eiusque civitatis factus est civis, pro Balbo 11, 28.

**Q. Marcius Philippus** procos. Asiae a. u. c. 700. Ad eum scriptae sunt ad fam. 13. ep. 73 et 74.

**(Marcius) Rex.** Ad eum est ad fam. 13. ep. 52.

**Q. Marcius Rex** a M. Antonio defensus, de orat. 2, 28, 125.

**Q. Marcius Rex** consul cum L. Metello a. u. c. 686., in Pison. 4, 8. — Q. Marcius Rex censor signum Concordiae fecerat idque in publico collocarat. Hoc signum C. Cassius censor quum in curiam transtulisset, collegium pontificum consuluit, num quin esse causae videretur, quid id signum curiamque Concordiae dedicaret, de domo sua 50, 130.

**Q. Marcius Rex,** cui nupta fuerat Tertia, P. Clodii soror, in testamento Clodii mentionem nullam fecit, ad Att. 1, 16, 10.

**Q. Marcius Tremulus.** Statua Q. Tremuli, qui Hernicos devicit, ante Castoris, Philipp. 6, 5, 13.

**Mare Rubrum,** de n. d. 1, 35, 96.

**Maria lex,** quae pontes fecit angustos, de leg. 3, 17, 38.

**Mariana quercus** Arpini, a Cicerone celebrata in Mario, de leg. 1, 1, 2.



**Marianae aquae,** quae fuerant C. Marii apud Arpinum in ioco subobscoeno, ad Att. 1, 16, 10.

**Marianum** scutum Cimbricum sub Novis, in quo Gallus erat pictus, de orat. 2, 66, 266.

**Mario,** Ciceronis servus ab eo ad Tironem missus, ad fam. 16, 1, 2. Ib. 16, 2. Ib. 16, 3, 2. Ib. 16, 5, 1.

**C. Marius,** homo popularis, Acad. pr. 2, 5, 13. — In iracundia perseverans, Philipp. 11, 1, 1. — C. Marius, non litteris ad rei militaris scientiam, sed rebus gestis ac victoriis eruditus, pro Fonteio 15, 33. — Dirus fuit dies Sullanus C. Mario, ad Att. 10, 8, 7. — Non medio cribus inimicitiis ac laboribus contendit, ut ad summos honores perveniret, Verr. accusat. 5, 70, 181. — Multos inimicos habuit, de prov. cons. 8, 19. — C. Marius inimicus Q. Metelli Numidici, post red. ad Quir. 5, 11. — Eximie L. Plotium dilexit, cuius ingenio putabat ea quae gesserat posse celebrari, pro Archia 9, 20. — C. Marius tribunus pl. a. u. c. 635. tulit legem, quae pontes fecit angustos, de leg. 3, 17, 38. V. lex. Maria. — C. Marius, quum in Cappadocia esset, lege Domitia factus est augur, Ep. ad Brut. 1, 5. — C. Marius duabus aedilitatibus repulsus septiens consul est factus, pro Plancio 21, 51. — C. Marius, militem qui tribuum, qui ipsi vim adferebat, interfecerat, scelere solutum periculo liberavit, pro Milone 4, 9. Pseudocic. ad Octavium p. cl. 499. — Laudatur eius integritas in aestimatione frumenti, Verr. accusat. 3, 90, 209. — Bis Italiam obsidione et metu servitutis liberavit, in Catil. 4, 10, 21. — Laudatur propter Saturnini caedem, pro C. Rabirio perd. 10, 27. — C. Marius, idem cum Iugurtha, idem cum Cimbris, idem cum Teutonis bellum administravit, de imp. Cn. Pomp. 20, 60. — Amplissimae eius laudes, pro Balbo 20, 46 sqq. — Imperatorius ardor oculorum eius, Ib. 21, 49. — Eius vis atque virtus, Verr. accusat. 5, 10, 25. — C. Marius, conservator patriae, pro Sestio 16, 37. — Terror hostium, spes subsidiumque patriae, Ib. 17, 38. — C. Marius, influentes in Italiam Gallorum maximas copias repressit, non ipse ad eorum urbes sedesque penetravit, de prov. cons. 13, 32. — C. Marius secundis rebus unus ex fortunatis hominibus, adversis unus ex summis viris videbatur, parad. 2, 16. — C. Mario quum varices secarentur, principio vetuit se adligari, nec quisquam ante Marium solutus dicitur esse sectus. Crus tamen alterum non praebuit, Tuscul. 2, 22, 53. cl. ib. 2, 15, 35. — C. Marius, cum a spe consulatus longe abesset, Q. Metellum, cuius legatus erat, quum ab eo Romam missus esset, apud populum criminatus est. Itaque factus est ille quidem consul, sed a fide iustitiaque discessit, de off. 3, 20, 79. — C. Mario et Q. Catulo coss. a. u. c. 652. Romam venit Archias. Nactus est consules eos, quorum alter res ad scribendum maximas, alter quum res gestas tum etiam studium atque aures adhibere posset, pro Archia 3, 5. — Ei supplicatio de-

creta est quindecim dierum, de prov. cons. 11, 26. — C. Marius Q. Catulum mori iussit, de n. d. 3, 32, 80. cl. Tuscul. 5, 19, 56. ad Att. 9, 10, 3. — Utrum tandem C. Marius splendidior, quum eum C. Glaucia laudabat, an quum eumdem iratus postea vituperabat? de harusp. resp. 24, 51. — Religio C. Mario non fuit, quo minus C. Glauciam, de quo nihil nominatim erat decretum, praetorem occideret, in Catil. 3, 6, 15. — C. Marius cos. VI. quum L. Valerio Flacco, a. u. c. 654. interfecit Saturninum, Glauciam etc. pro C. Rabirio perd. 7, 20. in Catil. 1, 2, 4. Philipp. 8, 5, 15. — Cum Mario et Carbone Sulla bellum civile gessit, ne dominarentur indigni et ut clarissimorum hominum crudelissimam poeniretur necem, Philipp. 8, 2, 7. — Dissensit cum Mario L. Sulla. Horum uterque ita occidit victus, ut victor idem regnaverit, de harusp. resq. 24, 55. — Acerbissima Marii clades, de r. p. 1, 3, 6. — L. Sulla ex urbe eiecit C. Marium, in Catil. 3, 10, 24. — C. Marii acerbissima fuga a. u. c. 666. post reditum eius caedes omnium crudelissima, a. u. c. 667., de or. 3, 2, 8. — C. Marius expulsus, egens, in palude demersus, de fin. 2, 32, 105. — Mario sextum consuli Q. Metellus Creticus cedendum esse duxit, in Pison. 9, 20. — C. Marius, summa senectute, quum vim prope iustorum armorum profugisset, primo senile corpus paludibus occultavit demersum, deinde ad infimorum ac tenuissimorum hominum Minturnis misericordiam confugit, inde navigio perparvo, in oras Africae desertissimas pervenit, pro Sestio 22, 50. in Pison. 19, 43. — C. Marius, non modo a senatu non est restitutus, sed reditu suo senatum cunctum paene delevit, post red. in sen. 15, 38. post red. ad Quir. 3, 7. Marium vidit Cicero, quum esset summa senectute, non modo non infracto animo propter magnitudinem calamitatis, sed confirmato atque renovato etc., post red. ad Quir. 8, 19. — C. Marius maerorem orationis, qua M. Antonius M'. Aquilium defendit, multum lacrimis suis adiuvit, de orat. 2, 47, 196. — C. Marius adfinis L. Crassi, de orat. 1, 15, 66. — C. Marii monumentum est latericia Honoris Virtutis aedes de manubiis exstructa, in qua tropaea de Iugurtha, de Cimbris Teutonisque collocavit, pro Sestio 54, 116. — Item pro Plancio 32, 78. — C. Marius secundum quietem visus M. Tullio Ciceroni, de divin. 1, 28, 29. cl. ib. 2, 66, 136. — Eius monumentum, Ib. 1, 28, 59. Ib. 2, 68, 140. — Mortuus est senex septimum consul domui suae, de n. d. 3, 32, 81. — In eius funere a. u. c. 668. C. Fimbria curavit, ut vulneraretur Q. Scaevola pontifex maximus, pro Sex. Roscio 12, 33. — Marii sitas reliquias apud Anienem dissipari iussit Sulla victor, de leg. 2, 22, 56. — Marius memoratur etiam pro Sulla 7, 23. de off. 1, 22, 76. — Marius, Ciceronis de eo poëma, fragm. p. 338 sq. — Versus ex eo, de divin. 1, 47, 106. — V. **Minturnenses.**

**C. Marius** C. Marii septiens consulis filius ex adoptione, consul cum Cn. Papirio Carbone III. a.



u. c. 672. in magistratu una cum collega occisus, de lege agr. 3, 2, 6. Vocatur 'Marius alter', Philipp. 13, 1, 1.

**C. Marius C. F. C. N.** (Pseudomarius), a. u. c. 709. Quid Cicero a. u. c. 709. rogatus a Pseudomario, ut se defenderet, scripserit, ad Att. 12, 49, 1. cf. de eo Ib. 14, 6, 1. — De eius nece per Dolabellam, Ib. 14, 7, 1. Ib. 14, 8, 1. — Uncus impactus est a M. Antonio et P. Dolabella fugitivo illi, qui in C. Marii nomen invaserat, Philipp. 1, 2, 5.

**L. Marius L. F.** quaestor, successor Cn. Sallustii in Syria provincia, ad fam. 2, 17, 5.

**M. Marius**, pro Valentinis apud C. Verrem locutus est, Verr. accusat. 5, 16, 40.

**M. Marius**, familiaris Ciceronis, ad quem sunt ad fam. 7. ep. 1—4. Facetae laudes ei tribuuntur, ad Q. fr. 2, 8 (10), 2. — Et valetudine et natura imbecillior, Ib. §. 3. — De Mario scripsit Cicero ad Dolabellam accuratissime, ad Att. 15, 3, 1.

**Sex. Marius**, legatus Dolabellae a. u. c. 711, ad fam. 12, 15, 5.

**T. Marius**, ad fam. 5, 20, 4.

**M. Marius Gratidianus.** Brut. 45, 168. — Aptissimus turbulentis contionibus, Brut. 62, 223. — Excitabat fluctus in simpulo, ut dicitur, Gratidius, quos post filius eius Marius in Aegaeo excitavit mari, de leg. 3, 16, 36. — In praetura edictum de re nummaria cum caeteris praetoribus et tribunis plebi commune solus proponit callide et ea re gratiosissimus fuit, de off. 3, 20, 80. — Idem homo carissimus populo Romano, a Catilina vitibus caesus et crudelissime occisus, Q. Cic. de pet. cons. 3, 10. — Eius lis cum C. Sergio Orata, de orat. 1, 39, 177. de off. 3, 16, 67. — Memoratur etiam de orat. 2, 65, 262.

**Marrucini**, populi Italiae ad mare Hadriaticum prope Aternum fluvium, quorum caput fuit Teate Marrucinorum, Philipp. 7, 8, 23. pro Cluentio 69, 197.

**Mars**, Iovis et Iunonis filius. Mars et Venus tertia parentes Anterotis, de n. d. 3, 23, 59. — Mars, pater Romuli, de r. p. 2, 2, 4. — Martis templum ad viam Appiam, ad Q. fr. 3, 7, 1. — Martis signum sibi pacis auctori emptum esse Cicero non probat, ad fam. 7, 23, 2. — Mars pro bello, ad Her. 4, 32, 43. — *Ξυνὸς Ἐνυάλιος*, ad Att. 7, 8, 4. — Omnis belli Mars communis, ad fam. 6, 4, 1. cl. de orat. 3, 42, 167. pro Milone 21, 56. — Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignerari solet, Philipp. 14, 12, 32. — Martis stella, *πυρόεις*, de n. d. 2, 20, 53. Ib. 2, 46, 119. — Martis stella rutila horribilisque terris, de r. p. 6, 17, 17. — Stella Martis Saturnive ad ortus puerorum contraria, de div. 1, 39, 85.

**Marsi**, populus Latii, a quibus Italicum sive sociale bellum Marsicum aliquotiens a Cicerone dicitur, quod eius praecipui auctores fuerunt. — Marsi et Peligni, fortissimi viri, eorum tribus Sergia, in Vatinium 15, 36. — 'Marsi augures' contemptim apud Ennium in Satiris, quod superstitionibus antiquitus perquam erant dediti, de divin. 1, 58, 132.

**Marsicum bellum**, idem quod *sociale* sive *Italicum*, de divin. 1, 44, 99. Ib. 2, 27, 59. de lege agraria 2, 33, 90. et al.

**Marsus Octavius**. V. **Octavius Marsus**.

**Martia** legio. Ei praeesse solebat a. u. c. 711. Ser. Sulpicius Galba, ad fam. 10, 30, 1. — Nulla condicione potuit ad D. Brutum perduci, Ib. 11, 14, 2. Ib. 11, 19, 1. — Martia legio quum hostem populi Romani M. Antonium indicasset, comes esse eius amentiae noluit, reliquit consulem a. u. c. 710., consedit Albae (ad lacum Fucinum), Philipp. 3, 3, 6. Ib. 15, 39. Ib. 4, 2, 5. Ib. 5, 2, 4. ad fam. 11, 7, 2. — Martia legio, libertatis avida, eius impetus in proelio Mutinensi, Philipp. 14, 9, 26. — Ciceronis sententia de eius meritis et laude, Ib. 14, 14, 31. Ib. 14, 14, 38. — Eam in proelio Mutinensi interisse nunciabatur Pollioni, ad fam. 10, 33, 4.

**Martia** lupa, 'Romani nominis altrix fulminis ictu concidit', de divin. 1, 12, 20.

**Martiales** quidam Larini appellabantur ministri publici Martis atque ei deo veteribus institutis religionibusque Larinatium consecrati, pro Cluentio 15, 43.

**Martiales**, milites legionis Martiae, Philipp. 4, 2, 5.

**Martius Campus**, locus patens prope Tiberim, in quo comitia populi Rom. centuriata et tributa habebantur, Marti consecratus est a Bruto, ne Tarquiniis, quorum agri fuerant, reddi posset. — C. Herennius, tribunus plebi, fert, ut universus populus in campo Martio suffragium de re Clodii ferat, ad Att. 1, 18, 4. — Scribi sibi vult Cicero, utrum Caesar in Foeniculariam an in Martium campum cogitet, ad Att. 12, 8. — Gracchus augur, postquam in Sardiniam provinciam venit, recordatus est quid sibi in campo Martio comitia consulum habenti contra auspicia accidisset, ad Q. fr. 2, 2, 1. — P. Clodii de Cicerone ad populum in campo Martio contio, pro Sestio 50, 108. — In eum multi hora tertia obviam ierunt Murenae, pro Murena 33, 69. — De saeptis in Campo Martio tributis comitiis marmoris et tectis faciundis a. u. c. 700., ad Att. 4, 16, 14. — Martium campum coaedificare cogitabat Caesar a. u. c. 709., ad Att. 13, 33, 4. — De eo dividendo cogitasse L. Antonium, Philipp. 6, 5, 14.

**C. Marullus Epidius**, tribunus pl. a. u. c. 710. Eum Caesar dictator ob detractam Caesaris statuae fasciam tribunatu movit, Philipp. 13, 15, 31.

**Masinissa**, rex Numidarum. Eius laudes, de r. p. 6, 9, 9. — De viridi eius senectute, de sen. 10, 34. — De eius religione in restituendis rebus sacris per imprudentiam ablatis, Verr. accusat. 4, 46, 103.

**Maso** cognomen gentis **Papiriae**. V. **Papirios**. cl. pro Balbo 23, 53.

**Massicus** mons Campaniae, vino nobilis, de lege agr. 2, 25, 66.

**Massilia**, colonia Graecorum, urbs nobilis in Gallia Narbonensi, hodie *Marseille*. Eius civitatis disciplinam atque gravitatem laudat Cicero, pro Flacco 26, 63. — Ad exemplum amissi imperii portata est in triumpho Massilia et ex ea urbe triumphatum, sine qua numquam imperatores Rom. ex Transalpinis bellis triumpharunt, de off. 2, 8, 28. cl. Philipp. 8, 6, 18. — Massilia, urbs fortissimorum fidelissimorumque sociorum, pro Fonteio 1, 3. Ib. 16, 35. in Catil. 2, 6, 14.



**Massilienses**, Romanorum clientes, si per delectos et principes cives summa iustitia reguntur, inest tamen in ea condicione populi similitudo quaedam servitutis, de r. p. 1, 27, 43. cl. ib. 1, 28, 44. — Eis inimicus C. Caesar, Philipp. 2, 37, 93. — Memorantur ad Att. 10, 10, 4. — Massilienses Caesari restiterunt, unde Cicero colligit recte esse in Hispania, Ib. 10, 12, 6. — De Massiliensibus restituendis in pristinam condicionem (a. u. c. 710.), ad Att. 14, 14, 6. Philipp. 13, 15, 32.

**Mastanesosus**, regulus regionis Africae, in Vatin. 5, 12.

**Mater deum Magna Idaea**. De eius sacris a. u. c. 549. ex Phrygia Romam ascitis, de harusp. resp. 13, 27. — Sodalitates Catone quaestore, a. u. c. 550. constitutae sunt sacris Idaeis Magnae Matris acceptis, de sen. 13, 44. — Eius fanum apud Enguinos, Verr. accusat. 4, 44, 97.

**Matho**. V. in **Pomponiis**.

**P. Matinius**, M. Bruti familiaris. Eius lis cum Salaminiis Cypriis, ad Att. 5, 21, 10. Ib. 6, 1, 5. — Matinius, Scaptius, merae nugae, Ib. 6, 3, 5.

**C. Matius**, familiaris C. Trebatii, ad fam. 7, 15, 2. — Matius, homo temperatus et prudens, existimatus est semper auctor otii, ad Att. 9, 11, 2. Ib. 9, 12, 1. — Matii et Trebatii epistola ad Ciceronem, ad Att. 9, 15. A. — C. Matius, Caesaris amicus, ad fam. 6, 12, 2. — Ciceronis colloquium cum eo post Caesaris interitum. Perisse omnia aiebat, quod haud scio an ita sit: verum ille gaudens etc., ad Att. 14, 1, 1. — Madarum eum vocat ib. 14, 12, 2. Calvenam propter calvitiem, cl. ib. 14, 5. Ib. 14, 9, 3. Ib. 14, 4, 1. — Ciceronis ad eum epistola et Matii responsum, ad fam. 11, 27 et 28. — Matius ac Postumius procuratores ludorum Octavii, a. u. c. 710. Ciceroni non placent. Saserna collega dignus, ad Att. 15, 2, 3. cl. ib. 16, 11, 1.

**Mato**, inimicum M. Fadii, ad fam. 9, 25, 3.

**Matones**, sic pronunciatum, orat. 48, 160. V. **Matho** in **Pomponiis**.

**Matrinius**, scriba aedilicius M. Caelii Rufi, ad fam. 2, 15, 5.

**C. Matrinius**, eques Rom., vexatus a Q. Apronio, Verr. accusat. 3, 24, 60. — Vexatus a Verre, Ib. 5, 7, 15.

**D. Matrinius**, homo tenuis, scriba aedilicius. Eum Cicero defendit apud M. Iunium Q. Publicium praetores et M. Plaetorium C. Flaminium aediles curules, pro Cluentio 45, 126.

**T. Matrinius** Spoletinus, unus ex iis, quos C. Marius civitate donarat, propterea accusatus a L. Antistio, pro Balbo 21, 48.

**Matuta**. Ino Leucothea a Graecis, a Latinis Matuta dicitur, quum sit Cadmi filia, de n. d. 3, 19, 48. cl. Tuscul. 1, 12, 28.

**Mauri** equites in exercitu M. Antonii, ad fam. 10, 30, 3.

**Mausolus**, Cariae rex, Tuscul. 3, 31, 75.

**Mavors** dictus, qui *magna verteret*. de n. d. 2, 26, 67. cl. ib. 3, 24, 62. — 'Mavortis semine nati' Romulus et Remus, de divin. 1, 12, 20.

**Maximi**. V. in **Fabiis**.

**Maximus** significatur Q. Fabius Maximus Cunctator, de orat. 1, 48, 210.

**Meculonius**, pupillus, pro Flacco 20, 46.

**Medea**, duobus avis Sole et Oceano, Aeeta patre, matre Idyia procreata, soror Absyrti, num dea, de n. d. 3, 19, 48. Ib. 3, 26, 66. — Medea, picta a Timomacho, apud Cyzicenos, Verr. accusat. 4, 60, 135. — Cum Medea comparatur Mithridates, de imp. Cn. Pomp. 9, 22. — Medea Ennii, ad Her. 2, 22, 34. de inv. 1, 49, 91. pro Caelio 8, 18. Tuscul. 3, 26, 63. de fato 15, 35.

**Medi** populi Asiae maioris, ultra Tigridem, de off. 2, 12, 41.

**Mediolanensis** praeco, avus Pisonis, in Pison. 26, 62.

**Medus**, Pacuvii tragoedia, de off. 1, 31, 114.

**C. Megaboccus**. Damnatus est C. Megaboccus ex Sardinia, pro Scauro 2, 40. cl. ad Att 7, 2, 3.

**Megalenses** ludi, de harusp. resp. 12, 24.

**Megalensia**, ad fam. 2, 11, 2.

**Megara**, urbs Megaridis, Atticae confinis, ad fam. 4, 5, 4. de divin. 1, 27, 57. Ib. 2, 65, 135. ad Her. 1, 9, 14.

**Megarica** signa, id est, Megaris e lapide, qui illic nascitur, elaborata, ad Att. 1, 8, 2. Ib. 1, 9, 2.

**Megarici**. Eorum fuit nobilis disciplina, cuius princeps Xenophanes, dicti ab Euclide, Socratis discipulo, Megareo: id bonum solum esse dicebant, quod esset unum et simile et idem semper: hi quoque multa a Platone, Acad. pr. 2, 42, 129. — Megarici philosophi iam diu exstincti, de orat. 3, 17, 62. V. **Xenophanes**.

**Megaristus** Antandrius, ad Q. fr. 1, 2, 2. §. 4.

**Megillus** Lacedaemonius, qui inducitur loquens cum Socrate in Platonis dialogo de legibus, de leg. 1, 5, 15.

**Mela**, sodalis Antonii, Philipp. 13, 2, 3.

**Melampus**, Alco, Tmolus, Atrei filii, tertii Dioscuri, de n. d. 3, 21, 53.

**Melampus** vates, de leg. 2, 13, 33.

**Melanippa**. Duae Euripidis fabulae. Una ex iis expressa ab Accio commemoratur, Tuscul. 3, 9, 20. de off. 1, 31, 114., ita tamen ut in libris legatur Menalippa pro Melanippa.

**Melanthius** Rhodius, Academicus, Carneadis discipulus, Acad. pr. 2, 6, 16.

**Melete**, Thelxinoë, Aoede, Arche, Musae primae quattuor, natae Iove altero et Neda, de n. d. 3, 21, 54.

**Melissus** Samius. Dixit hoc, quod esset infinitum et immutabile, et fuisse semper et fore, Acad. pr. 2, 37, 118.

**Melita**, insula cum oppido, hodie *Malta*, Verr. accusat. 4, 46, 103. ad Att. 10, 7, 1. Ib. 10, 8, 10. Ib. 10, 9, 1. Ib. 10, 18, 2. — Melitae Ciceroni exsuli esse non licebat, ad Att. 3, 4. — Hinc Melitenses, Verr. accusat. 4, 18, 38.

**Melitensis** vestis, Verr. accusat. 2, 72, 176.



**C. et L. Memmii** fuerunt oratores mediocres, accusatores acres atque acerbi. In iudicium capitis multos vocaverunt, pro reis non saepe dixerunt, Brut. 36, 136. Fuerunt qui eosdem restituerent pro corrupto *Mammeos*, pro Sex. Roscio 32, 90.

**C. Memmius**. C. Memmius trib. pl. 643., homo nobilitati infestissimus, accusavit L. Calpurnium Bestiam, a Iugurtha pecuniis corruptum, de orat. 2, 70, 283. M. Aemilii Scauri testimonio in C. Memmium creditum non est, pro Font. 7, 14. — C. Memmius irrisus a L. Crasso, de orat. 2, 59, 240. — Significatur is etiam de orat. 2, 59, 240. Ib. 2, 66, 267. — L. Saturninus C. Memmium occidit, in Catil. 4, 2, 4.

**C. Memmius L. F. Gemellus**, trib. pl., a. u. c. 688. praetor 696. — Perfectus litteris, sed Graecis, fastidiosus sane Latinarum, argutus orator verbisque dulcis, sed fugiens non modo dicendi, verum etiam cogitandi laborem, tantum sibi de facultate detraxit, quantum imminuit industriae, Brut. 70, 247. — C. Memmius, quaestor Cn. Pompeii in Hispania bello Sertoriano, pro Balbo 2, 5. — Aedilis curulis a. u. c. 694. rem habuit cum M. Luculli uxore, quapropter Paris appellatur a Cicerone, ad Att. 1, 18, 3. — Praetor Ciceroni favebat, ad Q. fr. 1, 2, 5. §. 15. — C. Memmius praetor P. Vatinium adesse iubet, quaestionem in eum habiturus lege Licinia et Iunia, in Vatinium 14, 33. — Eius odium in P. Clodium, ad Att. 2, 12, 2. — Memmium Caesaris omnes opes confirmant. Cum eo Domitium consules iunxerunt a. u. c. 700., ad Att. 4, 15, 7. — Memmii coitio a. u. c. 700., ad Q. fr. 2, 14 (15 b), 4. — Memmii enunciatio valde Caesari displicuit, ad Att. 4, 16, 6. pactionem enim ipse et competitor Domitius cum Appio Claudio et Domitio Ahenobarbo coss. de consulatu fecerant, Ib. 4, 18, 2. — Accusat Domitium Calvinum, Ib. 4, 18, 8. — In petitione consulatus Caesaris commendatur militibus, Ib. 4, 17, 2. — De ambitu postulatus a Q. Curtio, a. u. c. 700. Caesaris adventu se sperat futurum consulem. Sed mirum in modum iacet, ad Q. fr. 3, 2, 3. Ib. 3, 8, 3. C. Memmius Gemellus 'cliens Ciceronis', quum in calamitate exsilii sui Patrensis civis factus esset, adolescentem filium Lysonis Patrensium legibus adoptavit, ad fam. 13, 19, 2. — Memmius pridie, quam Cicero Athenas venit a. u. c. 703., Mytilenas profectus erat, ad Att. 5, 11, 6. — De Memmio restituendo, ut Curio cogitet, Atticum audisse putat Cicero, Ib. Lib. 6, 1, 23. fragm. p. 256. — — Ciceronis epistolae ad eum missae, ad fam. 13, 1—3.

**C. Memmius**, tribunus pl. cum L. Captione de pecuniis repetundis postulavit A. Gabinium a. u. c. 700., ad Q. fr. 3, 1, 5. §. 15. — cf. ib. §. 16. Ib. 3, 2, 1. — De ambitu postulavit Domitium, Ib. §. 3. — Gabinium de ambitu reum fecit P. Sulla, subscribente privigno Memmio, fratre Caecilio, Sulla filio, Ib. 3, 3, 2. — C. Memmius Gabinio condemnato lege Iulia de pecuniis repetundis accusavit de pecuniis residuis C. Rabirium Postumum, pro Rab.

Postumo 3, 7. — Fausti Sullae ad C. Memmium litterae, pro Sulla 19, 55.

**L. Memmius**, pater C. Memmii Gemelli, Brut. 70, 247. Ib. 89, 304.

**P. Memmius**, testis in causa A. Caecinae, pro Caecina 10, 26.

**Menaeni** incolae Menarum Siciliae oppidi, Verr. accusat. 3, 22, 55. Ib. 3, 43, 102.

**Menalippa**. V. **Melanippa**.

**Menalius**, pater Vulcani quarti, de n. d. 3, 22, 55.

**Menander**, poëta comicus Graecus. Menander Homeri noluit esse similis. Genus enim erat aliud, de opt. gen. orat. 2, 6. Ib. 6, 18. fragm. p. 338. — Eius Synephebi et Andria, de fin. 1, 2, 4.

**Menander**, servus Ciceronis, ad fam. 16, 13.

**Menecles** Alabandeus et Hierocles, frater eius, quorum utriusque orationes sunt in primis, ut Asiatico in genere, laudabiles, Brut. 95, 325. — Hortensius habebat Menecium illud studium crebrarum venustarumque sententiarum etc. Ib. 95, 326. — Menecles et Hierocles eius frater, Alabandenses, rhetores. Eum audivit M. Antonius orator, tota Asia imitabatur, de orat. 2, 23, 95. — Menecles, Hieroclis frater, rhetor Asiaticus, orat. 69, 231.

**Menedemus**. Ab eo, quod is Eretria fuit, Eretriaci appellati, quorum omne bonum in mente positum et mentis acie, qua verum cerneretur, Acad. pr. 2, 42, 129.

**Menedemus** Atheniensis, rhetor, de orat. 1, 19, 85.

**Menedemus**, Graeculus nequissimus, civitate donatus, hospes Caesaris, securi percussus, Philipp. 13, 16, 33. cf. ad Att. 15, 2, 2. Ib. 15, 4, 4.

**Menelaus**, Agamemnonis frater. Eum dulcem quidem tradit Homerus, sed pauca dicentem, Brut. 13, 50. — Menelao Laconi quaedam fuit suaviloquens iucunditas, de r. p. 5, 9, 11. ad Her. 3, 21, 34. orat. 22, 74.

**Menelaus** per iocum vocatur M. Lucullus, quia eius uxor a Memmio stuprata erat, ad Att. 1, 18, 3.

**Menelaus** Marathenus, rhetor Graecus, Brut. 26, 100.

**Menenia** tribus, ad fam. 13, 9, 2.

**Menexenus** Platonis, de orat. 44, 151.

**Menippus**. Eum imitatus, non interpretatus est Varro, Acad. post. 1, 2, 8.

**Menippus** Stratonicensis, orator Asiaticus, Brut. 91, 315.

**Meniscus** Entellinus, ad iudicium Verrinum legatus publice missus cum Sositheo et Artemone, Verr. accusat. 3, 87, 200.

**Meno**, dialogus Platonis, Tuscul. 1, 24, 57.

**Meno**, pro Fundan. fragm. 2. p. 216.

**Menocritus**, P. Lentuli Spintheris libertus, ad fam. 1, 9, 23.

**Menoeceus**, Creontis filius, oraculo edito largitus est patriae suum sanguinem, Tuscul. 1, 48, 116.

**Menophilus**, glutinator, Attici servus, quo Cicero usus est in instruenda bibliotheca sua, ad Att. 4, 8 a, 2.

**Mens** dea. Eius cultus de leg. 2, 8, 19. Ib. 2. 11, 28. — Fides, Mens, quas in Capitolio dedicavit M. Aemilius Scaurus, de n. d. 2, 23, 61. Ib. 3, 18, 47.

**Mentor**. Homeri illa Minerva simulata Mentori, ad Att. 9, 8, 2.



**Mentor** caelator argenti primarius, floruit a. ante Chr. n. 356. Pocula quaedam, quae Thericlia nominantur, Mentoris manu summo artificio facta, a Diodoro Melitensi abstulit C. Verres, Verr. accusat. 4, 18, 38.

**Menula** Anagninus. P. Clodius legem de iniuriis publicis tulit Anagnino nescio cui Menulae per gratiam, qui illi ob eam legem statuam in Ciceronis aedibus posuit, de domo sua 30, 81.

**Mercuriales**. Collegium Romae, Mercurio dicatum, in quo erant etiam equites Romani, ad Q. fr. 2, 5, 2.

**Mercurius**. V. **Hermes**. — Mercurius unus Caelo patre, Dia matre natus, alter Valentis et Coronidis filius, tertius Iove tertio natus et Maia, quartus Nilo patre, quintus, quem colunt Pheneatae, de n. d. 3, 22, 56. — Mercurius et Diana prima parentes Cupidinis primi, Mercurius et Venus secunda parentes Cupidinis secundi, de n. d. 3, 23, 59 et 60. — Mercurius secundus, eius frater Aesculapius secundus, de n. d. 3, 22, 57. — Mercurius eiusque signum positum a C. Verre, Verr. accusat. 5, 72, 185. — Mercurii stella, στίλβων, de n. d. 2, 20, 53. — Sancta Mercurii stella et Lucifer cursum habent Solis celeritati parem, Tim. 9, de r. p. 6, 17, 17.

**Merope**, Pleias, Arat. v. 269.

**L. Mescinius Rufus**, quaestor Ciceronis in Cilicia, commendatur Ser. Sulpicio, ad fam. 13, 26, 1. Ib. 13, 28, 1. Ib. 16, 4, 3. Ib. 16, 9, 4. — Mescinius, homo levis, libidinosus, sagax, ad Att. 6, 3, 1. — Nihil minus probari poterat quam quaestor Mescinius, Ib. 6, 4, 1. Ib. 6. 7, 2. — Laudatur ad fam. 5, 19. — Eius epistola ad Ciceronem, ad fam. 5, 20. — Eumdem consolatur Cicero, Ib. 5, 21.

**Mesopotamia** regio Asiae inter Euphratem et Tigridem. Eam fertilem efficit Euphrates, de n. d. 2, 52, 130. — Graece scribitur *Μεσοποταμία*, ad Att. 9, 11, 4.

**Messala**. V. **M. Valerius Messala**.

**Messana** urbs Siciliae ad fretum posita, quae et Mamertina civitas dicitur, Verr. 2, 5, 13. — Messana omnium Verris furtorum ac praedarum receptrix, Verr. accusat. 4, 67, 150. — Messana adiutrix scelerum C. Verris, libidinum testis, praedarum ac furtorum receptrix, Verr. accusat. 4, 8, 17.

**Messidius**, ad Q. fr. 3, 1, 1. §. 1.

**P. Messienus**, eques Romanus, commendatur P. Caesio, ad fam. 13, 51.

**C. Messius**, tribunus pl. a. u. c. 697. Legem separatim initio de salute Ciceronis promulgavit, post red. in sen. 8, 21. — Messius a. u. c. 697. lege sua Pompeio omnis pecuniae dedit potestatem et adiunxit classem et exercitum et maius imperium in provinciis, quam esset eorum, qui eas obtinerent, ad Att. 4, 1, 7. — Messius a. u. c. 700. defendebatur a Cicerone, e legatione revocatus. Nam eum Caesari legarat Appius, ad Att. 4, 15, 9. — C. Messius, familiaris Pompeii, ad Att. 8, 11. D. 2.

**Metapontum**, Magnae Graeciae oppidum primum a Tarento ad mare situm, de fin. 5, 2, 4.

**Metella**, filia L. Caecilii Metelli Delmatici, mater M. Aemilii Scauri, a Cicerone defensi, pro Sestio 47, 101.

**Metella**, uxor P. Lentuli Spintheris, ad Att. 11, 23, 3. Ib. 13, 7, 1.

**Metelli**. V. **Caecilii Metelli.**

**Methymnaeus** Arion, Tuscul. 2, 27, 67.

**Meto**, debitor Ciceronis, ad Att. 12, 3, 2., ubi significatur una astronomus Graecus eodem nomine, Ib. 12, 51, 3.

**Metras.** Metram et Athenaeum, importunitate Athenaidis exsilio multatos, maxima apud Ariobarzanem, Cappadociae regem, auctoritate gratiaque Cicero constituit, ad fam. 15, 4, 6.

**Metrilius Philemo**, nomen olim corruptum pro *M. Aemilius Philemo*, ad fam. 7, 18, 3.

**Metrodorus** Chius, qui Democritum maxime est admiratus, initio libri de natura quid dixerit, Acad. pr. 2, 23, 73.

**Metrodorus**, Epicurius, Atheniensis septem annis ante Epicurum mortuus a. ante Chr. n. 277. — Metrodorus, paene alter Epicurus, quibus verbis beatum esse describat, de fin. 2, 28, 92. Ib. 2, 30, 99. Ib. 2, 31, 101. — Metrodorus perfecte eum putat beatum, cui corpus bene constitutum et exploratum sit ita semper fore, Tuscul. 2, 6, 17. — Metrodorum non putat Cicero ipsum professum se esse sapientem, sed, quum appellaretur ab Epicuro, repudiare tantum beneficium noluisse, de fin. 2, 3, 7. — Accusat Timocratem, fratrem suum, quod dubitet omnia, quae ad beatam vitam pertineant, ventre metiri, de n. d. 1, 40, 113. — Metrodorus melioribus etiam verbis quam Epicurus 'Occupavi te, inquit, fortuna, atque cepi omnesque aditus tuos interclusi, ut ad me aspirare non posses', Tuscul. 5, 9, 27. — Metrodorum et Epicurum non fere praeter suos quisquam in manus sumit, Tuscul. 2, 3, 8. cl. de n. d. 1, 31, 86. — Contra Pythagoram, Platonem Empedoclemque dixit, Ib. 1, 33, 93. — Memoratur etiam Tuscul. 5, 37, 108.

**Metrodorus** Scepsius, rhetor et philosophus Academicus, natus circa a. ante Chr. n. 160. — Summus homo et divina prope memoria, de orat. 2, 88, 360. Ib. 2, 90, 365. cl. Tuscul. 1, 24, 59. fragm. p. 344 sq. — Metrodorus, aequalis fere L. Crassi, ex Academia rhetor, a Crasso in Asia gustatus, de orat. 3, 20, 75.

**Metrodorus** Stratoniceus, Carneadis auditor, hominum omnium in dicendo acerrimus et copiosissimus, de orat. 1, 11, 45. — Metrodorus Stratoniceus, Academicus, bene nosse Carneadem putabatur, Acad. pr. 2, 6, 16. — Clitomacho plus de Carneade quam Philoni aut Metrodoro credit Cicero, Ib. 2, 24, 78.

**Metrodorus**, medicus, libertus a. u. c. 710, ad Att. 15, 1. B., 2. ad fam. 16, 20.

**Mettius.** Cum eo et Herode Athenis tum versantibus Attico erat aliquid negotii, quod Cicero ut curaret ille eum rogaverat, ad Att. 15, 27, 3.

**Metus**, deus, de n. d. 3, 17, 44.

**Metuscilius**, v. **M. Tuscilius.**

**Micio**, persona Terentiana, de inv. 1, 19, 27.



**Midaeenses**, incolae oppidi Midaei in Phrygia Epicteto ad fl. Sangarium, ad fam. 3, 8, 3.

**Midas**, rex Phrygiae, quum puer esset, dormienti formicae in os tritici grana congesserunt, de divin. 1, 36, 78. Ib. 2, 31, 66. — Fabula de Sileno a Mida capto, Tuscul. 1, 48, 114. cl. fragm. p. 291.

**Milesia** mulier, quod ab heredibus secundis accepta pecunia partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis est damnata, pro Cluentio 11, 32.

**Milesii.** Quid Milesiis lanae publicae abstulerit C. Verres, dicere praetermittit Cicero, Verr. accusat. 1, 34, 86. — Decem naves iussu L. Murenae populus Milesius ex pecunia vectigali populo Rom. fecit, sicut pro sua quaeque parte Asiae caeterae civitates, Ib. 1, 35, 90. Milesius Thales, de divin. 1, 49, 111.

**Miletus**, urbs Ioniae, ad Att. 9, 9, 2. de lege agr. 2, 15, 39.

**T. Milo.** V. **T. Annius Milo.**

**Milon** Crotoniates, athleta, de fato 13, 30. de sen. 9, 27. Ib. 10, 33.

**Miloniana** oratio Ciceronis, orat. 49, 165.

**Miltiades**, victor domitorque Persarum, nondum sanatis vulneribus iis, quae corpore adverso in clarissima victoria acceperat, vitam ex hostium telis servatam in civium vinculis profudit, de r. p. 1, 3, 5. — Miltiadis calamitas, qui Athenas servarat, pro Sestio 67, 141. — Miltiadis tropaea e somno suscitabant Themistoclem, Tuscul. 4, 19, 44.

**Milyadum commune**, a Cn. Dolabella et C. Verre vexatum et spoliatum, Verr. accusat. 1, 38, 95.

**Mimas** mons superpositus Erythraeo oppido, fragm. p. 348. ad Att. 16, 13. a, 2.

**M. Mindius**, frater L. Mescinii Rufi, negotiator Achaicus, ad fam. 5, 20, 2. Ib. 13, 26, 2. — Eius uxor Oppia, Ib. 13, 28, 2.

**Mindius Marcellus**, sector infamis, similis P. Sullae, ad fam. 15, 17, 2.

**Minerva** dicta, quae vel *minueret* vel *minaretur*, de n. d. 2, 26, 67. cl. ib. 2, 24, 62. — Minerva prima, Apollinis mater, secunda orta Nilo, tertia Iove generata, quarta Iove nata et Coryphe, quinta Pallantis, de n. d. 3, 23, 59. — E Vulcano primo et Minerva natus Apollo is, cuius in tutela Athenas antiqui historici esse voluerunt, de n. d. 3, 22, 55. Ib. 3, 23, 59. — Minervam principem et inventricem belli Iuppiter secundus genuisse dicitur, de n. d. 3, 21, 53. — Minerva caesios habet oculos, Ib. 1, 30, 83. — Galeata, Ib. 1, 36, 100. — 'Minerva sine medico medicinam dat', de divin. 2, 59, 123. — Minerva Homeri simulata Mentori, ad Att. 9, 8, 2. — Minervae ortus a Diogene Babylonio ad physiologiam traductus diiunctusque a fabula, de n. d. 1, 15, 41. — Quinquatribus XIV. Kal. April. a. u. c. 711. senatus decrevit, ut Minerva Ciceronis, custos urbis, quam turbo deiecerat, restitueretur, ad fam. 12, 25, 1. — Minervam custodem urbis violari ab impiis passus non est Cicero, eamque ex sua domo in ipsius patris domum detulit, de leg. 2, 17, 42. — Minerva, custos urbis, de domo sua 57, 144. — Eius signum ex ebore pulcherrimum

Phidias fecit Athenis, Brut. 73, 257. de orat. 2, 9. paradox. prooem. 5. — Ἑρμῆς commune omnium et Minerva singulare est insigne mei gymnasii, ad Att. 1, 4, 3. — Minerva artes Ciceronem docuit, fragm. p. 342. — Etsi non sus Minervam, ut aiunt, tamen inepte, quisquis Minervam docet, Acad. post. 1, 5, 18.

**Minos.** Cretum quidem leges, quas sive Iuppiter sive Minos sanxit, de Iovis quidem sententia, laboribus erudiunt iuventutem, venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, aestuando, Tuscul. 2, 14, 34. — Minos Cretum νομοθέτης, de r. p. 2, 1, 2. — Minos et Rhadamanthus, inexorabiles iudices apud inferos, Tuscul. 1, 5, 10. Ib. 1, 41, 98. de off. 1, 28, 97.

**Minotaurus.** Minotaurum iocose appellat Calvisium, Q. Cornificii aemulum et inimicum, 'cum summa offensione Minotauri', id est, Calvisii et Tauri, ad fam. 12, 25, 1.

**Minturnae,** oppidum Auruncorum in confinio Campaniae et Latii ad Liris ostia. — Salicta ad Minturnas vendere volebat P. Rullus, de lege agr. 2, 14, 36. — C. Marius demersus in Minturnensium paludibus, in Pison. 19, 43. — Minturnenses coloni, quod C. Marium e civili ferro atque ex impiis manibus eripuerunt, aeterna in laude versantur, pro Plancio 10, 26. Marius in paludibus demersus concursu ac misericordia Minturnensium corpus ac vitam conservavit, post redit. ad Quir. 8, 20. pro Sest. 22, 50. ad Att. 5, 1, 5. Ib. 5, 3, 2. Ib. 7, 13, 5. Ib. 16, 10, 1.

**Minucia** porticus, facta a M. Minucio Rufo, Philipp. 2, 34, 84.

**Minucia** via, Roma a porta Minucia Brundisium, ad Att. 9, 6, 1.

**Minucius** quidam mortuus est ante C. Verrem praetorem urbanum. Eius testamentum erat nullum: lege hereditas ad gentem Minuciam veniebat, Verr. accusat. 1, 45, 115.

**Minucius,** fortasse Minucius Rufus. Ad Minucium Tarentum vult scribere Cicero, ad Att. 11, 14, 3. Ib. 11, 15, 2. ad Q. fr. 3, 1, 6. §. 21.

**Cn. Minucius.** De Cn. Minucio, quem Cornificius quibusdam litteris ad caelum laudibus extulerat, rumores duriores erant, ad fam. 12, 25. a. 7.

**Minucius Basilus.** Basili bustum, ad Att. 7, 9, 1.

**L. Minucius Basilus,** locuples homo. Eius testamentum quidam e Graecia attulerunt, de off. 3, 18, 73. — Avunculus M. Satrii, cui testamento adoptato ipsi quoque postea nomen fuit L. Minucii Basili, Ib. 3, 18, 74.

**L. Minucius Basilus,** proprie M. Satrius, Caesaris legatus: postea inter Caesaris percussores fuit, ad Att. 11, 5, 3. — Ei de Caesaris caede congratulatur Cicero, ad fam. 6, 15.

**(Minucius) Basilus,** homo nequam, Philipp. 2, 41, 107.

**M. Minucius Basilus** in iudiciis publicis florente re publ. floruit, pro Cluent. 38, 107.

**Q. Minucius Rufus,** consul cum C. Cornelio Cethego, a. u. c. 557., Brut. 18, 73.

**Q. Minucius Rufus,** eques Rom. causam Sopatri Halicyensis defendit apud C. Verrem, Verr accusat. 2, 28, 69. — Negotiabatur Syracusis, Ib. 2, 30, 73. Ib. 2, 33, 80. cf. ib. 3, 64, 148. — Testis in C. Verrem, Verr. accusat. 4, 27, 63. Ib. 4, 31, 70.



**A. Minucius Thermus,** a Cicerone defensus a. u. c. 695. et absolutus, pro Flacco 39, 98.

**Q. Minucius Thermus,** inops ab amicis et existimatione in petitione consulatus a. u. c. 689., ad Att. 1, 1, 2. — Curator viae Flaminiae, Ib.

**Q. Minucius Thermus,** a. u. c. 702—704. pro praetore Asiam obtinebat a. u. c. 702 — 704. Ad eum scriptae sunt ad fam. 13, ep. 33—57. ad Att. 5, 13, 2. Ib. 5, 20, 10. Ib. 5, 21, 14. — Valde se honeste gerit, Ib. 6, 1, 13. ad fam. 2, 17, 6. — Ad eum scripta est Ib. 2. ep. 18. — Thermus, Pompeianus, Iguvii agebat mense Ianuario a. u. c. 705., ad Att. 7, 13 b, 7. Ib. 7, 23, 1. — Q. Thermus, praetorius, a M. Lepido a. u. c. 711. legatus missus ad Sex. Pompeium, Philipp. 13, 6, 13.

**Misenum** promontorium, portus et oppidum Campaniae, ubi M. Antonii oratoris villa erat, de orat. 2, 14, 60. — Item M. Antonii postea triumviri, Philipp. 2, 19, 48. ad Att. 10, 8, 10. Ib. 14, 20, 2. Ib. 15, 1, 2. — Misenum a praedonibus Ciliciensibus vexatum, de imp. Cn. Pomp. 12, 33. — Τοποθεσία Miseni et Puteolorum a Cicerone elaborata, ad Att. 1, 13, 5.

**Miseria** dea, de n. d. 3, 17, 44.

**Mithridates VI. Eupater** sive *Magnus*, natus circa a. u. c. 619. (ante Chr. n. 135.) Ponti rex, a. u. c. 691. (a. Chr. n. 63.) se ipse interfecit. — Mithridates rex post Alexandrum maximus, L. Lucullum a se maiorem ducem cognitum quam quemquam eorum quos legisset fatebatur, Acad. pr. 2, 1, 3. — Mithridatem rerum gestarum magnitudine, omnibus regibus, quibuscum populus Romanus bellum gessit, anteponendum esse, pro Murena 15, 32 sqq. — Mithridatis epistola Tralles et Pergamum missa, quae caedem civium Romanorum iubebat, pro Flacco 24, 57. — In ornandis studiosior quam in spoliandis Trallianis fuit, Ib. 25, 59. — Mithridatem Asiatici deum, illum patrem, illum conservatorem Asiae, illum Euium, Nysium, Bacchum, Liberum nominabant. Ib. 25, 60. — Cappadox contemptim nominatur. Ib. 25, 61. — Rhodii prope soli bellum cum Mithridate rege gesserunt, Verr. accusat. 2, 65, 159. — Res a L. Lucullo adversus eum gestae, de imp. Cn. Pomp. 8, 20. cf. ib. 2, 4. — Comparatur Medeae, Ib. 9, 22. — Exceptus a Tigrane, Ib. 9, 23. — Mithridates in Asia, quum eam provinciam totam occupasset, Mucia non sustulit, Verr. accusat. 2, 21, 51. — Mithridates, nondum prorsus debellatus a. u. c. 691., de lege agr. 2, 19, 52. — Mithridates ad Cn. Pompeium legatum usque in Hispaniam misit, de imp. Cn. Pomp. 14, 46. — Rullus, tribunus pl., iussit eos agros venire, quos rex Mithridates in Paphlagonia, Ponto Cappadociaque possederit, de lege agr. 1, 2, 6. Ib. 2, 19, 51.

**Mithridates** Pergamenus, unus e Graecis comitibus Caesaris, in Deiotari tetrarchia a Caesare col-

locatus, Philipp. 2, 37, 94. de divin. 2, 37, 79.

**Mithridates** Phryx, Pergamenorum multitudinem non auctoritate sua, sed sagina tenebat, pro Flacco 7, 17. — Columen actionis D. Laelii in L. Flaccum, Ib. 17, 41.

**Mithridaticum** bellum magnum atque difficile et in multa varietate terra marique versatum totum ab Archia expressum est, pro Archia 9, 21. — Mithridaticum bellum omne cum mulierculis gestum esse dicebat M. Cato, pro Murena 14, 31. Acad. pr. 2, 1, 1.

**Mitylenaeus.** V. **Mytilenaeus.**

**Mitylenaei.** V. **Mytilenaei.**

**Mitylenae.** V. **Mytilenae.**

**Mnasistratus** Leontinus, testis in C. Verrem, Verr. accusat. 3, 46, 109.

**Mnesarchus** Stoicus, Panaetii auditor circa a. u. c. 645., de orat. 1, 11, 45. cl. ib. 1, 18, 83. de fin. 1, 2, 6. — Mnesarchus, Antiochi aequalis, Athenis princeps Stoicorum cum Dardano, Acad. pr. 2, 22, 69. Acad. post. 1. fragm. 2, p. 17.

**Mnemosyne.** E Iove tertio et Mnemosyne procreatae Musae secundae novem, de n. d. 3, 21, 54.

**M. Modius**, eques Romanus, testis in C. Verrem, Verr. accusat. 2, 48, 119.

**Moeragenes**, latronum dux in Tauro monte, ad Att. 5, 15, 3. Ib. 6, 1, 13.

**Molo.** V. **Apollonius Molonis.** — Molo Rhodius, Apollonius Molonis. ad Att. 2, 1, 9.

**Molossi**, populus Epiri, de divin. 1, 34, 76.

**Moneta** dea, *Μνημοσύνη* diversa a Iunone Moneta, de n. d. 3, 18, 47. — **Iuno Moneta**, de divin. 1, 45, 101. ad Att. 8, 7, 5. Philipp. 7, 1, 1.

**Mons sacer.** Plebeii montem illum trans Anienem, qui hodie Mons Sacer nominatur, in quo armati consederant, aeternae memoriae causa consecrarunt, Cornel. prim. fragm. 23. p. 212. — A. u. c. 261. plebs Montem Sacrum prius, deinde Aventinum occupavit, de r. p. 2, 23, 58. cl. Brut. 14, 54.

**Montanus.** V. **L. Tullius Montanus.**

**Mopsuhestia**, *Μόψου ἑστία*, oppidum Ciliciae ad fl. Pyramum, hodie *Messis*, ad fam. 3, 8, 10.

**Mopsus** et Amphilochus Argivorum reges fuerunt, iidem augures, iique urbes in ora maritima Ciliciae Graecas condiderunt, de divin. 1, 40, 88. — Mopsus augur, de n. d. 2, 3, 7. — Mopsus vates, de leg. 2, 13, 33.

**Mors** dea, de n. d. 3, 17, 44.

**Motho**, ad fam. 16, 18, 2.

**Mucia** lex et **Licinia.** V. **Licinia** lex et **Mucia.**

**Mucia**, dies festus, quem Asiani in Q. Mucii Scaevolae, qui abstinenter provinciam rexerat, honorem instituerant, Verr. accusat. 2, 21, 51.

**Mucia**, QQ. Metellorum Celeris et Nepotis soror, Cn. Pompeii uxor, qui cum ea divortium fecit, ad fam. 5, 2, 6. — Divortium Muciae vehementer probatur, ad Att. 1, 12, 3.

**Muciae** ambae, Q. Mucii Scaevolae auguris filiae ex Laelia C. F. Earum sermo elegans, Brut. 58, 211.

**Mucius**, nomen exempli causa propositum, de inv. 2, 9, 28.

**Q. Mucius Mancia** in sermonibus efficiebat, ut unus de multis esse videretur, de off. 1, 30, 109.



**C. Mucius Cordus (Scaevola)** solus in castra Porsennae venit eumque interficere proposita sibi morte conatus est, pro Sestio 21, 48. — Quid rei eum ad necem Porsennae impulerit, parad. 1, 2, 12.

## STEMMA MUCIORUM.

1\. P. Mucius Scaevola.

2\. Q. Mucius P. F. Scaevola, praetor a. u. c. 539.

3\. P. Mucius Q. F. P. N. Scaevola cos. a. u. c. 579. Triumphat de Liguribus et Gallis.

4\. Q. Mucius Q. F. P. N. Scaevola cos. a. u. c. 580.

5\. P. Licinius Crassus Dives Mucianus, a P. Crassi, qui cum Africano maiore cos. fuit a. u. c. 549., filio adoptatus, pont. max., cos. a. u. c. 623., victus in Asia ab Aristonico et captus a custode occiditur a. u. c. 624.

6\. P. Mucius P. F. Q. N. Scaevola, pont. max. in locum occisi fratris Muciani cos. a. u. c. 621., quo anno Ti. Gracchus occisus est. Primus ius civile fundavit et hanc scientiam in gentem Muciam intulit.

7\. Q. Mucius Q. F. Q. N. Scaevola augur, Crassi oratoris socer, pro praetore Asiae a. u. c. 633. hanc provinciam iustissime administravit. In eius honorem Asiani Mucia celebrant. Cos. a. u. c. 637. Sullae victori (Val. Max. 3, 8, 5.) se opponit a. u. 666. Ad eum senem audiendum Cicero adolescentulus a patre deducitur, quo mortuo se ad Q. Mucium pontificem contulit.

8\. Q. Mucius P. F. P. N. Scaevola pont. max. propr. in Asia novem mensibus a. u. c. 655., quam sanctissime administravit, cos. cum L. Crasso oratore a. u. c. 659. Vulneratur Fimbria iubente in funere Marii senis a. u. c. 668. Occiditur a. u. c. 671. iussu Marii filii consulis a Damasippo praetore.

9\. Q. Mucius Q. F. Q. N. Scaevola trib. pl. a. u. c. 700. augur a. u. c. 705.

**P. Mucius P. F. Scaevola**, P. Crassi Muciani frater, Brut. 26, 98. — Eius nepos M'. Glabrio, Brut. 68, 239. — Avus M'. Glabrionis, Verr. accusat. 1, 17, 52. — Eius prudentia ad prospiciendas insidias, Ibid. — P. Mucius Scaevola fuit quaestor a. u. c. 613, tribunus plebi a. u. c. 613., quo in tribunatu rogationem tulit ad plebem, vellentne quaeri de L. Tubulo superioris anni praetore, quod quaestionem inter sicarios exercens pecunias ob rem iudicandam cepisset, de fin. 2, 16, 54. cl. ib. 4, 28, 77. — Quibus consulibus tribunus pl. fuerit, quaeritur, ad Att. 12, 5, 3. — Mimum, qui L. Accium poëtam in scaena nominaverat, iniuriarum condemnavit, ad Her. 2, 13, 19. — Cos. a. u. c. 621. cum L. Calpurnio Pisone, Verr. accusat. 4, 49, 108. — Ad Att. 1, 19, 4. — P. Mucius Scaevola 'consul languens', Tuscul. 4, 23, 51. — P. Mucius Scaevola, frater P. Crassi, inimicus Scipionis Africani minoris, de r. p. 1, 19, 31. — Duos sapientissimos et clarissimos fratres P. Crassum et P. Scaevolam aiunt Ti. Graccho auctores legum fuisse, alterum, ut videmus, palam, alterum (Scaevolam), ut suspicantur, obscurius, Acad. pr. 2, 5, 13. — Favebat Ti. Graccho eiusque factioni, iniquus in P. Cornelium Scipionem Nasicam Serapionem. Facetum huius Scipionis in eum dictum, de orat. 2, 70, 285. — Arma, quae privatus P. Scipio sumpserat, ea Ti. Graccho interempto iure optimo sumpta esse defendit, pro Plancio

36, 88. cl. de domo sua 34, 91. — P. Scaevola pontifex max. circa a. u. c. 631. — Usque ad eius pontificatum circa a. u. c. 631. annales maximi a pontifice maximo componebantur, de orat. 2, 12, 52. — Et ridens et stomachans multas horas ineptos oratores exspectavit, Ib. 1, 36, 166. cl. ib. 1, 37, 170. — Iuris consultus vere nominandus, Ib. 1, 48, 212. — Pila et duodecim scriptis optime ludebat, Ib. 1, 50, 217. — Eius libri, Ib. 1, 56, 240. — Valde prudenter et acute loqui putabatur, Brut. 28, 108. — P. Rutilii adolescentiam ad opinionem et innocentiae et iuris scientiae P. Mucii commendavit domus, de off. 2, 13, 47. — Quid de sociorum iure tradiderit, de leg. 2, 21, 52 et 53. — Eius decretum de eo, qui in navi necatus, deinde in mare proiectus esset, de leg. 2, 22, 57. — Quo modo definierit 'ambitum aedium', topic. 4, 24. — Quo modo 'gentiles', Ib. 6, 29. — Quo modo 'postliminium', Ib. 8, 37. — Quo modo 'aquam pluviam', Ib. 9, 38. ad fam. 7, 22. de fin. 1, 4, 12. de n. d. 3, 2, 5.

**Q. Mucius Scaevola** augur. Uxorem habuit Laeliam C. F., ex qua suscepit filias duas Mucias, Brut. 58, 211. — Q. Scaevola, aetate quaestorius iam a. u. c. 625., gener Laelii, loquens inducitur in libris de re publ., de r. p. 1, 12, 18. — Scaevola, persona librorum de re publ., quo modo in iis et in libris de oratore inductus sit, ad Att. 4, 16, 3. — Socer fuit L. Crassi oratoris, pro Caecina 24, 69. — Apud Lucilium Athenis irridet T. Albucium propter Graeci sermonis adfectationem, de fin. 1, 3, 9. — Apud Lucilium exagitat Albucii ineptias, orat. 44, 149. — A T. Albucio de pecuniis repetendis postulatus est absolutus, de orat. 2, 70, 281. — A. u. c. 633. praetor Asiam obtinuit. — Salsum ab eo responsum datum L. Septumuleio, de orat. 2, 67, 269. — Praetor Rhodum venit, ibique Apollonium Alabandensem vidit, de orat. 1, 17, 75. — Eo die, quo interfectus est Saturninus a. u. c. 654., confectus senectute et animi vim et infirmitatem corporis ostendit, pro C. Rabirio perd. 7, 21. Ib. 9, 26. — Q. Scaevola augur, bello Marsico, quum esset summa senectute et perdita valetudine, cotidie, simul atque luceret, faciebat omnibus conveniendi sui potestatem, senexque et debilis primus veniebat in curiam, Philipp. 8, 10, 31. — De eius in dicendo facultate, defensione contra T. Albucium, Brut. 26, 102. cl. ib. 30, 115. — Cos. a. u. c. 637. cum Q. Caecilio Metello, de orat. 1, 7, 24. — Stoicus, Ib. 1, 11, 45. — Peritissimus iuris idemque percomis est habitus, Brut. 58, 212. — Eius vestibulum cotidie frequentia civium ac summorum hominum splendore frequentabatur, de orat. 1, 45, 200. Philipp. 8, 10, 31. — Q. Scaevola augur, quum de iure praediatorio consuleretur, consultores suos non numquam ad Furium et Cascellium praediatores reiiciebat, pro Balbo 20, 45. — In Scaevolarum familia iura civilia diu sine ulla eloquentiae laude versata sunt, de orat. 1, 10, 39. — Ad eum ventitarunt Cicero et Atticus, de leg. 1, 4, 13. — Ad eum a patre erat deductus Cicero sumpta virili toga fierique studebat eius prudentia doctior, de am. 1, 1. — Quam graviter inimici ipsi illi Q. Scaevolae fuerint, ad fam. 1, 9, 26. de leg. 1, 1, 2.

**Q. Mucius P. F. P. N. Scaevola** pont. max. Tribunus pl. anno post L. Crassum a. u. c. 648., Brut. 43, 161. — Censuram nemo umquam Scaevolarum petivit, Ib. — Eius aedilitas ornatissima, Verr. accusat. 4, 59, 133. Cum L. Crasso magnificentissima aedilitate functus est a. u. c. 651., de off. 2, 16, 57. — Scaevola solos novem menses Asiae praefuit, ad Att. 5, 17, 5. — Q. Scaevola de cohorte sua dare iudices non solebat, Verr. accusat. 2, 13, 34. — Eius integritas in aestimatione frumenti, Ib. 3, 90, 209. — Eius edictum Asiaticum, ex quo multa secutus est Cicero in suo Ciliciensi, ad Att. 6, 1, 15. — Dixit causam P. Rutilii Rufi more suo, nullo apparatu, pure et dilucide, de orat. 1, 33, 229. — In eum, virum omnibus ingenio, iustitia, integritate praestantem publicanorum aspere et ferociter et libere dicta, pro Planc. 14, 33. — Q. Mucius, quum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., pro salute communi arma cepit, pro C. Rabir. perd. 7, 21. cl. ib. 9, 26. — Q. Mucius Scaevola cos. cum P. Licinio Crasso a. u. c. 659., Brut. 64, 229. Ib. 96, 328. — Eorum consulum lex de regendis in sua civitate sociis, de off. 3, 11, 47. — Q. Scaevola pont. max. acutissimus et in iure paratissimus. — Iuris peritorum eloquentissimus. Adversus eum dixit L. Crassus in causa M'. Curii, Brut. 39, 145. Ib. 52, 194. — Irrisus a L. Crasso in causa Curiana, pro Caec. 18, 53. Ib. 64, 67. — Magnanimum eius factum, de off. 2, 15, 62. — C. Fimbria quum curasset in funere C. Marii a. u. c. 668., ut Q. Scaevola vulneraretur, — diem Scaevolae dixit, postea quam comperit eum posse vivere, pro Sex. Rosc. 12, 33. — Quo modo in Cinnae dominatu se gesserit, ad Att. 8, 3, 6. — Mucianus exitus, Ib. 9, 12, 1. — Q. Mucius Scaevola a Mario iuniore occisus, Ib. 9, 15, 2. — Q. Scaevola pontif. max., temperantiae prudentiaeque specimen, ante simulacrum Vestae trucidatus, de n. d. 3, 32, 80. — Eius laudes, de am. 1, 1. — Nemini se ad docendum dabat, tamen consulentibus respondendo studiosos audiendi docebat, Brut. 89, 306. — Crudelis interitus trium oratorum Scaevolae, Carbonis, Antistii a. u. c. 672., Ib. 90, 311. — Ex patre (P. Mucio Scaevola cos. a. u. c. 621.) audivit pontificem bonum neminem esse nisi qui ius civile cognosset, de leg. 2, 19, 47. Ib. 1, 20, 49. — In iure civili excelluit, de off. 1, 32, 116. de orat. 1, 37, 170. — Iuris peritorum eloquentissimus, eloquentium iuris peritissimus, Ib. 1, 39, 180. — Summam esse vim dicebat in omnibus iis arbitriis, in quibus adderetur EX FIDE BONA, de off. 3, 17, 70. — Scaevolae pontifices ambo et iidem iuris peritissimi, de leg. 2, 19, 47. — Significatur divin. in Q. Caecil. 17, 57. de n. d. 1, 41, 115.

**Q. Mucius Q. F. Q. N. Scaevola** (N. 9.) unus de cohorte amicorum

Q. Ciceronis in Asia provincia, ad Q. fr. 1, 2, 2, 4. §. 13. — Ab eo tribuno pl. a. u. c. 700. obnunciationes interpositae M. Scauro consulatum petenti, ad Att. 4, 16, 7. — Obviam it Pomptino triumphare volenti, Ib. 4, 16, 12. — *Ἄρη πνέων* in prohibendo triumpho C. Pomptini, ad Q. fr. 3, 4, 6. — Scaevola pro pupillo Glabrione fenus et impendium recusavit, ad Att. 6, 1, 4. — Scaevola, legatus, ut videtur, Appii Claudii Pulcri a. u. c. 703., ad fam. 3, 5, 5. — Augur a. u. c. 705., ad Att. 9, 9, 3. ad fam. 4, 9, 1.

**Mulciber**, Tuscul. 2, 10, 23. V. **Volcanus.**

**Mulviana** controversia, ad Att. 2, 15, 4.

**Mulvius** pons, qui Tiberim iungit prope Romam, Etruriam versus, hodie *ponte Molle*, ad Att. 13, 33, 4. in Catil. 3, 2, 5.

**L.** et **Sp. Mummii** fratres, oratores Romani, Brut. 25, 94.

**L. Mummius Achaicus.** Qui decem legati Mummio fuerint, Cicero quaerit ab Attico, ad Att. 13, 30, 2. Ib. 13, 32, 3. Ib. 13, 33, 3. Ib. 13, 4, 1. Ib. 13, 5, 1. Ib. 13, 6, 4. — L. Mummius Corinthum sustulit urbesque Achaiae Boeotiaeque multas sub imperium populi Rom. dicionemque subiunxit, Verr. accusat. 1, 21, 55. — Ager optimus et fructuosissimus Corinthius L. Mummii imperio ac felicitate ad vectigalia populi Rom. adiunctus est, de lege agr. 1, 2, 5. — Eius triumphus de Corinthiis, pro Mur. 14, 31. — Censor a. u. c. 612. cum Africano minore Ti. Claudium Asellum, quem hic aerarium fecerat, ignominia levavit, de orat. 2, 66, 268. cf. Brut. 22, 85. ad Att. 16, 13. — L. Mummius Corintho funditus sublata Italiam ornare quam domum suam maluit, de off. 2, 22, 76. — Eius innocentiae Verris mores opponuntur, Verr. accusat. 3, 4, 9. — L. Mummius ornamentis urbem Italiamque omnem refersit, orat. 70, 232. cf. Cornel. sec. fragm. 8. p. 215. — L. Mummius, quum Thespiadas (Musas), quae ad aedem Felicitatis sunt, caeteraque profana signa, ex Thespiis tolleret, Praxitelis marmoreum Cupidinem, quod erat consecratus, non attigit, Verr. accus. 4, 2, 4. — Eius continentia, parad. 5, 2, 38.

**M. Mummius** praetor a. u. c. 684., Verr. accusat. 3, 53, 123.

**P. Mummius**, 'cuiusvis temporis homo', de orat. 2, 67, 71.

**Sp. Mummius**, frater L. Mummii Achaici. Mos eius aversus a ratione populari, de r. p. 3, 35, 47. — Odio rhetorum imbutus, Ib. 5, 9, 11. — Sp. Mummius, amicus P. Scipionis Africani minoris, de am. 19, 69. Ib. 27, 101. — Legatus fratris, ad Att. 13, 30, 3. — Sp. Mummius loquens inducitur in libris de re publ. Eum in primis diligebat Africanus minor, de r. p. 1, 12, 18. — Cur eum Cicero putarit in decem legatis L. Mummii in bellum Achaicum proficiscentis fuisse, ad Att. 13, 5, 1. — Eius epistolae versiculis facetis ad familiares missae a Corintho, Ib. 13, 6, 4. — Commemoratur ib. 13, 30, 3.

**Sp. Mummius**, nepos, ut videtur, Sp. Mummii, fratris L. Mummii Achaici. Sp. Mummius, qui est mortuus paulo ante a. 709., epistolas Ciceroni pronunciabat



versiculis facetis a Spurio avo suo ad familiares missas a Corintho, ad Att. 13, 6, 4.

**Munatius**, sodalis Catilinae, in Catil. 2, 2, 4.

**Munatius**, T. Munatius Plancus Bursa, Philipp. 13, 2, 2.

**C. Munatius.** — Ad eum est ad fam. 13. ep. 60.

**Cn. (Munatius) Plancus.** Pro eo contra M. Brutum dixit L. Crassus, de orat. 2, 54, 220. — Cn. Plancus accusante M. Bruto defensus a L. Crasso, pro Cluent. 51, 140.

**Cn. Munatius Plancus**, Lucii frater, praetor designatus a. u. c. 710. — Ciceronis ad eum epistolae, de Attici causa Buthrotia, ad Att. 16, 16 A. B. E. — Eius amicus Capito, Ib. 16 C., 12. — Cn. Munatius Plancus, praetor a. u. c. 711., ad fam. 10, 6, 1. — Eo adiutore et interprete cum Lepido utebatur L. Plancus, Ib. 10, 11, 3. — Eius sollertia et industria post gravem aegrotationem a fratre laudatur, Ib. 10, 17, 2. Ib. 10, 21, 7.

**L. Munatius Plancus**, Caesaris legatus in Gallia a. u. c. 700. — Plancus familiaris Ciceronis Ravennae est et magno congiario donatus a Caesare nec beatus nec bene instructus est, Cael. ad fam. 8, 1, 4. — Epistola prima ad eum missa a. u. c. 708., ad fam. 13, 29. — Planci et Ciceronis epistolae mutuae, Ib. 10, 1—24. — Plancus una cum Lepido senatus consulto in Italiam arcessitus, Ib. 10, 33, 1. — Plancum sperat D. Brutus pulso Antonio rei publ. non defuturum, D. Brutus ad fam. 11, 9, 2. cf. ib. 11, 11, 1. Ib. 11, 13, 4. Ib. 11, 14, 3. — Eius coniunctio concordiaque cum collega D. Bruto S. P. Q. R. gratissima Ciceroni accidit, Ib. 10, 15, 1. — Spem omnem in D. Bruto et Planco habet Cicero, Ib. 12, 8, 1. — L. Munatius Plancus imperator, Philipp. 3, 15, 38. — Eius memorabilis ac divina virtus lucem adfert rei publ., Ib. 13, 19, 43. — L. Plancus praedes M. Antonii venditurus erat, Ib. 2, 31, 78. fragm. p. 252. — Sunt exercitus boni, sed rudes, D. Bruti et Planci, ep. ad Brut. 1, 10. — Brutus praeclare cum Planco coniunctus est, Ib. 1, 4. cf. ad Brut. 2, 2.

**T. Munatius Plancus**, diversus utique a T. Munatio Planco Bursa, cognatus L. Munatii Planci, ad fam. 10, 12, 2. cf. ib. §. 5.

**T. Munatius Plancus Bursa**, Cn. et L. Plancorum frater. Eius ignorantia litterarum ridetur, ad fam. 9, 10, 2. — De Bursa damnato de vi lege Pompeia, quia post caedem P. Clodii, quum tribunus ipse esset, curiam incendit, et in exsilium acto a. u. c. 702., ad fam. 7, 2, 2. cf. Philipp. 6, 4, 10. Ib. 10, 10, 22. Ib. 13, 12, 27. — Rediit Romam restitutus a Caesare, ad Att. 6, 1, 10. Ib. 12, 62, 1. — A. u. c. 709. ludis Caesaris animo aequissimo vidit Cicero T. Plancum, ad fam. 12, 18, 2. — Plancus Bursa, agripeta, concisus a Buthrotiis, ad Att. 15, 29, 3. Ib. 16, 1, 2. Ib. 16, 4, 3. — Bursa adsecula M Antonii, Philipp. 6, 4, 10. Ib. 10, 10, 22. — Eum Aquila Pollentia expulit, et quidem crure fracto, Ib. 11, 6, 14. Ib. 12, 8, 20.

**Mundus**, homo ignotus, ad Att. 15, 26, 5. Ib. 15, 29, 1.

**Munius**, nomen corruptum, pro M. Font. 5, 19.

**L. Murcus.** V. **Statius Murcus.**

**Murgentini** in Sicilia, incolae Murgentii vel Morgentii, supra ostium Simaethi, prope mare, Verr. accusat. 3, 43, 103.

**Murgentinus** ager, Verr. accusat. 3, 18, 47.

**Musae**. Musae primae quattuor, natae Iove altero et Neda, Thelxinoë, Aoede, Arche, Melete, secundae Iove tertio et Mnemosyne procreatae novem, tertiae Piero natae et Antiopa, quas Pieridas et Pierias solent poëtae appellare, iisdem nominibus, eodem numero, quo proxime superiores, de n. d. 3, 21, 54. — *Musarum scopuli* apud Ennium, Brut. 18, 71. — Martis manubias Musis consecravit M. Fulvius Nobilior, pro Arch. 11, 27. — Musarum primordia ab Iove, Arat. v. 1. — Agrestioribus Musis forenses causas reliquerunt philosophi, orat. 3, 13. de divin. 2, 59, 123. V. etiam **Gratiae.**

**Musaeus**. Eius fabellas allegorice interpretatus est Chrysippus in secundo libro de natura deorum, de n. d. 1, 15, 41. Tusc. 1, 41, 98.

**Musca** Attici, ad Att. 12, 40, 1.

**Mustela**, coheres Crispi, ad Att. 12, 5, 2. cl. ib. 12, 44, 2. Ib. 12, 47, 1. Ib. 13, 3, 1.

**Mustela Tamisius** Anagninus, sicarius, Philipp. 2, 4, 8. — Gladiorum princeps, Ib. 2, 41, 106. Ib. 5, 6, 18. — Anagnini sunt Mustela ταξιάρχης et Luco, qui plurimum bibit, ad Att. 16, 11, 3. Philipp. 8, 9, 26. Ib. 12, 6, 14. Ib. 13, 2, 3.

**C. Mustius**, eques Rom., publicanus, vitricus pupilli Iunii, Verr. accusat. 1, 51, 135. Ib. 1, 52, 137. cl. fragm. p. 246.

**Mutina** oppidum Galliae Cispadanae, hodie *Modena*. — Firmissima et splendidissima populi Rom. colonia, circumsessa ab Antonio Philipp. 5, 9, 24. Ib. 6, 2, 4 sqq. Ib. 7, 5, 15. Ib. 8, 2, 5. — Proelium ibi factum a. u. c. 711., ad fam. 10, 33, 1. et 4. — Mutinense proelium. Ib. 10, 14, 1. — Narratur a Ser. Sulpicio Galba, Ib. 10, 30. — Mutina obsidione liberata a. u. c. 711., Plancus ad fam. 10, 11, 2. Ib. 10, 33, 4.

**Q. (Titius) Muto** s. **Mutto**, homo vilis, Fundan. fragm. 1, p. 216.

**Q. Titius Mutto** s. **Muto**, homo sordidissimus, accusatus a L. Laelio, pro Scauro 2, 23.

**Mutycensis** ager, Verr. accusat. 3, 43, 101. Ib. 3, 51, 120.

**Mycenenses** a Mycenis in Argolide, de fin. 2, 6, 18.

**Mylasa**, Cariae urbs, Philipp. 5, 7, 20. Ib. 6, 5, 13.

**Mylasis** (*Μυλασεῖς*), incolae Mylasorum, urbis Cariae, ad fam. 13, 56, 1.

**Myndus**, Cariae urbs, Verr. accusat. 1, 34, 86.

**Myrmecides**, sculptor Milesius vel Atheniensis, minutorum opusculorum fabricator, Acad. pr. 2, 38, 120.

**Myro**, statuarius, sculptor, argenti caelator floruit Olymp. 87. — Myro, Polycletus, Lysippus — omnes inter se dissimiles fuerunt, sed ita tamen, ut neminem sui velis esse dissimilem, de orat. 3, 7, 26. — Myro in capitibus effingendis excellebat, ad Her. 4, 6, 9. — Eius signa nondum satis ad veritatem adducta, iam tamen quae non dubites pulcra dicere, Brut. 18, 70. cl. ib. 19, 75. — — Agrigenti in Aesculapii fano erat signum Apollinis, cuius in femore litteris minutis argenteis



nomen Myronis inscriptum, Verr. accusat. 4, 43, 93. — Eius Hercules egregie factus ex aere, Ib. 4, 3, 5. — Eius bucula, Ib. 4, 60, 135.

**Myrtilus**, Mercurii filius, Oenomai auriga, quem Pelops in mare iecit, de n. d. 3, 38, 90.

**Myrtilus**, servus vel libertus corruptus poenas pependit, ad Att. 15, 13, 6. cl. ib. 16, 11, 5.

**Mysi** populi Asiae minoris ad mare Aegaeum et Hellespontum. — Nihil in Graeco sermone tam tritum atque celebratum est, quam, si quis despicatui ducitur, ut 'Mysorum ultimus esse' dicatur, pro Flacco 27, 65. — Mysi contemptim appellantur etiam pro Flacco 2, 3. Ib. 40, 100. — Mysus aut Phryx quonam modo audiretur Athenis, orat. 8, 27.

**Mysia** et Phrygia legi agrariae parebunt, de lege agr. 1, 1, 1 sqq. orat. 8, 24. V. **Caria.**

**Mysteria** sive **Initia**, de leg. 2, 14, 36.

**Mytilenaeus**, Theophanes, libertus Cn. Pompeii, ad Att. 7, 7, 6.

**Mytilenaei**. Eorum dicrota, ad Att. 5, 11, 4.

**Mytilenae**, urbs Lesbi insulae, de lege agr. 2, 16, 40. Tuscul. 1, 31, 77. Tim. 1. et al.

**Naeviani** et Liviani modi solebant quondam compleri severitate iucunda, de leg. 2, 15, 39.

**Cn. Naevius** poëta tragicus, comicus, epicus circa a. u. c. 519. Livius Andronicus maior natu quam Cn. Naevius, Tuscul. 1, 1, 3. — Naevius M. Cornelio Cethego et P. Sempronio Tuditano cos. a. u. c. 550., mortuus est, quamquam Varro putat in hoc erratum vitamque Naevii producit longius, Brut. 15, 60. — Naevius et Plautus multas fabulas docuerant ante a. u. c. 557., Ib. 18, 73. — Commemoratur de r. p. 4, 10, 11. — Laeliae sermo Plauti et Naevii similis, de orat. 3, 12, 44. — Naevii frequentes hiatus, orat. 45, 152. — Naevii, quem in vatibus et Faunis adnumerat Ennius, bellum Punicum quasi Myronis opus, delectat, Brut. 19, 75. — Gaudebat bello suo Punico Naevius, de sen. 14, 50. — Placet Ciceroni Hector, qui 'laudari se laetatur', sed addit etiam 'a laudato viro', ad fam. 5, 12, 7. — Eius Hector, Ib. 15, 6, 1. — Versus ex eius Ludo, de sen. 6, 20. — Naevii versus, Tuscul. 4, 31, 67.

**M. Naevius**. Dictum P. Scipionis Africani maioris in eum: 'Quid hoc Naevio ignavius?' ubi ridiculum oritur ex adnominatione, de orat. 2, 61, 249.

**Naevius Pollio**, homo longissimus, fragm. p. 349.

**Naevius Turpio**, quadruplator ex conventu Mamertino, Verris excursor et emissarius, C. Sacerdote praetore condemnatus iniuriarum, Verr. accusat. 2, 8, 22. cl. ib. 3, 39, 90. Ib. 3, 40, 91. Ib. 5, 41, 108.

**Ser. Naevius** contra Ciceronem defensus a Q. Curione, Brut. 60, 217.

**Sex. Naevius**, praeco, pro Quinct. 1, 1 sqq.

**Nanneiani**, sectores bonorum Nanneii a Sulla proscripti, ad Att. 1, 16, 5.

**Nannii**. Titiniorum ac Nanniorum ac Tanusiorum capita Galli demetebant, quibus Sulla Catilinam

praefecerat, Q. Cic. de pet. cons. 2, 9.

**Nar**, fluvius in finibus Sabinorum, hodie *la Nera*. In Narem defluit lacus Velinus, ad Att. 4, 15, 5.

**Narbo Marcius**, alii **Marbius**, caput Galliae Narbonensis, pro Quinct. 4, 15. — Narbo Marcius, colonia civium Romanorum, specula populi Romani ac propugnaculum Gallis oppositum (a. u. c. 685.), pro Font. 1, 3. Ib. 16, 36. ad fam. 10, 33, 2. — Colonia deducta a. u. c. 636. M. Porcio Catone Q. Marcio Rege coss., de orat. 2, 55, 223. Brut. 43, 160. — Narbonensis colonia rursus deducta a L. Crasso oratore ante annum 649., Brut. 43, 160. — L. Crassi dissuasio rogationis eius, quae contra coloniam Narbonensem ferebatur, pro Cluent. 51, 140.

**Nares Lucanae**, oppidum in introitu Lucaniae, hodie *Monte Nero*. Inde litteras dedit Cicero ad Att. 3, 2.

**Narniensis** ager prope Narniam, Umbriae oppidum ad Narem fluvium, fragm. p. 349.

**Narona**, oppidum Dalmatiae, ad fam. 5, 9, 2. Ib. 5, 10, 4. — Memoratur etiam ad fam. 13, 77, 3.

**Nascio**, dea, quae, quia partus matronarum tuetur, a nascentibus Nascio nominata est, de n. d. 3, 18, 47.

**C. Nasennius**, Suessanus, Cretensi bello Metello imperatore octavum principem duxit, ep. ad Brut. 1, 8.

**Nasica**. V. in **Corneliis Scipionibus Nasicis**.

**L. Nasidius**, Pompeianus L. Terentius dicitur per Nasidium ex Africa emissus esse a. u. c. 707., ad Att. 11, 17, 3.

**Naso**. V. in **Otaciliis**, **Octaviis**, **Voconiis**.

**P. Naso**, praetor a. u. c. 710. omni carens cupiditate, nullam se habere provinciam, nullam Antonii sortitionem fuisse iudicavit, Philipp. 3, 10, 25. — Idem videtur dici Naso augur a. u. c. 709., ad Att. 12, 17.

**Natio** dea. V. **Nascio**.

**L. Natta**. V. **L. Pinarius Natta**.

**Naucrates** Erythraeus, Isocratis discipulus, de orat. 2, 23, 94. orat. 51, 172. — Quid de Isocratis numeris tradiderit, de orat. 3, 44, 173.

**Naupactus**, urbs ad sinum Corinthiacum, hodie *Lepanto*, quum proprie Locridis esset oppidum, ad Aetoliam Ciceronis tempore, in Pison. 37, 91.

**Nausiphanes** Teius, Democritius, de n. d. 1, 26, 73. Ib. 1, 33, 93.

**Attus Navius** augur, de leg. 2, 13, 33. de n. d. 2, 3, 9. Ib. 3, 6, 14. de r. p. 2, 20, 36. de divin. 1, 17. 31 sqq. Ib. 2, 38, 80. ad Att. 10, 8, 6.

**Neapolis**, quarta urbs Syracusis, eius *τοποϑεσία*, Verr. accusat. 4, 53, 119.

**Neapolis**, Campaniae urbs, ad fam. 13, 30, 1. et saepe al. — Neapolis, celeberrimum oppidum, pro Rab. Post. 10, 26. — Neapolitana foederata civitas, ex ea plerumque adsumptae Cereris sacerdotes, pro Balbo 24, 55.

**Neapolitani** decepti a Q. Fabio Labeone, qui iis arbiter de finibus a senatu datus erat circa a. u. c. 570., de off. 1, 10, 33. — L. Manlius, Catinensis, est una cum reliquis Neapolitanis civis Romanus factus, ad fam. 13, 30, 1. — Eorum decemprimi et quattuorviri adroganter tractati a M. Antonio a. u. c. 705., ad Att. 10, 13, 1. — Eius iratus erat Caesar, Ib. Tuscul. 1, 35, 86.



**Neapolitanum**, L. Luculli villa, Acad. pr. 2, 3, 9. — Pompeii, ad Att. 7, 2, 5. — Pontii, Ib. 14, 21, 3.

**Nearchus** Tarentinus, Catonis Censorii hospes, de sen. 12, 41.

**Neda**. E Iove altero et Neda natae Musae primae quattuor, de n. d. 3, 21, 54.

**Nemea** in Argolide, de fato 4, 7.

**Nemeaeus** leo, quem Hercules occidit, Tuscul. 2, 9, 22. Ib. 4, 22, 50.

**Nemorensis** ager, in finibus Aricinis, ad Att. 6, 1, 25.

**Nemus**, lacus Dianae sacer in agro Aricino, ubi Caesaris villa erat, ad Att. 15, 4, 5.

**Neocles**, Atheniensis, Epicuri pater, in insulam Samum agripeta venit, sed quum eum agellus non satis aleret, ibi ludi magister fuisse dicitur, de n. d. 1, 26, 72.

**Neoptolemus**, Achillis filius, ad Troiam nomen invenit, quum antea Pyrrhus diceretur, de orat. 2, 63, 257. — Neoptolemus Troiam capere non potuisset, si Lycomedem, apud quem erat educatus, multis cum lacrimis iter suum impedientem audire voluisset, de am. 20, 75. — Neoptolemus Ennii se ait philosophari velle, sed paucis: nam omnino haud placere, de r. p. 1, 18, 30. cl. Tuscul. 2, 1, 1. de orat. 2, 37, 156.

**Nepa**, i. e. Scorpius, sidus, Arat. v. 90, 460. de n. d. 2, 42, 109. Ib. 2, 44, 114. Ib. 3, 16, 40.

**Nepos**. V. **Cornelius Nepos**.

**Neptuniae** lacunae, id est, mare, ad Her. 4, 10, 15.

**Neptunia** prata, id est, mare, Arat. v. 373.

**Neptunus**, deus maris. Datum est ei maritimum omne regnum nomenque productum ut Portunus a portu, sic Neptunus a nando, de n. d. 2, 26, 66. Ib. 2, 28, 71. cl. ib. 3, 24, 62. — Caeruleos habet oculos, Ib. 1, 30, 83. — Neptunus 'omnipotens' dictus a Turpilio comico, Tuscul. 4, 34, 73. — Neptunum esse dicunt Stoici animum cum intelligentia per mare pertinentem, de n. d. 3, 25, 64. — Neptunus, Thesei pater, Ib. 3, 31, 76. — Eius promissum Theseo datum, de off. 1, 10, 32. — Neptunii equi Pelopis per undas currus suspensos rapuisse dicuntur, Tuscul. 2, 27, 67. — Neptunus pro mari, de or. 3, 42, 167. — Neptuni filii nominari solebant saevi et immanes homines, ut Polyphemus, de n. d. 1, 23, 63. — Neptuni porticus Puteolis, Acad. pr. 2, 25, 80. — Memoratur etiam de divin. 2, 59. 123. de n. d. 3, 20, 52. de off. 3, 25, 94. prognost. 180. fragm. p. 331.

**Neratiana** auctio. Eius tabula ridicula, de lege agr. 2, 25, 67.

**Nereides** puniverunt Cassiepeam ausam cum iis contendere, Arat. v. 691.

**Cn. Nerius** Pupiniâ, de ambitu postulavit P. Sestium, ad Q. fr. 2, 3, 5.

**Nerones**. V. in **Claudiis Neronibus**.

**Neronianum** dictum in servum furacem, ut videtur C. Claudii Ne-

ronis cos. a. u. c. 547., de orat. 2, 61, 248.

**Nerva**, L. Plancii amicus, ad fam. 10, 18, 1.

**Nervii**, Galliae Belgicae populus, ad Q. fr. 3, 8, 2.

**Nesis**, insula Campaniae obiecta, in sinu Neapolitano, hodie *Nisita*, ubi Lucullus filius villam habebat, ad Att. 16, 1, 1. Ib. 16, 3, 6. Ib. 16, 4, 1.

**Nessus** Centaurus e Sophoclis Trachiniis notus, Tuscul. 2, 8, 20. de n. d. 3, 28, 70.

**Nestor**. Heroicis aetatibus Ulixem et Nestorem traditum est et fuisse et habitos esse sapientes, Tuscul. 5, 3, 7. — Nestor, Agamemnonis consiliarius, ad fam. 9, 14, 2. ad Att. 14, 17, 2. — Multum laudis in dicendo Ulixi tribuit Homerus et Nestori, quorum alterum vim habere voluit, alterum suavitatem, Brut. 10, 40. — Nestor apud Homerum saepissime de virtutibus suis praedicat etc., de sen. 10, 31.

**Netini**, populus Siciliae mediterraneae, Verr. accusat. 5, 22, 56. — Netinorum foederata civitas, Ib. 5, 21, 133. — Eorum oppidum Netum, Ib. 4, 26, 59.

**Nicaenses**, incolae Nicaeae, urbis Bithyniae, ad fam. 13, 61.

**Nicaea** Bithyniae urbs, pro Planc. 34, 84. ad Att. 14, 1, 2.

**Nicander** Colophonius, homo ab agro remotissimus de rebus rusticis poëtica quadam facultate, non rustica, scripsit praeclare, de orat. 1, 16, 69.

**Nicanor** Attici, ad Att. 5, 3, 3. Ib. 5, 20, 9.

**Nicasio**, Hennensium legatus, testis in Verrem, Verr. accusat. 4, 51 113.

**Nicasiones.** Nicasionum *ἀρχέτυπα*, ad Att. 12, 5, 4.

**Nice**, uxor Cleomenis Syracusani, amica Verris, Verr. accusat. 5, 31, 82.

**Nicephorus**, vilicus Q. Ciceronis, ad Q. fr. 3, 1, 2. §. 4.

**Nicias Curtius**, Cous grammaticus, quem Cicero in Cilicia secum habuit, Dolabellae familiaris, ad Att. 7, 3, 10. Ib. 12, 26, 1. Ib. 12, 51, 2. Ib. 12, 53, 1. Ib. 13, 1, 2. Ib. 13, 28, 3. Ib. 13, 29, 1. Ib. 14, 9, 3. Ib. 15, 20, 1.

**Nicias**, ad fam. 7, 23, 4.

**Nicias** Smyrnaeus, homo levissimus, ad Q. fr. 1, 2, 2. §. 4.

**Nico**, medicus, *Νίκωνος περὶ πολυφαγίας* librum ab eius discipulo Sex. Fadio Cicero abstulit, ad fam. 7, 20, 3.

**Nico** pirata, Verr. accusat. 5, 30, 79.

**Nicocles**, Sicyoniorum tyrannus, oppressus ab Arato, de off. 2, 23, 81.

**Nicocreon**, Cypriorum tyrannus, Anaxarchum Democritium excarnificavit, de n. d. 3, 33, 82. cl. Tuscul. 2, 22, 52.

**Nicomachus**, pictor egregius, qui floruit circa Olymp. CV. — In eo iam perfecta omnia, Brut. 18, 70.

**Nicomachus**, Aristotelis filius, cuius accurate scripti de moribus libri dicuntur illi quidem esse Aristotelis, de fin. 5, 5, 12.

**Nicomachus** Tyrius, fragm. p. 284.

**Nicomedes** Temnites, et furti et pro socio damnatus, testis in L. Flaccum, pro Flacco 18, 43.

**Nicomedes**, Bithyniae rex, defensus a Q. Hortensio a. u. c. 663., de orat. 3, 61, 299. — C. Verres a Cn. Dolabella efflagitavit, ut se ad regem Nicomedem mitteret, Verr. accusat. 2, 24, 63.



**Nicostratus**, fidelis Oppianici servulus, pro Cluent. 62, 175. Ib. 64, 181.

**Nigidianum** sacrilegium, Pseudocic. in Sall. 5, 14.

**P. Nigidius Figulus.** Multa cum eo disputavit Cicero Carneadio more et modo, eius ingenium. Tim. 1. — Nigidius a. u. c. 691. fuit inter senatores a Cicerone delectos, qui in senatu omnia indicum coniurationis Catilinariae dicta, interrogata, responsa perscriberent, pro Sulla 14, 42. — Praetor Ciceroni amicissimus a. u. c. 695., ad Q. fr. 1, 2, 5. §. 15. — Nigidius minabatur in contione se iudicem, qui non adfuerit, compellaturum, ad Att. 2, 2, 3. — Nigidius a Domitio Capuam venit a. u. c. 705., Ib. 2, 7, 24. — Eum exsulantem a. u. c. 709. consolatur Cicero, ad fam. 4, 13.

**Nilus**, pater Dionysi secundi, de n. d. 3, 23, 58. — Nilus pater Minervae secundae, Ib. 3, 23, 59. — Nilus, pater Vulcani secundi, Ib. 3, 21, 54. Ib. 3, 22, 55. — Item pater Mercurii quarti, Ib. 3, 22, 56. — Nilus Aegyptum irrigat, Ib. 2, 52, 130. — Nilus, ubi ad illa, quae Catadupa nominantur, praecipitat ex altissimis montibus, ea gens, quae illum locum accolit, propter magnitudinem sonitus sensu audiendi caret, de r. p. 6, 18, 19.

**L. Ninnius Quadratus**, tribunus pl. a. u. c. 697., ad Att. 3, 23, 4., quo in tribunatu bona P. Clodii consecravit Cereri, de domo sua 48, 125. — Decrevit senatus frequens de Ciceronis reditu Kal. Iuniis, dissentiente nullo, referente L. Ninnio, cuius in Ciceronis causa numquam fides virtusque contremuit, pro Sest. 31, 68. cl. post red. in sen. 2, 3. — Ninnius Ciceronis amicus, ad Att. 10, 16, 4.

**Niobe** fingitur lapidea propter aeternum in luctu silentium, Tuscul. 3, 26, 63. de n. d. 3, 26, 66.

**Niptra**, tragoedia Pacuvii ex fabula Sophoclis ducta, Tuscul. 2, 21, 48.

**Nisus** et Thyone parentes Dionysi quinti, de n. d. 3, 23, 58.

**Nixus**, Engonasin, sidus, Arat. v. 279. et 618.

**Nobiliores.** V. **Fulvii.**

**Nodinus**, fluvius prope Romam, de n. d. 3, 20, 52.

**Nodus** caelestis, Arat. v. 251.

**Nola** Campaniae oppidum. Nolam Sulla fortissima Samnitium castra cepit, de divin. 1, 33, 72.

**Nolani** decepti a Q. Fabio Labeone cos. a. u. c. 570., de off. 1, 10, 33.

**Nolanum** praedium, ad Att. 13, 8.

**Nomion** (*Νομιών*). Nomion Apollo quartus ab Arcadibus dictus, quod ab eo se leges ferunt accepisse, de n. d. 3, 23, 57. cl. de orat. 1, 59, 251.

**M. Nonius (Sufenas)** in provincia administranda valde se honeste gessit a. u. c. 704., ad Att. 6, 1, 13.

**Norenses**, incolae Norae, oppidi Sardiniae, pro Scauro 1, 4. c. Quum agerent parentalia, omnes suo more ex oppido exibant, Ib. 2, 9.

**L. Nostius Zoilus**, libertus L. Nostii, commendatur Appuleio, ad fam. 13, 46.

**Notius** axis, i. e., australis, fragm. p. 348.

**Novae.** Erant tabernae argentariorum in foro Romano, quae *Novae*, et aliae, quae *Veteres* appella-

bantur, quaeque in earum locis gererentur, ea *sub Novis, sub Veteribus* geri dicebantur, Acad. pr. 2, 22, 70. de orat. 2, 66, 266.

**Novia**, Oppianici uxor, pro Cluent. 9, 27.

Q. **Novius**, Atellanarum scriptor. Eius versus, de orat. 2, 63, 255. Ib. 2, 69, 279. Ib. 2, 70, 285.

**Novocomenses**, incolae oppidi Novi Comi in Insubria ad lacum Larium, ad fam. 13, 35, 1.

**Nox**. Noctis et Erebi filii et filiae, de n. d. 3, 17, 44.

**Nuceria (Alfaterna)**, Campaniae oppidum, hodie *Nocera*, pro Balbo 11, 28. de lege agr. 2, 31, 86.

**Nucula**, unus de septemviris agris dandis adsignandis ab Antonio constitutis, Philipp. 6, 5, 14. Ib. 8, 9, 26. Ib. 11, 6, 13.

**Numa Pompilius**, rex Romanorum. Eius res gestae copiose exponuntur, de r. p. 2, 13, 25 sqq. — Non Pythagoriae ipsius discipulus nec Pythagorius fuit, Ib. 2, 15, 28. cf. Tuscul. 4, 1, 3. de orat. 2, 37, 154. — Rex peregrinus, pro Sulla 7, 22. — Cum Egeria collocutus, de leg. 1, 1, 4. — Eo regnante nullus privatus erat disceptator aut arbiter litis, sed omnia conficiebantur iudiciis regiis. Et Ciceroni quidem videtur Numa maxime tenuisse hunc morem veterem Graeciae regum. Diuturna pax Numae mater urbi iuris et religionis fuit, de r. p. 5, 2, 3. — Romulus auspiciis, Numa sacris constitutis fundamenta iecit Romanae civitatis, de n. d. 3, 2, 5. — A Numa instituti pontifices veteres, de orat. 3, 19, 73. — Institutum Numae de intercalando posteriorum pontificum negligentia dissolutum est, de leg. 2, 12, 29. — A Numa rege doctissimo veteribusque Romanis carmina et cantus non neglecti, ut epularum sollemnium fides ac tibiae Saliorumque versus indicant, de orat. 3, 51, 197. — Numa Pompilius potius sapiens quam eloquens, de orat. 1, 9, 37. — Non minus gratas dis immortalibus Numae capedines ac fictiles hirnulas fuisse quam felicatas aliorum pateras, parad. 1, 2, 11. — Numa capedunculas nobis reliquit, de n. d. 3, 17, 43. — Constitutio religionum a Cicerone facta non multum discrepat a Numae legibus, de leg. 2, 10, 23. — Numa haud procul a Fontis, Iani filii, ara in Ianiculo conditus, Ib. 2, 22, 56. — Memoratur praeterea pro C. Rabir. perd. 4, 13. de domo sua 49, 127.

**Numantia**, urbs Hispaniae Tarraconensis. — Karthaginem et Numantiam Romani funditus sustulerunt, de off. 1, 11, 35. — Numantia sublata a Scipione Africano minore a. u. c. 621., ad Her. 4, 13, 19. — Nihil Numantinis vires corporis auxiliatae, Ib. 4, 27, 37. — Viribus probata, Ib. 4, 53, 66. de off. 1, 22, 76. — Turpia cum Numantinis foedera icta a Q. Pompeio Rufo a. u. c. 613. et C. Hostilio Mancino a. u. c. 617., Ib. 3, 30, 109. — Ti. Graccho quaestore et auctore ictum erat foedus a C. Mancino Hostilio a. u. c. 617., Brut. 27, 103. — De Numantino foedere quaesivit P. Furius Philus consul a. u. c. 618., de r. p. 3, 18, 28. — Numantini Mancinum non acceperunt, pro Caec. 33, 98. — Numantinum foedus a C. Mancino ictum, a senatu improbatum, de harusp. resp. 20,



43. Memoratur etiam de fin. 2, 17, 54.

**Numenius**, testis in Verrem, Verr. accusat. 4, 51, 113.

**Numenius**, Centuripinus, ab Apronio miserum in modum vexatus, Verr. accusat. 3, 23, 57.

**Numerianum** rauduscu1um, ad Att. 7, 2, 7.

Q. **Numerius Rufus**, tribunus pl. a. u. c. 697., Ciceronis inimicus, quem homines in luctu ridentes Gracchum appellabant, ex vepreculis extracta nitedula rem publ. conabatur adrodere, pro Sest. 33, 72. cf. in primis ib. 38, 82. — Numerius, Serranus, Aelius (Ligur) quisquiliae seditionis Clodianae, Ib. 43, 94. — Q. Numerius Rufus tribunus pl. de lapide emptus Ciceroni dicitur, in Pison. 15, 35.

**Num. Numestius**, Ciceroni commemoratus ab Attico, ad Att. 2, 20, 1. Ib. 2, 22, 7. Ib. 2, 24, 1.

Ti. **Numicius** cum Q. Maelio tribunus pl. a. u. c. 433., quod eorum auctoritate pax erat facta, post ignominiam ad Furculas Caudinas acceptam deditus est, ut pax Samnitium repudiaretur, de off. 3, 30, 109.

**Numisiana** forma, i. e., forma domus alicuius vel villae a Numisio architecto descripta, ad Q. fr. 2, 2, 1. [cf. Vitruv. 1. praef. §. 2.]

**Numisius Tiro** sicarius, Philipp. 2, 4, 8. Ib. 5, 6, 18. Ib. 12, 6, 14.

**Numitoria** Fregellana, proditoris filia, uxor M. Antonii Cretici, Philipp. 3, 6, 17.

C. **Numitorius**, eques Rom., testis in Verrem, Verr. accusat. 5, 63, 163.

Q. **Numitorius Pullus** quum Fregellanorum princeps esset, coniurationem ab his contra Romanos initam, L. Opimio praetore a. u. c. 629. hac de re inquirente, prodidit. Quo facto Fregellae, oppidum Volscorum in Latio ad ripam Liris, oppugnatae dirutaeque sunt, de inv. 2, 34, 105. de fin. 4, 22, 62. — V. **Numitoria**.

**Nummius** divisor, de orat. 2, 63, 257.

**Nymphae** deae. Earum templa publice vota et dedicata, de n. d. 3, 17, 43. — Nympharum aedes Clodii manu deflagravit, parad. 4, 2, 31. — Nympharum aedes, ubi tabularium publicum, incensa a P. Clodio, pro Mil. 27, 73.

**Nympho** Centuripinus, vexatus a C. Verre, Verr. accusat. 3, 21, 53.

**Nymphodorus** Agrigentinus, spoliatus a C. Verre, Verr. accusat. 4, 22, 48.

**Nymphodorus**, Centuripinus ab Apronio miserum in modum vexatus, Verr. accusat. 3, 23, 57.

**Nymphon** Colophonius, homo levissimus, ad Q. fr. 1, 2, 2. §. 4.

**Nysa**. Dionysus secundus Nysam dicitur interemisse, de n. d. 3, 23, 58.

**Nysaei**, incolae Nysae, urbis Cariae, ad fam. 13, 64, 1.

**Nysius**, cognomen Bacchi, pro Flacco 25, 60.

**Oceanus**. Eius fervor illis in locis, *Europam Libuamque rapax ubi dividit unda*, id est, in freto Herculeo, de n. d. 3, 10, 24. — Oceanus sive Atlanticum mare, de r. p. 6, 20, 21. — Oceanum cum Ponto, Sertorii copias cum suis coniungere voluit Mithridates, pro Mur. 15, 22. — Nihil Oceano longius inveniri potest, de prov.

cons. 12, 29. — Oceani freta, Tuscul. 1, 20, 45. — Ex Cleanthis sententia Sol Oceani alitur humore, de n. d. 2, 15, 40. — Oceanus Salaciaque Caeli satu Terraeque conceptu generati, Tim. 11. — Oceani filiae Perseis et Idyia, de n. d. 3, 19, 48. — Eius neptis Medea, Ib. — Eius filia Coryphe, mater Minervae quartae, Ib. 3, 23, 59.

**Ser. Ocella**, ad fam. 2, 15, 5. — Caelius ad fam. 8, 7, 2. cf. ad Att. 10, 10, 4. Ib. 10, 13, 3. Ib. 10, 17, 3. Ib. 16, 12, 11.

**Ocriculana** villa Milonis, prope Ocriculum (hodie *Otricoli*), Umbriae oppidum, pro Mil. 24, 64.

**Octaviana** formula: QUOD PER VIM AUT METUM ABSTULISSET. Eam L. Octavius, praetor quum esset, instituerat, Verr. accus. 3, 65, 152.

**Octavianum** bellum a. u. c. 667. a Cinna et Mario reduce contra Cn. Octavium cons. gestum, de div. 1, 2, 4. — Eo bello cometae (stellae) magnarum fuerunt calamitatum praenunciae, de n. d. 2, 5, 14. — Octavianum bellum grave, Philipp. 14, 8, 23.

**Octavianus** dies, quo L. Cinna et Cn. Octavius consules a. u. c. 667. inter se mutuo dissidentes magnam civium stragem ediderunt, pro Sest. 36, 77.

**Octavii**, quos devinctos consuetudine tenebat Archias, Cn. Octavius cos. a. u. c. 667. Cn. Octavius cos. a. u. c. 678. L. Octavius cos. a. u. c. 679., pro Arch. 3, 6.

**Octavii**, Cn. filii, pueri. Phameae causam contra eos recepit Cicero, ad Att. 13, 49, 1.

**Octavius**, postea Iulius Caesar Octavianus, ad fam. 16, 24, 2. ep. ad Brut. 1, 16.

**C. Octavius**, Octaviani sive Augusti pater, Macedoniam obtinebat a. u. c. 695., ad Att. 2, 1, 12. — Amplissimae eius laudes, ad Q. fr. 1, 1, 7. §. 21. Ib. 2, 2, 7. — Ei si vita suppeditasset, consul factus esset, Philipp. 3, 6, 15.

**Cn. Octavius Cn. F.** primus ex illa familia consul factus, praeclaram aedificavit in Palatio domum, de off. 1, 39, 138. — Cn. Octavius consul cum T. Manlio Torquato a. u. c. 589., de fin. 1, 7, 24. — Quum esset missus a senatu ad animos regum perspiciendos liberorumque populorum, maximeque, ut nepotem regis Antiochi, eius, qui cum Romanis bellum gesserat, classes habere, elephantos alere prohiberet, Laodiciae in gymnasio a quodam Leptine est interfectus, Philipp. 9, 2, 4.

**Cn. Octavius Cn. F. Cn. N.** consul a. u. c. 626. imperitus iuris civilis, de orat. 1, 36, 166.

**Cn. Octavius Cn. F. Cn. N.**, consul cum L. Cornelio Cinna a. u. c. 667. Armis ex urbe collegam suum Cinnam expulit: omne forum acervis corporum et civium sanguine redundavit, in Catil. 3, 10, 24. — Cn. Octavius aedilitate praeteritus consul est factus, pro Planc. 21, 51. — Eius eloquentia in consulatu multis contionibus est vehementer probata, Brut. 47, 176. — Cum Octavio collega Cinna dissedit: utrique horum secunda fortuna regnum est largita, adversa mortem, de harusp. resp. 24, 55. — Cinna si concordiam cum Octavio confirmare voluisset, hominum in re publ. sanitas remanere potuisset, Philipp. 13, 1, 2. — Eius caput praecidi iussit Cinna, Tuscul. 5, 19, 55. — V. Octavianum bellum et Octavianus dies.

**Cn. Octavius M. F.** cos. a. u. c. 678. cum C. Curione, Brut. 60, 217. — Cn. Octavius M. F. M. Octavii pater, Brut. 62, 222. — Cn. Octavius M. F. doloribus arthriticis confectus, de fin. 2, 28, 93.

**Cn. Octavius** an **Cn. Cornelius** quidam, Trebatii familiaris, ad fam. 7, 9, 3. Ib. 7, 16, 2.

**L. Octavius** consul cum C. Aurelio Cotta a. u. c. 679., Verr. accusat. 1, 50, 130. Ib. 3, 7, 18.

**L. Octavius** Reatinus, orator Romanus, Brut. 68. 241.

**M. Octavius Cn. F.**, aequalis L. et M. Lucullorum. M. Octavii frumentaria largitio et rei publ. tolerabilis et plebi necessaria, de off. 2, 21, 72. — M. Octavius Cn. F. tantum auctoritate dicendoque valuit, ut legem Semproniam frumentariam populi frequentis suffragiis abrogaverit, non tamen orator proprie dicendus, Brut. 62, 222.

**M. Octavius Cn. F. M. N.** aedilitatem cum Caelio petit minime gratiosus a. u. c. 703., Cael. ad fam. 8, 2, 2. Ib. 8, 3, 1. — M. Octavius, Appii Claudii Pulcri in Cilicia legatus aut praefectus a. u. c. 703., ad fam. 3, 4, 1. — M. Octavius, aedilis curulis a. u. c. 704., ad Att. 5, 21, 5. Ib. 6, 1, 20.

**Octavius Balbus**, subscriptor L. Atratini in M. Caelium, pro Cael. 11, 27.

**L. Octavius Balbus**, homo et iuris et officii peritissimus, Verr. accusat. 2, 12, 31.

**P. Octavius Balbus**, pro Cluent. 38, 107.

**Q. Octavius (Caecina)**, tribunus plebi a. u. c. 621. De eo Ti. Gracchus detulit sitellam, de n. d. 1, 38, 106. — Huic, collegae suo, Ti. Gracchus potestatem intercedendi abrogavit, de leg. 3, 10, 24. — M. Octavius iniuria accepta fregit Ti. Gracchum patientia, Brut. 25, 95.

**Octavius Ligur**, ad Att. 5, 4, 2.

**(Octavius) Ligur** sive **Ligus**, ad Att. 12, 23. 3.

**L. (Octavius) Ligur**. Eius rationes pecuniariae a. u. c. 705., ad Att. 7, 18, 4.

**L. Octavius Ligur**, Marci frater. Huius absentis causam egit a. u. c. 680., Verr. accusat. 1, 48, 125.

**M. Octavius Ligur**, senator, heres C. Sulpicii Olympi circa a. u. c. 680., Verr. accusat. 1, 48, 125. Ib. 2, 7, 21. Ib. 2, 48, 119.

**Octavius Mamilius**, ad Att. 9, 10, 3. V. **Mamilius**.

**Octavius Marsus**, per inversionem: **Marsus Octavius** legatus P. Dolabellae, praemissus ab eo in Syriam a. u. c. 711., sceleratus latro atque egens, Philipp. 11, 2, 4.

**L. Octavius Naso**. Eius heres L. Flavius praetor designatus a. u. c. 695., ad Q. fr. 1, 2, 3. §. 10.

**Odyssea** Latina Livii Andronici, Brut. 18, 71.

**Odysseae** portus, Verr. accusat. 5, 34, 87.

**Oedipus** Laii filius, de fato 13, 30. Ib. 14, 33.

**Oeneus**, Deianirae pater, Tuscul. 2, 8, 20.

**Oenomaus**, Hippodamiae pater, Accii fabula, Tuscul. 3, 12, 26. ad fam. 9, 16, 4.

**Oenopion**, Chii rex, Arat. v. 673.

**Oeta** sive **Oetaeus** mons inter Thessaliam et Macedoniam, de n. d. 3, 16, 41. Tuscul. 2, 7, 19.

**Ofella.** V. **Q. Lucretius Ofella.**

A. **Ofilius**, iure consultus, ad fam. 7, 21. ad Att. 8, 37. Ib. 13, 37, 4. — Creditor Ciceronis, ad fam. 16, 24, 1.

**Oïleus** Aiacis Locri pater in Sophoclis Aiace Locro, Tuscul. 3, 29, 71.

**Olbia**, Sardiniae oppidum, ad Q. fr. 2, 4 (6), 7. — Olbiensis epistola, Ib. 2, 3, 7.

**Olympeni**, incolae Olympi, oppidi Pamphyliae. — Olympenorum agros populo Rom. P. Servilii victoria adiunxit, de lege agr. 1, 2, 5. Ib. 2, 19, 50.

**Olympia.** Gloria ducti adolescentes Olympiae excipiunt gravissimas plagas et ferunt silentio, Tuscul. 2, 20, 46. de orat. 3, 32, 127. de n. d. 2, 2, 6.

**Olympia.** Olympiorum victoria athletis consulatus ille antiquus videtur, Tuscul. 2, 17, 41. — Ab Olympiis coronam petere, de opt. gen. or. 3, 8.

**Olympiacus** cursus, ad Her. 4, 3, 4.

**Olympias** prima CVIII. annis, postquam Lycurgus leges scribere instituit, quam quidam nominis errore ab eodem Lycurgo institutam putant, de r. p. 2, 10, 18.

**Olympias**, Philippi Macedonis coniux, peperit Alexandrum ea nocte, qua Dianae Ephesiae templum ab Herostrato incensum conflagravit. Magorum ea de re responsum, de divin. 1, 23, 47. de n. d. 2, 27, 69. — Olympias draconem alebat, de divin. 2, 66, 135.

**Olympus** mons in Macedonia. In immensum editus, fragm. p. 351.

**Olympus** stellans, de divin. 1, 12, 19. Ib. 2, 20, 45.

**Olympus**, urbs Pamphyliae, antiqua et omnibus rebus aucta et ornata, capta a P. Servilio Vatia Isaurico, Verr. accusat. 1, 21, 56.

**Onasus** Segestanus, testis in Verrem, Verr. accusat. 5, 45, 120.

**Onchesmites** ventus, ab Onchesmo, Epiri portu flans, ad Att. 7, 2, 1.

**Ophiuchus**, Latinis 'Anguitenens', Arat. v. 77. de n. d. 2, 42, 109.

L. **Opimius Q. F.**, is, qui praetor a. u. c. 630. Fregellas cepit, quo pacto visus est caeteros quoque nominis Latini socios male animatos repressisse, idemque in consulatu, quem gessit a. u. c. 633. cum Q. Fabio Maximo, auctoritate senatus Fulvium Flaccum consularem et C. Gracchum tribunicium oppressit, ob quam invidiam postea iudicio circumventus est et in exsilium actus, Brut. 83, 287. pro Planc. 36, 88. Philipp. 8, 4, 14. in Catil. 1, 2, 4. — L. Opimius — interfecit C. Gracchum, de orat. 2, 30, 132. — Quaestio, iurene occiderit Opimius Gracchum: respondit: Iure feci salutis omnium et conservandae rei publ. causa. Relatumque est ab Decio: Ne sceleratissimum quidem civem sine iudicio iure ullo necare potuisti, part. or. 30, 104 et 106. — L. Opimius maiestatis accusatus a Q. Decio trib. pl. a. u. c. 634. defensus a C. Carbone consule, de orat. 2, 25, 106. cl. ib. 2, 30, 132. — Opimius damnatus, servator ipse rei publ., pro Planc. 28, 69. cl. ib. 29, 70. — Eius damnatio, de r. p. 1, 3, 6. — Eum a populo absolutum, quum contra populi studium stetisset, Gracchani iudices sustulerunt, Brut. 34, 128. — L. Opimius eiectus est e patria, is, qui praetor et consul maximis rem publicam periculis liberarat, in Pison. 39, 95. — Cuius monumentum celeberrimum in foro (aedes Concordiae), sepulcrum desertissimum in littore Dyrrhachino etc., pro Sest. 67, 140. cf. de inv. 2, 34, 105. — Vinum eo consule natum, Brut. 83, 287.



Q. **Opimius Q. F. Q. N.** cos. a. u. c. 600. cum L. Postumio Albino. Egilii facetum in eum dictum, de orat. 2, 68, 277.

Q. **Opimius L. F. Q. N.** Ab eo petita mulcta est apud C. Verrem praetorem urbanum a. u. c. 680., Verr. accusat. 1, 60, 155.

**Opimius**, iudex a. u. c. 700., ad Att. 4, 16, 6.

**Oppia**, uxor L. Mindii, ad fam. 13, 28, 2.

**Oppianicus** pater. V. **Stat. Albius Oppianicus.**

C. **Oppianicus**, Statii Albii Oppianici frater, ab hoc veneno interfectus, pro Cluent. 11, 31.

**Oppianicus** filius, pro Cluent. 4, 10.

**Oppii.** Tu Oppios Terentiae dabis, ad Att. 10, 4, 12. — Oppii Velienses, Ib. 10, 6, 3. — De aenigmate Oppiorum ex Velia, Ib. 7, 13. b. 5. — Oppii, Attici contubernales, Ib. 8, 7, 3.

C. **Oppius**, Caesaris familiaris coniungitur fere cum Balbo et Hirtio. — Oppius, Caesaris amicus, ad Att. 4, 16, 14. Ib. 5, 1, 2. Ib. 5, 4, 3. ad Q. fr. 3, 1, 3. §. 8. Ib. 3, 5, 17. — Oppii et Balbi epistola ad Ciceronem a. u. c. 705., ad Att. 9, 7. A. — Caesaris ad eum epistola, Ib. C. Altera, Ib. 9, 13. A. — Ei honos quaerebatur, ad fam. 2, 16, 7. cl. ad Att. 11, 17, 2. Ib. 11, 18, 2. Ib. 12, 19, 2. — Quae Balbus et Oppius absente Caesare egerunt, ea solebant illi rata esse, ad fam. 6, 8, 1. Ib. 6, 12, 2. Ib. 6, 19, 2. — Oppius amans Varronis, Ib. 9, 6, 1. — Oppius nihilo minus quam Matius Caesarem interfectum desiderat, sed loquitur nihil, quod quemquam bonum offendat, ad Att. 14, 1, 1. — Oppius amicissimus Attico, Ib. 16, 2, 5. — Ciceronis ad eum epistola, ad fam. 11, 29. — Oppii epistolae, quia perhumana erat, Attico Cicero misit exemplum, ad Att. 16, 12, 1. — Oppius Ciceronem hortatus est, ut Octavianum totamque causam manumque veteranorum amplecteretur, Ib. 16, 15, 3.

Cn. **Oppius Cornicinus** abiecta toga se ad generi Sex. Atilii Serrani trib. pl. a. u. c. 697. pedes abiecit, eum deprecatus, ne intercederet SCto de aedibus Ciceroni restituendis, ad Att. 4, 2, 4.

L. **Oppius M. F.** eques Rom., testis in causa Flacci, pro Flacco 13, 31. — L. Oppius, qui Philomelii negotiabatur, commendatur Quinctio Gallio, ad fam. 13, 43, 1. et 44. — Commendatur Q. Philippo procos. Asiae, Ib. 13, 73, 1. Ib. 13, 74.

M. **Oppius**, ad fam. 8, 8, 5 et 6.

P. **Oppius.** M. Aurelius Cotta, proconsul Bithyniae, quaestorem suum P. Oppium dimiserat et peculatus et insidiarum sibi structarum suspectum, quo crimine mox ex Cottae epistola est accusatus, a Cicerone autem defensus a. u. c. 687. Eius orationis fragmenta leguntur, fragm. p. 221 sq.

P. **Oppius**, praetor a. u. c. 710., Philipp. 3, 10, 25.

**Ops** eadem quae Terra, Tim. 11. — Ops dea, de leg. 2, 11, 28. de n. d. 2, 23, 61. — Spei, Salutis, Opis, Victoriae facultas a dis ex-

petenda est. de n. d. 3, 36, 88. — Statua Africani minoris ad Opis, ad Att. 6, 1, 17. — In Opis aede Caesar septiens miliens sestertium deposuerat: ibi rapinae ab Antonio fieri dicuntur, Ib. 14, 14, 5. — Dolabella adhuc non solvit, praesertim quum se maximo aere alieno Faberii manu liberarit et Opem ab eo petierit, Ib. 14, 18, 1. cf. ib. 16, 14, 4. Philipp. 1, 7, 17. Ib. 2, 14, 35. Ib. 2, 37, 93. Ib. 5, 6, 15. Ib. 8, 9, 26.

**Opus** (*Ὀποῦς*), urbs Locridis, caput Opuntiorum, *Ὀπούντιοι*, ad Att. 6, 2, 3.

**P. Orbius**, Ciceronis fere aequalis, in dicendo non nimis exercitatus, in iure autem civili non inferior quam magister T. Iuventius fuit, Brut. 48, 179. — P. Orbius, Asiae praetor a. u. c. 691. Globulo succedens, pro Flacco 31, 76.

**Orbona** dea orbitatem avertere credita. Fanum Orbonae ad Larum aedem, de n. d. 3, 25, 63.

**C. Orchivius**, Ciceronis collega in praetura a. u. c. 688., pro Cluent. 34, 94. — Peculatus quaestionem exercebat, Ib. 53, 147. — C. Orchivius, civis ad ambitionem gratiosissimus, Q. Cic. de pet. cons. 5, 19. — Orchivii, orat. 48, 160.

**Orcus**, frater Iovis et Neptuni, an deus, de n. d. 3, 17, 43. — Tuscul. 1, 21, 48. — Orcus sive Dis pater rapuit Liberam, Verr. accusat. 4, 50, 111.

**Orestes**, filius Agamemnonis et Clytaemnestrae, qui patris caedem ulturus matrem occidit. V. Milonianam 3, 8. — Orestes furiosus, Tuscul. 3, 5, 11. — Tres primi versus Orestis Euripidei in Latinum conversi, Tuscul. 4, 29, 63. — Piso tragico illo Oreste dementior, in Pison. 20, 47. — Orestes et Pylades egregium amicitiae exemplum, de fin. 1, 20, 65. Ib. 2, 24, 79. Ib. 5, 22, 63. — Orestes et Pylades apud Pacuvium, de am. 7, 24. ad Her. 1, 10, 17. Ib. 1, 15, 25. Ib. 1, 16, 26. — Orestes modo rex, modo mendicus, Ib. 2, 23, 36. de inv. 1, 13, 18. Ib. 1, 49, 92.

**Orestes**. V. **Aufidius Orestes**.

**Orestilla**. V. **Aurelia Orestilla**.

**Orestis**, pars Macedoniae libera, de harusp. resp. 16, 35.

**M. Orfius**, ad fam. 7, 5, 2.

**M. Orfius**, eques Rom., Ciceronis pernecessarius ex municipio Atellano, tribunus mil., ad Q. fr. 2, 12 (14), 3.

**Orion** manibus violasse Dianam dicitur in insula Chio, Arat. v. 668. Ib. v. 237. 322. 343. 537. de n. d. 2, 44, 113. Ib. 3, 10, 26.

**Orithyia**, Erechthei, regis Atheniensis filia, a Borea s. Aquilone sublata Athenis, de leg. 1, 1, 3.

**Oroandicus** ager, Oroandae, oppidi inter Pisidiam et Isauriam, de lege agr. 2, 19, 50.

**Orodes**, rex Parthorum, cuius filius Pacorus, ad Att. 5, 18, 1. Ib. 5, 21, 2. Ib. 6, 1, 14. ad fam. 15, 1, 2.

**Oroetes**, praetor Darei, in crucem egit Polycratem Samium, de fin. 5, 30, 92.

**Oropus**, oppidum Boeotiae in finibus Atticae, ad Att. 12, 23, 2.

**Orpheus**. Orpheum poëtam docet Aristoteles numquam fuisse et Orphicum carmen Pythagorii ferunt cuiusdam fuisse Cercopis, de n. d. 1, 38, 107. — Orpheus, Musa (Calliopa) matre natus, nusquam tamen colitur, de n. d. 3, 18, 45. — Eum allegorice inter-



pretatus est Chrysippus, de n. d. 1, 15, 41. Tuscul. 1, 41, 98.

**Orpheus** Ciceronis, ad fam. 14, 4, 4.

**Orphica** sacra Dionyso quarto putantur confici, de n. d. 3, 23, 58.

**Osaces**, magna auctoritate dux Parthorum, in fuga vulnus accepit a Cassio, eoque interiit paucis post diebus, ad Att. 5, 20, 3.

**Osci** ludi dati a Cn. Pompeio a. u. c. 699., ad fam. 7, 1, 3.

**Ostia**. Ad ostium Tiberis colonia deducta ab Anco rege, de r. p. 2, 3, 5. Ib. 2, 18, 33. Memoratur etiam ad fam. 9, 6, 1. ad Q. fr. 2, 5 (6), 7. Ib. 3, 2, 1. — Ostiense incommodum, quum classis ea, cui consul populi Rom. praepositus esset, a praedonibus Ciliciensibus capta atque oppressa est, de imp. Cn. Pomp. 12, 33. — Ostiensis provincia, non tam gratiosa et illustris quam negotiosa et molesta, pro Murena 8, 18.

**Cn. Otacilius Naso** commendatur Acilio, ad fam. 13, 33.

**Otho**. V. **Roscius Otho**.

**Ovia**, C. Lollii uxor, ad Att. 12, 21, 4. Ib. 12, 24, 1. Ib. 12, 30, 2. Ib. 13, 22, 4.

**Ovii** Mamertini, civitate donati a Cn. Pompeio, pro Balbo 22, 51.

**Ovius**, ad Att. 16, 1, 5.

**M. Pacius**, hospes Attici, ad Att. 4, 16, 1. — Pacciana epistola, Ib. 4, 16, 13.

**Pacenus**. Eius pastoribus Cluentii vilicus vim et manus attulisse dicebatur, pro Cluent. 59, 161.

**Pachynum**, promontorium Siciliae, hodie *Capo di Passaro*, Verr. accusat. 5, 33, 87.

**L. (Iunius) Paciaecus**. Eius litterae de exercitu Hispaniensi Cn. Pompeii, Magni filii, ad fam. 6, 18, 2. cf. ad Att. 12, 2, 1.

**Pacideianus** gladiator Lucilio memoratus, de opt. gen. or. 6, 17. Tuscul. 4, 21, 48. ad Q. fr. 3, 4, 2.

**Paciliana** domus. Eam emere volebat Q. Cicero, ad Att. 1, 14, 7.

**M. Pacilius**, homo egens et levis, accusator Sthenii Thermitani apud C. Verrem, Verr. accusat. 2, 38, 94. Ib. 2, 40, 98.

**Paconius** nescio quis, homo ne Graecus quidem ac Mysius aut Phryx potius, qui querebatur de Q. Cicerone, ad Q. fr. 1, 1, 6. §. 19.

**M. Paconius**, eques Rom., vexatus a P. Clodio, pro Milone 27, 74.

**Pacorus**, Orodi, regis Parthorum, filius, a. u. c. 703. Euphratem transiit cunctis fere copiis, ad Att. 5, 18, 1. ad fam. 15, 1, 2. — Cum eo nupta erat Artuasdae, regis Armeniorum, soror, Ib. 15, 3, 1. — Pacorus Parthus Veteri Antistio eripuit Caecilium Bassum ab eo circumsessum a. u. c. 710., ad Att. 14, 9, 3.

**M. Pacuvius** Brundisinus Ennii nepos ex sorore, poëta tragicus. — Accius iisdem aedilibus ait se et Pacuvium docuisse fabulam, quum ille octoginta, ipse triginta annos natus esset, Brut. 64, 229. — C. Laelii et P. Scipionis, qui optime loquebantur, aequales Caecilius et Pacuvius male locuti sunt, Brut. 74, 258. — M. Pacuvius, hospes et amicus C. Laelii, eius Iphigenia Taurica, de am. 7, 24. — Pacuvius, summus tragicus, de opt. gen. or. 1, 2. —

Multi Latini Ennium et Pacuvium et Accium potius quam Euripidem et Sophoclem legunt, de opt. gen. or. 6, 18. — Omnes apud Pacuvium ornati elaboratique sunt versus, multa apud Ennium neglegentius, orat. 11, 36. — Pacuvius, Ennius inter se dissimiles, de orat. 3, 7, 27. — Pacuvius, Ennius, Accius non verba, sed vim Graecorum expresserunt poëtarum, Acad. post. 1, 3, 10. — Pacuvianae tragoediae, ad Her. 4, 4, 7. — Eius Amphion, de inv. 1, 50, 94. — Eius versiculi, ad Her. 2, 23, 35. — De Zetho et Amphione, Ib. 2, 37, 43. — Zethus in eius Antiopa, de orat. 2, 37, 155. — Versus ex Antiopa, de divin. 2, 64, 133. — Pacuvii Antiopa, de fin. 1, 2, 4. — Versus ex Armorum iudicio, de off. 3, 26, 98. — Pacuvii versus, ad Her. 2, 26, 42. de inv. 1, 45, 83. — Pacuvii Chryses et Armorum iudicium, orat. 46, 155. — Versus e Chryse, de divin. 1, 57, 131. — Versiculus ex Chryse, de n. d. 2, 36, 91. — Versiculi ex Duloreste, de orat. 3, 39, 157. — Eius versiculi e tragoedia incerta, de divin. 1, 14, 24. — Versiculus ex Hermiona, de orat. 2, 44, 187. — Versus ex eius Iliona, pro Sestio 59, 126. Item Tusc. 1, 44, 106. Acad. pr. 2, 27, 88. — Pacuvii Medus et Antiopa, de off. 1, 31, 114. — Versus ex Medo, Tuscul. 3, 12, 26. — Aliquis illo Pacuviano 'invehens alitum anguium curru', de r. p. 3, 9, 14. — Versus ex Niptris, Tuscul. 2, 21, 48. et 5, 16, 46. Item de orat. 3, 40, 162. Acad. pr. 2, 27, 88. — Pacuvius lamentationem Ulixi melius expressit quam Sophocles. Apud illum enim perquam flebiliter Ulixes lamentatur in vulnere, Tuscul. 2, 21, 49. — Pacuvii Teucer, de orat. 1, 58, 246. Ib. 2, 46, 193. — Versus de Teucro, Tuscul. 5, 37, 108. — Pacuvii versiculi ex Teucro, ut videtur, pro Scauro 2, 3. — Versiculi ex Teucro, de divin. 1, 36, 80. — Pacuvii versiculi ex tragoediis incertis, de divin. 1, 16, 29. de fin. 5, 11, 31. ad fam. 8, 2, 1.

**Paean** sive **Paeon,** ἐπίθετον Apollinis. — Paeanis signum ex aede Aesculapii sublatum a Verre, Verr. accusat. 4, 57, 127. — Paean sacrificiis anniversariis simul cum Aesculapio apud Syracusanos colebatur, Ib. 4, 57, 128. Hymni genus in Apollinem, de orat. 1, 59, 251.

**Paeonius**, rhetor, ad Q. fr. 3, 3, 4.

**Paestanus** sinus, ad Att. 16, 6, 1.

**Paestum**, urbs Lucaniae, Graece Posidonia, hodie *Pesto*, ad Att. 11, 17, 3.

**Paetus.** V. **Aelius Paetus** et **Papirius Paetus.**

**Palaemon**, Inus s. Leucotheae filius, deus marinus, de n. d. 3, 15, 39.

**Palamedes**, Nauplii et Clymenes filius. — In eum coniecta est suspicionum proditionis multitudo, topic. 20, 76. — Eius perspicax prudentia percepit malitiosam Ulixi audaciam, de off. 3, 26, 98. — Palamedes iudicio iniquo circumventus, Tuscul. 1, 41, 98. — Eius mors indigna, ad Her. 2, 19, 28.

**Palatina** palaestra Ciceronis, ad Att. 2, 4, 7.

**Palatina** tribus urbana, Verr. accusat. 2, 43, 107. pro Sestio 53, 114.



**Palatinae** balneae. Ad eas occisus Sex. Roscius, pro Sex. Roscio 7, 18.

**Palatium**, quartae regionis. In Palatio ara vetustissima Febris, de leg. 2, 11, 28. — Febris fanum in Palatio, de n. d. 3, 25, 63. — In eo erat Saliorum curia, de divin. 1, 17, 30. — Lucus Vestae a Palatii radice in Novam viam devexus est, de divin. 1, 45, 101. de orat. 2, 65, 263.

**Palicanus.** V. **Lollius Palicanus.**

**Palla**, homo ignotus, cui M. Caelius bona eripuisse dicebatur, pro Caelio 10, 23.

**Pallacinae** vicus, pro Sex. Roscio 45, 132.

**Palladium.** Signum, quod de caelo delapsum Vestae custodiis continetur, Philipp. 11, 10, 24. pro Scauro 2, 48.

**Pallas**, pater Minervae quintae, quae patrem dicitur interemisse virginitatem suam violare conantem, de n. d. 3, 23, 59.

**Pallas**, eadem quae Minerva. — Pallas doctissima, Arat. v. 548.

**Paltus**, *Πάλτος*, oppidum Syriae prope Aradum, hodie *Baldo,* ad fam. 12, 13, 4.

**Pammenes**, rhetor Atheniensis, aequalis Ciceronis, studiosissimus Demosthenis, orat. 30, 105. — Exercuit M. Brutum, Brut. 97, 332. — Pammeni domum Cicero tutandam commendat Attico, ad Att. 5, 20, 10. — Pammenia illa Ciceroni non placent, Ib. 6, 2, 10.

**Pamphilus**, Platonis auditor. Eum Epicurus a se ait Sami auditum, eumdem tamen mirifice contemnit, de n. d. 1, 26, 70.

**Pamphilus**, rhetor, de orat. 3, 21, 81.

**Pamphilus** Lilybaetanus, Ciceronis amicus et hospes, Verr. accusat. 4, 14, 32.

**Pamphilus** servus Attici, ad Att. 7, 2, 2.

**Pamphylia**, regio Asiae minoris ad mare mediterraneum inter Lyciam et Ciliciam, ad fam. 8, 9, 3. Ib. 12, 15, 7. — Pamphylia (i. e. eius incolae) volatibus avium cantibusque declarari res futuras putat, de divin. 1, 1, 2. — Pamphyliae vetus oppidum et nobile Aspendus, Verr. accusat. 1, 20, 53. de imp. Cn. Pomp. 12, 35.

**Pamphylii.** A Pamphyliis, Cilicibus, Pisidis, Lyciis auspicia tenentur, de divin. 1, 15, 25.

**Pamphylium** forum, ad Att. 5, 21, 9.

**Pan**, natus ex Mercurio tertio et Penelopa, de n. d. 3, 22, 56.

**Panaetius** Rhodius, Stoicus, natus Olymp. CLII. circa a. u. c. 582. floruit circa a. u. c. 610., quo anno mortuus sit, non constat. — Familiaris Scipionis et Laelii, quum ad Q. Tuberonem de dolore patiendo scriberet, quod esse caput debebat, si probari posset, numquam posuit, non esse malum dolorem, sed quid esset et quale quantumque in eo inesset alieni, deinde quae ratio esset perferendi etc., de fin. 4, 9, 23. — Dionysius apud Ciceronem honoratior fuit quam apud Scipionem Panaetius, ad Att. 9, 12, 2. — Persaepe Scipio Africanus minor cum Panaetio disserere solitus erat coram Polybio, multaque colligere ac docere, optimum longe statum civitatis esse eum, quem maiores nostri nobis reliquissent, de r. p. 1, 21, 34. — Habuit Panaetium eruditissimum

hominem et paene divinum domi P. Scipio Africanus minor, pro Murena 31, 66. cl. Tuscul. 1, 33, 81. Acad. pr. 2, 2, 5. — Panaetius laudat Africanum minorem, quod fuerit abstinens, de off. 2, 22, 76. — Eius auditor C. Fannius historicus, Laelii gener, Brut. 26, 101. — Eius discipulus Hecato Rhodius, de off. 3, 15, 63. — Eius auditor Mnesarchus, de orat. 1, 11, 45. — Oratorem, nisi qui sapiens esset, dicebat esse neminem, Ib. 1, 18, 83. — Eius auditor P. Rutilius Rufus, Brut. 30, 115. — Cum eo vixit M. Vigellius, de orat. 3, 21, 78. — Panaetius quum caetera tum caelestia vel studiosissime solebat quaerere, de r. p. 1, 10, 15. — Popularibus verbis egit et usitatis de opinione populari Panaetius, de off. 2, 10, 35. — Panaetius Stoicorum tristitiam atque asperitatem fugiens nec acerbitatem sententiarum nec disserendi spinas probavit, fuitque in altero genere mitior, in altero illustrior, semperque habuit in ore Platonem, Aristotelem, Xenocratem, Theophrastum, Dicaearchum, ut ipsius scripta declarant, de fin. 4, 28, 79. — Ei placuit patroni esse non numquam veri simile, etiam si minus sit verum, defendere, de off. 2, 14, 51. — Panaetius Platonis unam sententiam de immortalitate animorum non probat. Vult enim, quod nemo negat, quidquid natum sit, interire: nasci autem animos etc., Tuscul. 1, 32, 79. — Ex eius sententia animus ex inflammata anima constat, Ib. 1, 18, 42. — Ab eo commemoratur neminem neque ducem belli nec principem domi magnas res et salutares sine hominum studiis gerere potuisse, de off. 2, 5, 16. — Panaetius vel princeps disciplinae Stoicae, Posidonii doctor, discipulus Antipatri, a Stoicis in doctrina de divinatione degeneravit, nec tamen ausus est negare vim esse divinandi, sed dubitare se dixit, de divin. 1, 3, 6. cl. ib. 1, 7, 12. — Panaetius unus e Stoicis astrologorum praedicta reiecit. Quid de Archelao et Cassandro et Scylace tradiderit, de divin. 2, 42, 88. — Cum eo, quod ad Chaldaeorum praedicta attinet, non cum Carneade facit Cicero, Ib. 2, 47, 97. — Panaetius princeps prope Stoicorum, ea de re dubitare se dicit, quam omnes praeter eum Stoici certissimam putant, vera esse haruspicinam, auspicia, oracula, somnia, vaticinationes seque ab adsensu sustinet, Acad. pr. 2, 33, 107. — Cicero vult sibi mitti *Παναιτίου περὶ προνοίας*, ad Att. 13, 8. — *Τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος*, quatenus Panaetius, absolvit Cicero duobus: Panaetii tres sunt. Sed quum initio divisisset ita, tria genera exquirendi officii esse etc., ad Att. 16, 11, 4. — Panaetius, qui sine controversia de officiis accuratissime disputavit, non exsolvit quod promiserat, de off. 3, 2, 7. — Teste tamen Posidonio triginta annis vixit, postquam illos libros edidisset, Ib. 3, 2, 8 sqq. Ib. 3, 3, 12. Ib. 3, 4, 18. Ib. 3, 7, 33 sqq. — A Panaetio definitionem officii praetermissam esse, de off. 1, 2, 7. — Locus, de duobus honestis utrum honestius, a Panaetio est praetermissus, de off. 1, 43, 152. Ib. 1,



43, 152. Ib. 1, 45, 161. — Panaetius in libris de officiis duo praetermisit, valetudinis curationem et pecuniae, de off. 2, 24, 86. — Panaetius, quem multum in libris de officiis secutus est Cicero, non interpretatus, reprehendit theatra, porticus, nova templa ab hominibus ambitiosis exstructa, de off. 2, 17, 60. — Panaetii se comitem profitetur in libris de officiis Cicero, fragm. p. 347. — Panaetius dictum Africani auditoris et familiaris sui rettulit, de off. 1, 26, 90. — Panaetius epistola quadam ad Q. Tuberonem valde laudat Appii Caeci carmen, Tuscul. 1, 2, 4. — Panaetius Tuberoni praecepit, ut ad verbum edisceret Crantoris libellum de luctu, Acad. pr. 2, 44, 135. — cf. de fin. 1, 2, 6. Tuscul. 5, 37, 107.

**Panhormitana** civitas sine foedere immunis ac libera, Verr. accusat. 3, 6, 13.

**Panhormus**, hodie *Palermo*, Verr. accusat. 2, 26, 63.

**Panisci**, an di, de n. d. 3, 17, 43. — Fingebat Carneades in Chiorum lapicidinis saxo diffisso caput exstitisse Panisci, de divin. 1, 13, 23. Ib. 2. 21. 48.

**Pansa**. V. **Vibius Pansa**.

**Panthera** et Sabidius, homines obscuri, amici C. Antonii competitoris Ciceronis in praetura et in consulatu, Q. Cic. de pet. cons. 2, 8.

**Panurgus**, servus communis Q. Fanni Chaereae et Q. Roscii comoedi. Ab eo originem traxit lis inter C. Fannium Chaeream et Q. Roscium comoedum, pro Rosc. Com. 10, 27.

**Paphii**, incolae Paphi in insula Cypro, C. Sextilio Rufo commendantur, ad fam. 13, 48.

**Paphlagonia**, regio Asiae minoris ad Pontum Euxinum inter Bithyniam et Pontum, de lege agr. 1, 2, 6. Ib. 2, 21, 55.

**Paphus**, urbs Cypri notissima propter cultum Veneris, quae inde Paphia, Philipp. 2, 15, 39.

**Papia** lex, de peregrinis ex urbe eiiciendis, pro Archia poëta 5, 10. pro L. Balbo 23, 52. ad Att. 4, 16, 12.

**Papia**, Oppianici uxor, pro Cluent. 9, 27.

**Papia**, femina e gente Papia plebeia, quae Ciceroni pecuniam debebat, ad fam. 16, 24, 2.

**L. Papinius**, eques Rom., Verr. accusat. 4, 21, 46.

**Papiria** lex de consecratione aedium, de domo sua 50, 128.

**Papiriana** domus C. Trebatii Veliae in Lucania, ad fam. 7, 20, 1.

**Papirii**, prius **Papisii**, partim patricii minorum gentium, ut Cursores, et Masones, partim plebeii, ut Carbones et Turdi, ad fam. 9, 21, 2. et 3.

**Papirii Carbones**, plebei, ad fam. 9, 21, 3.

**C. Cn. M. Papirii Carbones** tres fratres, ad fam. 9, 21, 3.

**Papirii Turdi**, plebeii, ad fam. 9, 21, 3.

**L. Papirius** Fregellanus, orator Latinus, eius oratio pro Fregellanis coloniisque Latinis habita in senatu, Brut. 47, 170.

**Q. Papirius** tribunus pl. legem rogavit, quae vetat iniussu plebis aedes, terram, aram consecrare, de domo sua 49, 127. V. **Lex Papiria**.

**Papirius Carbo**, Ciceronis inimicus, ad fam. 9, 21, 3.

**C. Papirius C. F. Carbo**, adolescens ingeniosissimus M. Aemilium Lepidum Porcinam audire solitus est, Brut. 25, 96. — C. Papirius Carbo, C. Cato sequebantur Ti. Gracchum, de am. 11, 39. Ib. 12, 41. — C. Carbo trib. pl. a. u. c. 623. pravam legem tulit de tribunis plebi reficiendis, de orat. 2, 40, 170. — Quibus blanditiis C. Papirius influebat in aures contionis, quum ferret legem de tribunis plebi reficiendis dissuadentibus Laelio et Scipione, de am. 25, 96. — C. Papirius Carbo, cui ne reditus quidem ad bonos salutem a bonis potuit adferre, tulit tertiam legem tabellariam de iubendis legibus ac vetandis, de leg. 3, 16, 35. — C. Carbo tribunus pl. seditiosus, pro Milone 3, 8. — Notatus a Lucilio, de n. d. 1, 23, 63. — C. Carbo C. F. tribunus pl. in contione dixit: ‘O Marce Druse etc.’ orat. 63, 213. — C. Carbo accusante L. Crasso cantharidas sumpsisse dicitur, ad fam. 9, 21, 3. cl. Brut. 27, 103. — Ti. Gracchi mortem saepe in contionibus deploravit, P. Africani necis socius fuit, de orat. 2, 40, 170. — Pompeius a. u. c. 698. dixit aperte se munitiorem ad custodiendam vitam suam fore, quam Africanus fuisset, quem C. Carbo interemisset, ad Q. fr. 2, 3, 3. — C. Papirius Carbo consul defendit L. Opimium maiestatis postulatum a Q. Decio trib. pl., de orat. 2, 25, 106. — Verba ex illa Opimii defensione, de orat. 2, 39, 165. — C. Carbo accusatus a L. Crasso admodum adolescente, a. u. c. 635., Brut. 43, 159. — A L. Crasso in iudicium vocatus, Verr. accusat. 3, 1, 3. de off. 2, 13, 47. — C. Papirius Carbo, ignarus legum, rudis in iure civili — a L. Crasso adolescentulo perculsus, de orat. 1, 10, 39. — Eius exercitationes oratoriae, Ib. 1, 34, 154. — De eius eloquentia existimatur, Brut. 27, 103. Ib. 27, 105. Ib. 27, 106. cl. ib. 62, 221. 86, 295. Ib. 97, 333. — Profluens quiddam habuit et canorum, de orat. 3, 7, 28. cl. ib. 2, 2, 9. Tuscul. 1, 3, 5. — C. Carbo etiam in tabernaculo studiis vacabat, fragm. p. 345.

**C. Papirius Carbo Arvina**, praecedentis C. Papirii Carbonis filius, a Damasippo praetore factionis Marianae a. u. c. 672. occisus. De eius eloquentia, Brut. 62, 221. Ib. 89, 305. Ib. 90, 308. — Crudelis interitus oratorum trium Scaevolae, Carbonis, Antistii, a. u. c. 672., Ib. 90, 311. — Foederatis civitatibus data est civitas Silvani lege et Carbonis a. u. c. 665., pro Archia 4, 7. — Praeter hunc C. Carbonem, quem Damasippus occidit, civis e re publica e Carbonibus nemo fuit, ad fam. 9, 21, 3. — C. Carbo Arvina, praetorius, eodem quo Scaevola die a Damasippo in curia Hostilia interfectus est, de orat. 3, 3, 10.

**Cn. Papirius Carbo**, ad fam. 9. 21, 3.

**Cn. Papirius Carbo**, pater Cn. Carbonis ter consulis accusatus a M. Antonio sutorio atramento ‘voluntaria morte’ absolutus putatur, ad fam. 9, 21, 3.

**Cn. Papirius Carbo** ter cos. a. u. c. 669. 670. 672. Malus civis, improbus consul, seditiosus homo, Verr. accusat. 1, 14, 37. — Aptissimus turbulentis contionibus, Brut. 62, 223. — Eius seditio a. u. c. 662., de qua rettulit C. Claudius Pulcher cos. sententiamque sapientissimam dixit P. Licinius Crassus, de leg. 3, 19, 42. — Eo consule iterum quaestor fuit C. Verres, Verr. accusat. 1, 12, 34. — Cn. Papirius Carbo proconsul Galliae a. u. c. 671. spoliatus a C. Verre, quaestore suo, pecunia publica et proditus, Verr. act. 1, 4, 11. Ib. accusat. 1, 4, 11. In primis ib. 1, 13, 34. — Cn. Papirius Carbo, cos. III. cum C. Mario filio, de lege agr. 2, 3, 6. — Lilybaei a Pompeio est interfectus, ad fam. 9, 21, 3. — In eum Sulla crudelis fuerat socio Cn. Pompeio, ad Att. 9, 14, 2.



**M. Papirius Carbo**, P. Flacco accusante condemnatus, fur magnus, ex Sicilia, ad fam. 9, 21, 3.

**L. Papirius Crassus**, primum Papisius est vocari desitus. Is dictator cum L. Papirio Cursore magistro equitum factus est annis post Romam conditam 415. et quadriennio post consul cum K. Duilio, ad fam. 9, 21, 2.

**P. Papirius Crassus** consul cum C. Iulio Iulo a. u. c. 324. — Ex eo, quod L. Papirius P. Pinarius censores multis dicendis vim armentorum a privatis in publicum averterant, levis aestimatio pecudum in multa lege C. Iulii P. Papirii consulum constituta est, de r. p. 2, 35, 60.

**L. Papirius Cursor**, magister equitum a. u. c. 416., homo valde honoratus (quinquiens cos. a. u. c. 421. 434. 435. 439. 441. Idem dictator creatus a. u. c. 430.), ad fam. 9, 21, 2.

**C. Papirius Maso**, consul a. u. c. 523, ex Corsica redux triumphans consecravit Fontis delubrum, de n. d. 3, 20, 52.

**L. Papirius Maso**, aedilis a. u. c. 441., ad fam. 9, 21, 2.

**M. Papirius Maso** Aelium Ligurem fratrem exheredavit, de domo sua 19, 49. cl. ad Att. 5, 4, 2.

**M. Papirius**, eques Romanus, in Appia via occisus a P. Clodio, pro Milone 7, 18.

**L. Papirius Mugillanus**, Papiriorum princeps, fuit censor cum L. Sempronio Atratino, quum antea a. u. c. 310. consul cum eodem fuisset, annis post Romam conditam 312., sed tum Papisii dicebantur. Post hunc XIII. fuerunt sella curuli ante L. Papirium Crassum, qui primum Papisius est vocari desitus. Is dictator cum L. Papirio Cursore magistro equitum factus est, annis post Romam conditam 415. et quadriennio post consul cum K. Duilio. Hunc secutus est Cursor homo valde honoratus, deinde L. Maso, aedilicius, inde multi Masones omnes patricii, ad fam. 9, 21, 2. — L. Papirius P. Pinarius censores a. u. c. 321. multis dicendis vim armentorum a privatis in publicum averterunt, de r. p. 2, 35, 60.

**L. Papirius Paetus.** Ad eum scriptae sunt ad fam. 9. ep. 15—16. — L. Papirius Paetus Ciceroni libros eos, quos Ser. Claudius reliquit, donavit a. u. c. 694., ad Att. 1, 20, 7. Ib. 2, 1, 12.

**L. Papirius Potamo**, scriba Verris, Verr. accusat. 3, 60, 137. Ib. 3, 66, 154.

**C. Papius** trib. pl. a. u. c. 689., auctor legis Papiae de peregrinis ex urbe eiiciendis, de off. 3, 11, 47. V. **Lex Papia**.

**Paralus** pictus a Protogene, Verr. accusat. 4, 60, 135.

**Parcae** deae, de n. d. 3, 17, 44.

**Parhedrus**, ad fam. 16, 18, 2.

**Pariana** civitas, Mysiae minoris ad Hellespontum, prius Parium, postea Colonia Iulia Pariana, ad fam. 13, 53, 2.

**Parilia**, dies festus in honorem Palis, unde et Palilia dicuntur. Celebrabantur a. d. XI. Kal. Mai. (d. 21. April.) qui dies natalis urbis Romae, de divin. 2, 47, 98. ad Att. 2, 8, 2. Ib. 14, 14, 1.

**Paris**, regis Priami filius. Eius libido, de n. d. 3, 38, 91. orat. 49, 164. — Paris per iocum vocatur C. Memmius, quia Luculli et Pompeii uxores stupraverat, ad Att. 1, 18, 3.

**Parma**, urbs Galliae Cispadanae, studiosissima rei publ. a. u. c. 710., ad fam. 12, 5, 2. — Parma direpta ab Antonianis a. u. c. 711., ad fam. 10, 33, 4. — Parmenses miserrimi, D. Brutus ad fam. 11, 13. a. — Parmenses optimos viros, maxime cum auctoritate senatus populique Romani coniunctos, crudelissimis exemplis interemit L. Antonius a. u. c. 711., Philipp. 14, 3, 8.

**Parmenides** et Zeno. Ab his Eleatici philosophi nominabantur, Acad. pr. 2, 42, 129. — Parmenides, Xenophanes minus bonos versus fecerunt quam Empedocles, sed tamen illis versibus increpant eorum adrogantiam quasi irati, qui, quum sciri nihil possit, audeant se scire dicere, Acad. pr. 2, 23, 74. — Parmenides ignem dixit esse, a quo omnia gignerentur, qui moveat terram, quae ab eo formetur, Acad. pr. 2, 37, 118. — Parmenidis conventicium quiddam coronae simile etc. de n. d. 1, 11, 28. cf. Acad. pr. 2, 5, 14.

**Parmeno**, pro Fundan. fragm. 8. p. 216.

**Parrhasius**, Ephesius, pictor nobilissimus, Tuscul. 1, 2, 4.

**Parrhasius** Trallianus, pro Flacco 22, 53.

**Parthenon** Attici aliquis, ad similitudinem eius, qui Athenis erat, factus, in quo habebat statuas Ahalae et L. Iunii Bruti, ad Att. 13, 40, 1.

**Parthi**. De eorum motu, Caelius ad fam. 3, 5, 1. cf. in primis ibid. 8, 10, 1 et 2. Ib. 8, 6, 4. — Parthi a. u. c. 703. Euphratem transierunt duce Pacoro, Orodi regis Parthorum filio, ad Att. 5, 18, 1. cf. ib. 5, 21, 2. Ib. 6, 1, 14. — Parthicum bellum a. u. c. 703. timebatur, ad fam. 15, 1, 1. Ib. 15, 2, 1. Ib. 15, 3, 1. Ib. 15, 4, 3. — Parthicum bellum a. u. c. 703., ad fam. 2, 10, 2. Ib. 2, 17, 3. Ib. 3, 8, 10. — Parthici belli suspicio a. u. c. 710. paullo ante Caesaris interitum, ad fam. 12, 19, 2. — Parthi fusi a C. Cassio, Philipp. 11, 14, 35. — Contra equitem Parthum negant ullam armaturam meliorem inveniri posse quam navicularum habere aliquid in ora maritima, ad fam. 9, 25, 1.

**Parthini** sive **Partheni**, Epiri populus prope Dyrrhachium, illusi a L. Pisone, in Pison. 40, 96.

**Pasidorus**, Thermitanus, Verr. accusat. 3, 42, 99.

**Pasiphae**, e Perseïde, Oceani filia, nata, patre Sole, num dea, de n. d. 3, 19, 48. — Eius fanum in agro propter urbem Spartam, ubi Ephori somniandi causa incubabant, de divin. 1, 43, 96.



**Pasiteles** egregius caelator, Ciceronis aequalis, de divin. 1, 36, 79.

**Patarani**, urbis Patarae in Lycia incolae, pro Flacco 32, 78.

**Patavini**, incolae urbis Patavii in Gallia Transpadana, Philipp. 12, 4, 10.

**Pater patratus**, de orat. 1, 40, 181.

**T. Patina** Lanuvinus, familiaris P. Clodii, pro Milone 17, 46.

**Patiscus**. Eius opera utitur Cicero proconsul, ad fam. 2, 11, 2. — Patiscus Curioni decem pantheras misit, Caelius ad fam. 8, 9, 3. — Patiscus proquaestor a. u. c. 711. in partibus C. Cassii erat, ad fam. 12, 13, 4. — Classi praeerat, coniunctissimus P. Lentulo Spintheris filio propraetori, Ib. 2, 15, 2.

**Patrae**, urbs Achaiae, hodie *Patras*, ad fam. 7, 28, 1. Ib. 16, 1, 2. Ib. 16, 5, 2. Ib. 16, 6, 2. ad Att. 5, 9, 1. Ib. 7, 2, 3.

**Patron**, philosophus Epicurius, Phaedri successor, ad Att. 5, 11, 6. Ib. 5, 19, 3. — Pudentius Carneades quam Patro, Ib. 7, 2, 4 et 5. — Commendatur C. Memmio, ad fam. 13, 1, 2. ad Q. fr. 1, 2, 4. §. 14.

**Patricoles**, Achillis amicus, Tuscul. 2, 16, 38.

**Q. Patulcius**, is qui a. u. c. 702. accusavit Milonem de vi. — Patulcianum nomen, ad Att. 14, 18, 2.

**Paullus**, per ludibrium Paullus appellatur L. Piso, Macedoniae proconsul ab Aemilio illo Paullo Macedonico, in Pison. 17, 39. Caeterum v. in **Aemiliis Paulis**.

**Pausanias** Alabandensis, ad fam. 13, 64, 1.

**Pausanias Lacedaemonius**, quo modo proditionis convictus, topic. 20, 75. — Pausanias Lysanderque ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus et disciplinae conferendi, de off. 1, 22, 76.

**Pausanias**, libertus ignotus, postulavit M. Servilium patrono M. Caelio a. u. c. 703., Caelius ad fam. 8, 8, 2.

**Pausanias**, P. Lentuli Spintheris libertus, Ciceronis accensus, ad fam. 3, 7, 4.

**Pedanum**, Caesaris villa, in agro Pedano, id est prope Pedum, ad Att. 9, 18, 3.

**Q. Pedius**, Caesaris legatus in Gallia a. u. c. 696. — Aedilis factus cum Cn. Plancio a. u. c. 700., pro Plancio 7, 17. Ib. 22, 54. — Capuae degebat a. u. c. 705. Caesaris ad eum litterae missae, ad Att. 9, 14, 1.

**Peducaea** rogatio de incestu, de n. d. 3, 30, 74. V. **Sex. Peducaeus** avus.

**C. Peducaeus** interiit in proelio Mutinensi, ad fam. 10, 33, 4.

**L. Peducaeus**, eques Rom., index in causa L. Flacci, pro Flacco 28, 68.

**Sex. Peducaeus**, avus, tribunus plebi a. u. c. 641. Huius est rogatio de incestu, de n. d. 3, 30, 74.

**Sex. Peducaeus Sex. F. pater**, Sex. Peducaei et patris et filii in se benevolentiam et constantiam praedicat Cicero, ad Att. 10, 1, 1. cf. de fin. 2, 18, 58. — Sex. Peducaeus biennium Siciliam provinciam obtinuit: de eo nemo umquam arator questus est, Verr. accusat. 3, 93, 216. — Sex. Peducaeus optime de provincia Sicilia meritus, Ib. 4, 64, 142. — Eo propraetore Siciliae a. u. c.

678 et 680. Sicilia censa est, Ib. 2, 56, 138. — Eius probitas in reddenda mulieri C. Plotii hereditate, de fin. 2, 18, 58. — Sex. Peducaeus, iudex in Verris causa reiectus a Verre, quod eum in iudicando nimium sui iuris sententiaeque cognosset, Verr. accusat. 1, 7, 18. — Sex Peducaeus, ad Att. 1, 4, 1. Ib. 1, 5, 4.

**Sex. Peducaeus**, filius praecedentis, Sex. nepos, summus Ciceronis amicus ac familiaris. Eius absolutio a. u. c. 704., Caelius ad fam. 8, 14, 1. — Etiam Peducaeo quid faciat videndum esse. Eum enim splendorem esse eius, ut eadem postulentur ab eo, quae ab amplissimis civibus, a. u. c. 705., ad Att. 7, 13. a. 3. Ib. 7, 14, 3. — Atticum cum Sexto etiam nunc sibi videri Romae recte esse posse. Etenim eos minime amicos Pompeio esse debere. Neminem enim umquam tantum de urbanis praediis detraxisse, ad Att. 7, 17, 1. — Consilium factumque Ciceronis a Sexto probari a. u. c. 705., ad Att. 9, 7, 2. — Eius auctoritas multum apud Ciceronem valet, Ib. 9, 10, 10. Ib. 10, 1, 1 et 4. — De summa Ciceronis in Sex. Peducaeum filium benevolentia et amicitia paterna, ad Att. 13, 1, 3. — Eius auctoritas magna apud Ciceronem et in primis gravis, ad Att. 15, 13, 3. — Vult sibi ab Attico Sexti iudicium de oratione Philippica secunda Cicero perscribi, ad Att. 16, 11, 1. — Nihil iucundius litteris Sexti, nihil amabilius, ad Att. 16, 15, 4.

**Pegasus**, alatus ille equus, Neptuni et Medusae filius. — O hominem fortunatum, qui eius modi nuncios seu potius Pegasos habeat! pro Quinct. 25, 80.

***Πειρήνη***. V. **Pirene**.

**Peleus**, Achillis pater, de orat. 3, 15, 57.

**Pelias**, Neptuni filius, Iolci rex in Thessalia, ad Her. 2, 22, 34. — Eum filiae recoquere volebant, ut repuerasceret, de sen. 23, 83. — Peliae filiae, de orat. 3, 58, 217.

**Peligni**, populus Italiae, Marsis, Marrucinis, Ferentanis confinis. — Peligni et Marsi, fortissimi viri: eorum tribus Sergia, in Vatinium 15, 36. — M. Allienus Pelignus, Tuscul. 4, 22, 50.

**Pelium** nemus in Pelio monte Thessaliae, in initio Medeae Ennianae, ad Her. 2, 22, 34. de invent. 1, 49, 91. top. 16, 61. pro Caelio 8, 18. de fato 15, 35.

**Pella**, caput Macedoniae, unde reges Macedoniae, Philippus et Alexander Pellaei dicti, ad Att. 3, 8, 2.

**Pellenaei**. *Πελληναίων πολιτεία* liber Dicaearchi, ad Att. 2, 2, 2.

**Pelopidae**, id est, Pelopis genus, significantur Caesariani, ad fam. 7, 28, 1. Ib. 7, 30, 1. ad Att. 15, 11, 3.

**Peloponnesiacum** bellum, de r. p. 3, 32, 44. — In eo dux Lacedaemoniorum Callicratidas, de off. 1, 24, 84.

**Peloponnesiae**, ut rebatur Dicaearchus, civitates num omnes maritimae, ad Att. 6, 2, 3.

**Peloponnesus**, magna paeninsula reliquae Graeciae Isthmo Corinthio adhaerens. — Peloponnesus fere tota in mari est, de r. p. 2, 4, 8. ad fam. 7, 28, 1. Tuscul. 3, 22, 53. — 'Nos iuveni, ut rogas, suppeditabimus et Peloponnesum ipsam sustinebimus', inquit Cicero, respiciens proverbium *Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς*, id est, non solum Arcadiam, sed totam Peloponnesum sustinebo, ut filio eiusque sumptibus satis faciam, ad Att. 10, 12, 7. cf. ib. 10, 5, 2.



**Pelops**, Tantali filius, Atrei et Thyestae pater, rex Elidis, de n. d. 3, 21, 53. — Equi Pelopis illi Neptunii per undas currus suspensos rapuisse dicuntur, Tuscul. 2, 27, 67. Ib. 1, 44, 107. — *Pelope natus*, Thyestes, Tuscul. 3, 12, 26. de off. 3, 21, 84.

**Pelops** Attici, ad Att. 14, 8, 1.

**Peloris**, hodie *Capo di Faro*, promontorium Siciliae Italiam versus, Verr. accusat. 5, 3, 6.

**Penates di**, sive a *penu* ducto nomine sive ab eo, quod *penitus* insident, ex quo etiam *penetrales* a poëtis vocantur, de n. d. 2, 27, 68. — Penates dei Laresque familiares, de r. p. 5, 5, 7.

**Penelope**. Ex Mercurio tertio et Penelopa Pana natum ferunt, de n. d. 3, 22, 56. — Penelope telam retexens, de arte dialectica tollente ad extremum superiora, Acad. pr. 2, 29, 95.

**Penetrales** di a poëtis Penates vocantur, de n. d. 2, 27, 68.

**Pennus**. V. **Iunius Pennus**.

**Pentelici** Hermae cum capitibus aëneis, facti e marmore montis Pentelici in Attica, ad Att. 1, 8, 2. Ib. 1, 9, 2.

**Perdiccas**, rex Macedoniae, Archelai pater, Tuscul. 5. 12, 34.

**Pergameni**. Mithridates Phryx multitudinem Pergamenorum non auctoritate sua, sed sagina tenebat circa a. u. c. 690., pro Flacco 7. 17. — Pergameni exagitantur ad testimonium contra Flaccum dicendum, pro Flacco 30, 74 sqq.

**Pergamum**, Troiae arx, ad Her. 2, 26, 42.

**Pergamum** sive **Pergamus**, hodie *Pergamo*, urbs Mysiae superioris nobilissima a praetoribus spoliata, Verr. accusat. 5, 48, 127. — De lege agr. 2, 15. 39. — Pergamus et Tralles una epistola Mithridatis moveri impellique potuerunt, ut amicitiam populi Rom., fidem suam, iura omnia officii humanitatisque violarent, pro Flacco 24, 57. — Pergami et multi cives Romani sunt et ius a nostro magistratu dicitur, pro Flacco 29, 71.

**Perge**, urbs Pamphyliae. Ibi fanum antiquissimum et sanctissimum Dianae nudavit C. Verres, Verr. accusat. 1, 20, 54. ad fam. 12, 14, 8. Ib. 12, 15, 7.

**Pericles**, Xanthippi filius, ab Anaxagora physico eruditus doctrinam cum eloquentia forensi primus coniunxit. Eximiae eius laudes, Brut. 11, 44. — Pericles et auctoritate et consilio princeps civitatis suae, bello Peloponnesiaco, quum obscurato sole tenebrae factae essent repente Atheniensiumque animos summus timor occupavisset, docuisse cives suos dicitur id, quod ipse ab Anaxagora, cuius auditor fuerat, acceperat eosque metu liberavit, de r. p. 1, 16, 25. — In Phaedro Platonis hoc Periclem praestitisse caeteris dicit oratoribus Socrates, quod is Anaxagorae physici fuerit auditor, orat. 4, 15. cf. ib. 34, 119. — Ei primae sine controversia deferebantur: ab Aristophane fulgere, tonare, permiscere Graeciam dictus, orat. 9, 29. — In eius labiis veteres comici leporem habitasse dixerunt etc., de orat. 3, 34, 138. — *Πειθω*

deam in Pericli labiis scripsit Eupolis sessitavisse, Brut. 15, 59. — Eupolidis dictum de eo, Brut. 9, 38. — Propter ancipitem faciendi dicendique sapientiam in re publ. floruit, de orat. 3, 16, 59. — Themistocles Athenas reliquit. Fluctum enim totius barbariae ferre urbs una non poterat. At idem Pericles Athenas non reliquit, quum praeter moenia nihil teneret, ad Att. 7, 11, 3. — Periclem, quum iam suae civitati maxima auctoritate plurimos annos domi et belli praefuisset, violari versibus et eos agi in scaena non plus decuit, quam si Plautus voluisset aut Naevius P. et Cn. Scipioni aut Caecilius M. Catoni male dicere, de r. p. 4, 10, 11. — Pericles quum floreret omni genere virtutis, eloquentiae tamen fuit laude clarissimus, Brut. 7, 28. — Pericles eloquentissimus Athenis idemque in ea civitate plurimos annos princeps consilii publici, de orat. 1, 50, 216. — Pericles summam auctoritatem consecutus est sine ulla hilaritate, de off. 1, 30, 108. — Ante Periclem, cuius scripta quaedam feruntur, et Thucydidem, qui non nascentibus Athenis, sed iam adultis fuerunt, littera nulla est, quae quidem ornatum aliquem habeat et oratoris esse videatur, Brut. 7, 27. cl. de orat. 2, 22, 93. — Attica eius dictio, Brut. 84, 290. — Pericles minus clarus quam Demosthenes, de orat. 3, 19, 71. — Eius colloquium cum Sophocle collega in praetura, de off. 1, 40, 144. — Pericles, princeps Graeciae, vituperatus a Demetrio Phalereo, quod tantam pecuniam in praeclara illa propylaea coniecerit, Ib. 2, 17, 60. — Eius sepulcrum Athenis, de fin. 5, 2, 4. — Sine adiumentis hominum tantas res efficere non potuit, de off. 2, 5, 16.

**Pericles** Ephesius, postulante M. Aurelio Scauro, quod is Ephesi se quaestorem vi prohibitum esse dicebat, quo minus e fano Dianae servum suum, qui in illud asylum confugisset, abduceret, Romam evocatus est, quod auctor illius iniuriae fuisse arguebatur, Verr. accusat. 1, 33, 85.

***Περιπατητικά***, partes Peripateticorum, ad Att. 13, 19, 4.

**Peripateticus** sermo dicitur Socratis disputatio in Platonis Politia, de r. p. 2, 29, 51.

**Peripatetici.** Qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lycio, Acad. post. 1, 4, 17. — Certam quantam disciplinae formulam composuerunt, illam autem Socraticam dubitationem de omnibus rebus reliquerunt, Ib. — Vera elegansque philosophia ducta a Socrate in Peripateticis adhuc permansit, Tuscul. 4, 3, 6. — Peripateticorum principes et auctores, Aristoteles, Theophrastus, Strato, Lyco, Hieronymus, Critolaus, Diodorus, Antiochus, de fin. 5, 5, 13 et 14. — Peripatetici et Academici veteres quondam iidem erant, de off. 3, 4, 20. — Peripatetici et Academici rebus congruentes, nominibus differebant, Acad. post. 1, 4, 17. Ib. 1, 4, 18. Ib. 1, 6, 22. Acad. pr. 2, 5, 15. — Non verum esse, quod contendit Antiochus, Peripateticos cum Stoicis re concinuisse, verbis discrepasse, de n. d. 1, 7, 16. — Peripateticorum



Academiaeque consuetudo de omnibus rebus in contrarias partes disserendi, Tuscul. 2, 3, 9. — Peripatetici et Academici veteres id, quod semper esset simplex et unius modi et tale, quale esset, *ἰδέαν* appellabant, iam a Platone ita nominatam, Acad. post. 1, 8, 30. cl. Tuscul. 1, 24, 58. — Peripatetici id percipi posse dicebant, quod impressum esset e vero, quo modo imprimi non posset a falso, Acad. pr. 2, 35, 112. — Peripatetici genus argumentandi per ratiocinationem summe frequentarunt, de inv. 1, 35, 61. — Peripateticorum exercitatio dicendi elegans iam inde ab Aristotele est constituta, orat. 36, 127. — Peripatetici sibi cum oratoribus cognationem esse, claros viros a se instructos dicunt rem publ. saepe rexisse, Acad. pr. 2, 36, 115. — Peripatetici adiumenta atque ornamenta dicendi ab se peti vincunt oportere, de orat. 1, 10, 43. — A Peripateticis genera divinandi artificiosa improbantur, a Stoïcis defenduntur, de divin. 1, 33, 72. — Eorum sententia de divinatione, Ib. 1, 3, 5. — Mediocritas illa, quae est inter nimium et parum, placet Peripateticis, et recte placet, modo ne laudarent iracundiam et dicerent utiliter a natura datam, de off. 1, 25, 89. — Peripatetici perturbationes istas, quas nos exstirpandas putamus, non modo naturales esse dicunt, sed etiam utiliter a natura datas, Tuscul. 4, 19, 43. cl. ib. 4, 21, 47. — Peripatetici ad placandos animos multa adferunt, spinas partiendi et definiendi praetermittunt, Tusc. 4, 5, 9. — Peripateticis easdem res, quae obscure traduntur a Stoicis, dicentibus, verbum nullum est quod non intelligatur, de fin. 4, 1, 2. — Peripatetici, quibus nihil est uberius, nihil eruditius, nihil gravius, mediocritates vel perturbationum vel morborum animi Ciceroni non sane probant, Tuscul. 3, 10, 22. — Mollis et enervata putanda est Peripateticorum ratio et oratio, qui perturbari animos necesse esse dicunt, sed adhibent modum quemdam, quem ultra progredi non oporteat, Tuscul. 4, 17, 38. — Peripatetici tria genera bonorum statuunt, mentis, corporis, externa, de fin. 3, 13, 43. — Peripateticorum et Stoicorum controversiam de finibus bonorum solebat tamquam honorarius arbiter iudicare Carneades, Tuscul. 5, 41, 119. — Optat Cicero ut Peripatetici veteresque Academici balbutire aliquando desinant aperteque et clara voce audeant dicere beatam vitam in Phalaridis taurum descensuram, Tuscul. 5, 26, 75. Ib. 5, 29, 85. — Sunt qui unum officium consolantis putent non magnum malum esse ostendere, ut Peripatetici, Ib. 3, 31, 76. — A Peripateticis veteribus Academicisque, qui re consentientes vocabulis differebant, ille locus, qui civilis recte appellari videtur (Graeci *πολιτικόν*), graviter et copiose est tractatus, de fin. 4, 2, 5. — Peripatetici omnium rerum publicarum rectiones, genera, status, mutationes, leges etiam et instituta ac mores civitatum perscripserunt etc., de fin. 4, 22, 61. — Tota Peripateticorum familia lo

cum de re publ. tractavit uberrime, de divin. 2, 1, 3.

**Peripatetici** philosophi et Academici, olim propter eximiam rerum maximarum scientiam a Graecis politici philosophi appellati, de orat. 3, 28, 109.

**M. Perperna**, nomen gentis, ut videtur, origine Etrusca, ut *Caecina*, *Spurinna*. M. Perperna, consul a. u. c. 662., censor a. u. c. 668., iudex in causa C. Aculeonis, de orat. 2, 65, 262. — M. Perperna L. Marcius censores a. u. c. 669., Verr. accusat. 1, 55, 143. — M. Perperna, pro Rosc. Com. 1, 4. — — In consilio aderat C. Pisoni iudici in causa Q. Roscii, Ib. 8, 22. Verr. accusat. 5, 58, 153.

**Perrhaebia**, pars Thessaliae. Perrhaebia vendita a L. Pisone, in Pison. 40, 96.

**Persa**. V. **Perses**.

**Persa**, catellus L. Aemilii Pauli Macedonici, ex cuius morte omen accepit, de divin. 1, 46, 103.

**Persae**. V. **Magi**. — Persae humana deorum simulacra nefaria putaverunt, de r. p. 3, 9, 14. — Persarum a Xenophonte victus exponitur, quos negat ad panem adhibere quidquam praeter nasturtium, Tuscul. 5, 34, 99. — Persas nasturtio vesci esse solitos scribit Xenophon, de fin. 2, 28, 92. — In Persis augurantur et divinant Magi : — nec quisquam rex Persarum potest esse, qui non ante Magorum disciplinam scientiamque perceperit, de divin. 1, 41, 91. — Auctoribus magis Persarum Xerxes inflammasse templa Graeciae dicitur, quod parietibus includerent deos, de leg. 2, 10, 26. — Persarum magos adiit Pythagoras, de fin. 5, 29, 87. — Persarum rex magnus, Tuscul. 5, 12, 35. — Persarum ac Syrorum barbaros reges solitos esse plures uxores habere, his autem uxoribus civitates attribuere etc., Verr. accusat., 3, 33, 76. — Persae mortuos cera circumlitos condunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora, Tuscul. 1, 45, 108. — Persarum bellum eodem fere tempore, quum Volscorum bellum fuit, Brut. 10, 41. cl. de off. 3, 11, 48. — Persae, quum bellum toti Graeciae, dis hominibusque indixissent et mille numero navium classem ad Delum appulissent, haud conati sunt quidquam aut violare aut attingere, Verr. accusat. 1, 18, 49. — Apud Persas aut in extrema India, Ib. 5, 64, 166. — Memorantur Persae etiam de harusp. resp. 13, 28. — Gabinio Syriam, Babyloniam, Persas ad diripiendum tradidit P. Clodius, de domo sua 22, 60. cl. ib. 47, 124.

**Persaeus** Citieus, Zenonis auditor, eos dicit habitos esse deos, a quibus magna utilitas ad vitae cultum esset inventa, ipsasque res utiles et salutares deorum esse vocabulis nuncupatas etc., de n. d. 1, 15, 38.

**Perseïs**, Oceani filia, ex Sole mater Circes et Pasiphaës, de n. d. 3, 19, 48.

**Perses**, rex Macedoniae, filius Philippi V., a L. Paullo vi ac virtute superatus a. u. c. 587., Verr. accusat. 1, 21, 55. — Perses etiam classe superatus a Romanis, de imp. Cn. Pomp. 18, 55. — Persen victum nunciarunt Tyndaridae teste P. Vatinio, de n. d. 2, 2, 6. — Perses rex a L. Paullo captus, de fin. 5, 24, 70. — Paullus Persae deprecanti, ne in triumpho duceretur : 'In tua id quidem potestate est', Tuscul. 5, 40, 118. — Macedones multi Romae servierunt rege Perse capto, Ib. 3, 22, 53. — Perses rex, in Catil. 4, 10, 21. — Agri in Macedonia, qui regis Philippi sive Persae fuerunt, a censoribus locati sunt, de lege agr. 2, 19, 50. V. **Persicum bellum**.



**Perseus**, Iove natus, Arat. v. 254. de n. d. 2, 44, 112.

***Περσεφόνη***, Proserpina, de n. d. 2, 26, 66. V. **Proserpina**.

**Persice porticus**, porticus ad similitudinem porticus Persicae ex spoliis a Persis captis Athenis exstructae, ad Att. 15, 9, 1.

**Persicum** bellum, in Macedonia cum Perse gestum, de off. 1, 11, 37.

C. **Persius**, omnium fere Romanorum hominum doctissimus, Gracchorum temporibus vixit. 'Persium non curo legere' Lucilius, de orat. 2, 6, 25. — Ab eo sua scripta legi nolebat Lucilius, de fin. 1, 3, 7. — C. Persius, litteratus homo ille, quem significat valde doctum esse Lucilius. Ei non nulli tribuebant C. Fannii C. F. orationem de sociis et nomine Latino contra Gracchum, Brut. 26, 99.

**Pertinacia** dea, de n. d. 3, 17, 44.

**Pescennius** est perbenevolus Ciceroni a. u. c. 696., ad fam. 14, 4, 6.

**Pessinuntius** sacerdos Matris deum magnae Idaeae lege P. Clodii tribunicia expulsus et spoliatus sacerdotio est fanumque sanctissimarum atque antiquissimarum religionum venditum pecunia grandi Brogitaro a. u. c. 696., pro Sestio 26, 56.

**Pessinus**, Gallograeciae sive Galatiae urbs, sedes domiciliumque Matris deorum. — Ille locus fanumque a P. Clodio vendita Brogitaro, de harusp. resp. 13, 28. ad fam. 2, 12, 2.

**M. Petilius**, eques Rom., erat in consilio Verri in Sopatri iudicio, Verr. accusat. 2, 29, 71.

**Q. Petilius**, iudex in causa Milonis, pro Milone 16, 44.

**Petissius** Urbinas, adsecula M. Antonii, Philipp. 12, 8, 19. Ib. 13, 2, 3.

**M. Petreius**, legatus C. Antonii in bello Catilinario. Eius excellens animus et amor rei publ., praestans in re publ. virtus, summa auctoritas apud milites, mirificus usus in re militari Catilinam oppressit, pro Sestio 5, 12. pro Flacco p. 229. — Pompeii legatus in Hispania a. u. c. 705., ad Att. 8, 2, 3. cl. ib. 10, 9, 1.

**Petrini**, populus Siciliae, quorum caput Petra, a Verre vexati, Verr. accusat. 3, 39, 90.

**Petrinum**, praedium Leptae a vico Petrino, qui fuit in agro Sinuessano, ad fam. 6, 19, 1.

**Petrus**, Graeculus aequissimus, civitate donatus, hospes Caesaris, securi percussus, Philipp. 13, 16, 33.

**Phaeaces**, populi Scheriae mollissimi, quorum vitam voluptariam Homerus in Odyssea celebravit. — In eorum epulis apud Homerum carmina canuntur, Brut. 18, 17.

**Phaedo** Socraticus. Ei Epicurus

turpissime male dixit, de n. d. 1, 33, 93.

**Phaedrus** Platonis, de orat. 1, 7, 28. orat. 4, 15. Ib. 12, 29. de fin. 2, 2, 4. Tuscul. 1, 22, 53. de divin. 1, 37, 80. de leg. 2, 3, 6.

**Phaedrus** Atheniensis, philosophus nobilis. Eius filius Lysiades, Philipp. 5, 5, 13. — Phaedro Epicurio nihil elegantius, nihil humanius, sed stomachabatur, si quid adversarii asperius dixerant, de n. d. 1, 33, 93. — Eum audivit Cicero, de fin. 1, 5, 16. — Phaedrus moriens obtestatus est Patronem, ne aedes Epicuri alienari sineret, ad fam. 13, 1, 2. — Eum unice diligebat Atticus, de fin. 5, 1, 3. cl. de leg. 1, 20, 53. — Libros *Φαίδρου περὶ τῶν Παλλάδος* sibi mitti ab Attico vult Cicero, ad Att. 13, 39, 2.

**Phaëthon**, Solis filius, de n. d. 3, 31, 76. — Phaëthon et Sol, de off. 3, 25, 94. — Maestae eius sorores, Arat. v. 391.

***Φαέθων*** Iovis stella, de n. d. 2, 20, 52.

**Phaëthon** Q. Ciceronis, ad Q. fr. 1, 4, 4. ad Att. 3, 8, 2.

***Φαίνων*** Saturni stella, de n. d. 2, 20, 52.

**Phalacrus** Centuripinus, nauarchus a Verre vexatus, Verr. accusat. 5, 30, 105. Ib. 5, 44, 116. Ib. 5, 46, 122.

**Phalaris** crudelissimus tyrannus Agrigentinorum, de r. p. 1, 28, 44. — Phalaris crudelis tyrannus et immanis, de off. 3, 6, 29 et 32. — Matris Phalaridis somnium narratum ab Heraclide Pontico, de divin. 1, 23, 46. — Incertum est Phalarimne an Pisistratum sit imitaturus Caesar a. u. c. 705., ad Att. 7, 20, 2. — Inclusorum hominum gemitu mugiebat eius taurus, de r. p. 3, 30, 42. fragm. p. 350. — Eius taurus, quo vivos supplicii causa demittere homines et subiicere flammam solebat, Agrigentinis a Karthaginiensibus ablatus, deleta Karthagine iisdem a P. Scipione Africano minore redditus est, Verr. accusat. 4, 33, 73. — Eius taurus, in Pison. 18, 42. de fin. 5, 28, 85. Tuscul. 2, 7, 17. Ib. 5, 26, 75. — Te non Aristarchum, sed Phalarim grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malum versum, sed poëtam armis persequare, in Pison. 30, 73. — In Phalarim, cuius est praeter caeteros nobilitata crudelitas, universa Agrigentinorum multitudo impetum fecit, de off. 2, 7, 26. — Phalaris poenas tyrannidis sustulit, de n. d. 3, 33, 82. Verr. accusat. 5, 56, 145. de fin. 4, 23, 64.

***Φαλαρισμός***, imitatio Phalaridis tyranni, ad Att. 7, 12, 2.

**Phalereus**, id est, Demetrius Phalereus, de leg. 2, 25, 64. V. **Demetrius Phalereus**.

**Phalericus** portus Athenis, de fin. 5, 2, 5.

**Phamea** libertus, avus M. Tigellii, dominus fundi Lanuvini, sive potius Troiani, mortuus a. u. c. 705., ad Att. 9, 9, 4. Ib. 9, 13, 6. — Eius causa a Cicerone suscepta et postea, ut falso rebatur Tigellius, ab eo deserta, ad fam. 7, 24, 2. — Eius causam recepit contra pueros Octavios Cn. filios Cicero, ad Att. 13, 49, 1. — Phameae cena, ad fam. 9, 16, 8.

**Phania**, libertus Appii Claudii Pulcri, ad fam. 2, 13, 2. — Homo non modo prudens, verum etiam curiosus, ad fam. 3, 1, 1. Ib. 3, 6, 1.



**Pharnaces**, Mithridatis filius — Nemo Pharnacem Asiae terrorem illaturum putaret, ad fam. 15, 15, 2. — Deiotarus cum Caesare in acie contra Pharnacem fuit, pro Deiot. 5, 14. — Multa Caesarem in Asia dicuntur morari, maxime Pharnaces a. u. c. 707., ad Att. 11, 21, 2. Ib. 11, 22, 2. — Pharnaces devictus a Caesare, Philipp. 14, 8, 23.

**Pharnaces**, servus librarius, ad Att. 13, 30, 2. Ib. 13, 44, 3.

**Pharsalica** pugna calamitosissima, Philipp. 14, 8, 23. — Eadem intelligitur ad fam. 15, 15, 2. cf. de divin. 1, 32, 68. Ib. 2, 55, 114. pro Ligar. 3, 9.

**Phaselis**, civitas, quam cepit P. Servilius Vatia Isauricus, cum Cilicibus et praedonibus, primo commercio, deinde etiam societate coniuncta, Verr. accusat. 4, 10, 21. — Phaselitum ager, de lege agr. 2, 19, 50.

**Phatnae**, sidus, prognost. 2. fragm. p. 330.

**Phemius**, musicus, ut videtur, cornicen Graeculus. — Phemio quaeritur *κέρας*, ad Att. 5, 20, 9. — Phemio dispiciam *κέρας*, Ib. 5, 21, 9. — *Κέρας* Phemio mandatum est: reperietur, modo aliquid illo dignum canat, Ib. 6, 1, 13.

**Pheneatae**, incolae Phenei, oppidi Arcadiae, colunt Mercurium quintum, de n. d. 3, 22, 56.

**Pherae**, urbs Thessaliae, Aristotelis tempore admodum nobilis, ab Alexandro tyranno crudeli dominatu tenebatur, de divin. 1, 25, 53.

**Pheraei** in Thessalia, de inv. 2, 49, 144.

**Pherecrates**, Phthiota senex, a Deucalione ortus, disserens inducitur a Dicaearcho in libro de animo, Tuscul. 1, 10, 21.

**Pherecydes** Syrius, ex insula Syro, Pythagorae magister, quum vidisset haustam aquam de iugi puteo, terrae motum dixit instare, de divin. 1, 50, 112. Ib. 2, 13, 31. — Pherecydes Syrius primus dixit animos hominum esse sempiternos, antiquus sane: fuit enim regnante Serv. Tullio, Tuscul. 1, 16, 38.

**Pherecydes**, historicus Graecus, circa Olymp. 75. De eius genere scribendi, de orat. 2, 12, 53.

**Pheres**, conditor Pherarum, ad fam. 9, 22, 1.

**Pheriones**. — Pherionum mos Puteolanus, ad Att. 14, 14, 1.

**Phidias**, clarissimus statuarius Atheniensis, qui floruit Olymp. 84. Eius admiranda opera Athenis, de r. p. 3, 32, 44. — Eius Iuppiter Olympius, orat. 2, 5. — Phidiae simulacris nihil in illo genere perfectius, Ib. 2, 8. — Phidias Minervae signum finxit, de orat. 2, 17, 73. — Minervae signum ex ebore pulcherrimum ab eo factum, Brut. 73, 257. — Phidiae Minerva, parad. pr. 5. — Phidias sui similem speciem inclusit in clipeo Minervae, quum inscribere non liceret, Tuscul. 1, 15, 34. cl. orat. 71, 234. — Memoratur Phidias etiam Acad. pr. 2, 47, 146. de fin. 2, 34, 115. Ib. 4, 13, 34.

**Phidippus** medicus, servus Deiotari, pro Deiot. 6, 17.

**Phiditia**. V. **Philitia**.

**Philadelphus** Attici, ad Att. 1, 11, 2.

**Philadelphus Annius**, Philipp. 13, 12, 26. V. **C. Annius Cimber**.

**Philargyrus**, A. Torquati libertus, ad fam. 6, 1, 6.

**Philargyrus** Attici, ad Att. 9, 15, 5.

**Φιλέλληνες**, Graecorum amantes, ad Att. 1, 15, 1.

**Phileros** nomen servi, Cornel. prim. fragm. 20. p. 212.

**Phileros** tabellarius, ad fam. 9, 15, 1.

**Philinus**, Herbitensis, testis in C. Verrem, Verr. accusat. 3, 34, 80.

**Philinus**, servus M. Tullii, pro Tullio §. 19 et 22.

**Φιλιππίζειν**, Philippo favere, de divin. 2, 87, 118.

**Philippus** Macedo. — Philippus rebus gestis et gloria superatus a filio, facilitate et humanitate superior fuit. Itaque alter semper magnus, alter saepe turpissimus, de off. 1, 26, 90. — Philippus, sapientissimus rex, Aristotelem Alexandro filio doctorem accivit, de orat. 3, 35. 141. — Exstat eius epistola ad Alexandrum filium, qua praecipit, ut oratione benigna multitudinis animos ad benevolentiam adliciat, de off. 2, 14. 48. Philippus praeclare in epistola quadam Alexandrum filium accusat, quod largitione benevolentiam Macedonum consectetur, Ib. 2, 15, 53. — Lacedaemonii Philippo minitante per litteras se omnia, quae conarentur, prohibiturum, quaesiverunt num se esset etiam mori prohibiturus, Tuscul. 5, 14, 42. — Philippus omnia castella expugnari posse dicebat, in quae modo asellus onustus auro posset ascendere, ad Att. 1, 16, 12. — Cum Persis et Philippus, qui cogitavit, et Alexander, qui gessit, hanc bellandi causam inferebat, quod vellet Graeciae fana poenire, de r. p. 3, 9, 15. — Philippus Pythiam corrupit, unde eam *φιλιππίζειν* Demosthenes dicebat, de divin. 2, 57, 118. — Oraculum ei datum a Trophonio, de fato 3, 5. orat. 52, 176. de opt. gen. or. 7, 22. — Laudationes Philippi a rhetoribus conscriptae, de fin. 2, 35, 116.

**Philippus** rex Macedoniae, quocum bellum Macedonicum primum inde ab a. u. c. 554. gestum est. — Propter socios, nulla ipsi iniuria lacessiti Romani cum Antiocho, cum Philippo, cum Aetolis, cum Poenis bella gesserunt, de imp. Cn. Pomp. 6, 14. — Philippus, rex Macedoniae, a T. Flaminino subactus, Verr. accusat. 1, 21, 55. — Deliberabant rhetores utrum exercitus in Macedoniam contra Philippum mitteretur etc., de inv. 1, 12, 17. — Memoratur item de lege agr. 2, 19, 50. Ib. 2, 33, 90. Philipp. 11, 7, 17.

**Philippus**, Antigoni filius minor, ante patrem mortuus, Demetrii Poliorcetae frater. Exstat epistola Antigoni ad Philippum filium, qua praecipit, ut oratione benigna multitudinis animos ad benevolentiam adliciat etc., de off. 2, 14, 48.

**Philippus** Lacedaemonius, commendatur Ser. Sulpicio a. u. c. 708., ad fam. 13, 28 a., 4.

**Philippus**, Temnites, testis in L. Flaccum, pro Flacco 18, 43.

**Philippus**. V. **L. Marcius Philippus**.

**Philiscus** Milesius, Isocratis discipulus et Timaei magister, scripsit artem rhetoricam, *δημηγορίας*, Lycurgi vitam, de orat. 2, 23, 94. V. **Philistus**.



**Philistus** Syracusius, Dionysii maioris familiaris, maxime Thucydidem est imitatus, de orat. 2, 13, 57. — Philistus Siculus, historicus, longe praefertur Callistheni: capitalis, creber, acutus, brevis, paene pusillus Thucydides etc., ad Q. fr. 2, 11 (13), 4. — Amatores Catoni desunt, sicuti multis iam ante saeculis Philisto Syracusio et ipsi Thucydidi. Horum concisis sententiis, interdum etiam non satis apertis quum brevitate tum nimio acumine officit Theopompus elatione atque altitudine orationis suae, Brut. 17, 66. cl. ib. 85, 294. — Nihil Philisto brevius, fragm. p. 287. — Philistus doctus homo et diligens. Eius narratio de somnio matris Dionysii, de divin. 1, 20, 39. — Narrat prodigium Dionysio maiori oblatum, Ib. 1, 33, 73. de orat. 2, 23, 94. multi auctore Goellero pro Philisti nomine Philisci Milesii restitui voluerunt.

**Philitia**, convivia Lacedaemoniorum, Tuscul. 5, 34, 98.

**Philo**. V. **Veturius Philo**.

**Philo** Larisaeus, non nullis quartae Academiae auctor dictus, vigebat Athenis iam a. u. c. 663., de orat. 3, 28, 110. — Philo Clitomacho operam multos annos dedit. Philone autem vivo patrocinium Academiae non defuit, Acad. pr. 2, 6, 17. — Antiochi magister, Ib. 2, 22, 68. — Philo princeps Academiae cum Atheniensibus Mithridatico bello a. u. c. 666. de domo quum profugisset Romamque venisset, totum ei se tradidit Cicero, Brut. 89, 306. — Ciceronis memoria Philo, quem ipse frequenter audivit, instituit alio tempore rhetorum praecepta tradere, alio philosophorum, Tuscul. 2, 3, 9. — Eius libri duo, ab Antiocho, ipsius Philonis discipulo, refutati, Acad. pr. 2, 4, 11. — Aperte mentitur, ut est reprehensus a patre Catulo, Ib. 2, 6, 18. — Qua Antiochi reprehensione maxime perturbatus fuerit, Ib. 2, 34, 111. — Philo, Antiochi magister, magnus vir, negat in libris duas Academias esse erroremque eorum, qui ita putarunt, coarguit, Acad. post. 1, 4, 13. — Contra hanc eius opinionem Antiochus scripsit, Ib. — Philo multos versus solebat admiscere orationi, Tuscul. 2, 11, 26. — Philo summa memoria pronunciabat plurimas Epicuri sententias his ipsis verbis, quibus erant scriptae, Metrodori vero multa impudentiora recitabat, de n. d. 1, 40, 113. — — Antiochinas partes in libris Academicis Varroni dedit Cicero, sibi sumpsit Philonis, ad fam. 9, 8, 1. — Clitomacho plus de Carneade quam Philoni aut Metrodoro credendum esse, Acad. pr. 2, 24, 78. — Multum peregrinatus est, Tuscul. 5, 37, 107. — Memoratur praeterea Acad. pr. 2, 47, 107. de n. d. 1, 3, 6. Ib. 1, 7, 17. Ib. 1, 21, 59.

**Philo** architectus, qui Atheniensibus armamentarium fecit in Piraeeo tempore Lycurgi oratoris: eum constat perdiserte populo rationem operis sui reddidisse, de orat. 1, 11, 62.

**Philo**, M. Caelii Rufii libertus, ad fam. 2, 12, 2. Cael. ad fam. 8, 8, 10.

**Philo**, Pompeii libertus, ad Att. 16, 4, 1.

**Philocles** Alabandensis, ad fam. 13, 56, 2.

**Philoctetaeus** clamor, de fin. 2, 29, 94. Tuscul. 2, 23, 55.

**Philoctetes**, Poeantis et Demonassae filius, cui Hercules moriens sagittas tradidit, serpentis morsu ulceratus ideoque propter clamores et eiulatus a Graecis Troiam navigantibus in insula Lemno relictus, ubi decem annos in spelunca iacuit, aucupio sagittarum vitam propagans, donec a Neoptolemo et Ulixe Troiam ductus ibique sanatus est. — Eius sagittae Troiae fatales, ad Her. 4, 30, 41. — M. Cicero scribit Q. fratrem meliorem civem esse quam Philoctetam, qui accepta iniuria ea spectacula quaerebat, quae Q. fratri acerba esse videat, a. u. c. 690., ad Q. fr. 2, 8 (10), 4. — Philoctetes in insula Lemno relictus, de fato 16, 36. — Ei concedendum est gementi. Ipsum enim Herculem viderat in Oeta magnitudine dolorum eiulantem, Tuscul. 2, 7, 19. Ib. 2, 19, 44. Ib. 2, 23, 55. — Eius eiulatus et gemitus, de harusp. resp. 18, 39. — Philoctetes, tragoedia Euripidis, de orat. 3, 35, 141. — Memoratur haec fabula item ad fam. 7, 33, 1. de n. d. 1, 42, 119. de fin. 5, 11, 32.

**Philodamus**, facile princeps Lampsacenorum. Eius filia a C. Verre ad stuprum petita, ipse cum filio propter tumultum a Lampsacenis concitatum postea a C. Nerone propraetore Asiae condemnatus et securi percussus est, Verr. accusat. 1, 25, 64.

**Philodamus** Opuntius, Verr. accusat. 2, 44, 109.

**Philodemus**, Ciceronis tempore Epicuriorum fere nobilissimus, de fin. 2, 35, 119. — Philodemus Epicurius, L. Pisonis familiaris, sine nomine describitur in Pison. 28, 68. — Poëma facit ita festivum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri possit argutius, omnia stupra, adulteria Pisonis delicatissimis versibus expressit, Ib. 29, 70.

**Philodorus** Trallianus, pro Flacco 22, 53.

**Philogenes** Attici, ad Att. 5, 13, 2. Ib. 5, 20, 8. Ib. 6, 2, 1 et 10. Ib. 6, 3, 1. Ib. 7, 5, 3. Ib. 7, 7, 2.

**Philogonus**, Q. Ciceronis libertus, ad Q. fr. 1, 3, 3.

**Philolaus** sive **Philoleos**, Crotoniata, instituit Archytam, de orat. 3, 34, 139. — Eius commentarios est nactus Plato, de r. p. 1, 10, 16.

**Philomelium**, Phrygiae maioris oppidum ad fines Lycaoniae, ad fam. 3, 8, 5. — Eius incolae **Philomelenses**, Verr. accusat. 3, 83, 191. — Memoratur praeterea ad fam. 13, 43. Ib. 15, 4, 2. ad Att. 5, 20, 1.

**Philosophi** veteres usque ad Socratem omnem omnium rerum cognitionem et scientiam cum dicendi ratione iungebant, de orat. 3, 19, 72. — Philosophi Graeci omnes praeter Xenophanem et Epicurum divinationem probaverunt, sed non uno modo, de divin. 1, 3, 5. — Philosophi tamquam in superum mare Ionium defluxerunt Graecum quoddam et portuosum etc., de orat. 3, 19, 69. — Philosophi Latini Graecos imitari debent, ut poëtae, ut oratores, Acad. post. 1, 3, 10.

***Φιλοτιμία***, actio Philotimi Terentiae, ad Att. 7, 11, cf. ib. 6, 9, 2.

**Philotimus** libertus, Terentiae potius quam Ciceronis, ad Att. 2, 4, 7. 4, 10, 2. Ib. 5, 3, 1. Ib. 5, 4, 3. Ib. 5, 8, 2. Ib. 5, 17, 1. Ib. 5, 19, 2. Ib. 6, 1, 9 et 19. Ib. 6, 3, 1. Ib. 6, 4, 2. — Mirus est φυράτης, germanus Lartidius, Ib. 7, 1, 9. — Operarius homo, Ib. 7, 2, 9. Ib. 7, 3, 1 et 7. Ib. 7, 19. — Eius morae et negligentia, Ib. 11, 24, 4. — Dedecori est Q. fratri, Ib. 12, 5, 1. — Homo insulsus et saepe pro Pompeio mentiens, Ib. 10, 9, 1. — Philotimus solet omnino esse Fulviaster, Ib. 12, 44, 4. — Eius fides et sedulitas laudata a Caelio, ad fam. 8, 3, 2. — Homo fortis ac nimium optimas, ad Att. 9, 7, 6. Ib. 9, 9, 2. ad Q. fr. 3, 1, 1. §. 1. Ib. 3, 1, 2. §. 6. Ib. 1, 9, 7. ad fam. 14, 18, 2. Ib. 14, 24.



**Philotimus** libertus, librarius, ad Att. 13, 33, 1.

**Philoxenus** aequalis Dionysii tyranni, qui eius versus improbavit et ob eam rem semel iterumque in carcerem ductus est, ad Att. 4, 6, 2.

**Philoxenus** Calactinus, Hippiae, qui Ciceronis hospes et necessarius erat, pater, ad fam. 13, 37.

**Philoxenus** Attici, ad Att. 7, 2, 5. — Ab eo Cicero vult Atticum sibi mittere Panaetii librum de providentia, Ib. 13, 8. — In Arcano Messidium cum Philoxeno aquamque, quam ii ducebant, non longe a villa belle sane fluentem vidit Cicero, ad Q. fr. 3, 1, 1. §. 1.

**Philus.** V. **Furius Philus.**

**Phimes** cognomen Dioclis Panhormitani, Verr. accusat. 3, 40, 93.

**Phintia**, oppidum Siciliae, Verr. accusat. 3, 83, 192.

**Phintias**, Pythagorius, vas se ad mortem dedit pro amico Siculo tyranno, de fin. 2, 24, 79. Tuscul. 5, 22, 63. de off. 3, 10, 45.

**Phlegethon.** V. **Pyriphlegethon.**

**Phliasii**, non **Phliuntii**. Cicero scribit se Phliuntios pro Phliasiis scripsisse deceptus ἀναλογίᾳ, quod Ὀπούντιοι, Σιπούντιοι dicantur, idque mendum corrigi vult, ad Att. 6, 2, 3. — Mansit tamen vitium, de r. p. 2, 4, 8. — Leon princeps Phliasiorum, Tuscul. 5, 3, 8. — sermo Phliunte habitus, Ib. 5, 4, 10.

**Phliuntii**, pro Phliasii, de r. p. 2, 4, 8.

**Phlius**, untis, Achaici oppidum, Tuscul. 5, 3, 8. ad Att. 6, 2, 3.

**Phocii**, Locri, Boeotii exusti a L. Pisone, in Pison. 40, 96.

**Phocylides**, poëta Graecus gnomicus, cuius sententiae pleraeque eius nomen habebant. Usquequaque, de Pompeio quum dicemus, sit hoc quasi, *καὶ τόδε Φωκυλίδου*, ad Att. 4, 9, 1.

**Phoebus**, *Phoebi fax*, meteorum, de divin. 1, 11, 18.

**Phoenice**, de fin. 4, 20, 56. Philipp. 11, 13, 35.

**Phoenices**, quorum urbs Tyrus. Poeni (i. e. Phoenices) primum mercaturis et mercibus suis avaritiam et magnificentiam et inexplebiles cupiditates omnium rerum exportaverunt in Graeciam, de r. p. 3. fragm. incert. p. 315. — Phoenices Helice duce nocturna fidunt in alto, Arat. v. 40. Item de n. d. 2, 41, 106. Acad. pr. 2, 20, 66.

**Phoenissae**, Euripidis fabula, de off. 3, 21, 82.

**Phoenix** apud Homerum a Peleo Achilli comes datus, vir disertus, de orat. 3, 15, 57.

**Phorcys**, deus marinus, ex Oceano Salaciaque, Tim. 11.

**Phormio.** — Sex. Clodius, cui nomen est Phormio, nec minus niger nec minus confidens, quam ille Terentianus est Phormio, pro Caec. 10, 27. Philipp. 2, 6, 15.

**Phormio** Peripateticus coram Hannibale inepte de omni re militari declamavit, de orat. 2, 18, 75. — Hinc Phormiones dicuntur, qui de re praecipiunt et disserunt, quam non intelligunt, Ib. 2, 19, 77.

***Φωσφόρος***, stella Veneris, de n. d. 2, 20, 53.

**Phryges** et Pisidae et Cilices et Arabum natio avium significationibus plurimum obtemperant, de divin. 1, 41, 92 et 94. — Phryges augurium retinent, de leg. 2, 13, 33. — Proverbium Phrygem plagis fieri meliorem, pro Flacco 27, 65. — Phryges contemptim appellantur pro Flacco 2, 3. Ib. 40, 100.

**Phrygia epictetus**, Phrygia, quae paruit Eumeni Pergami regi, post Romanis, ad fam. 3, 10, 6.

**Phrygio Pompeius**, homo locuples, de orat. 2, 70, 283.

**Phrygius.** Phrygiae litterae conscriptae ab Hercule altero, de n. d. 3, 16, 42. — Phrygiis cantibus non nulli incitantur, de divin. 1, 50, 114. — Phrygiae orationis genus, orat. 8, 24. Ib. 18, 57. — Phrygium ferrum, id est, Troianum, sed scribendum est *Brugium*, in versu Ennii, pro Sex. Rosc. 32, 89.

**Phryx**, orat. 8, 27. V. **Mysus.** — Phryx aliquis aut Lycaon, de homine futili et contempto, ad fam. 30. 10, 10.

**Phthas** sive Vulcanus secundus Nilo natus, quem custodem esse Aegypti volunt, de n. d. 3, 22, 55.

**Phthia**, caput Phthiotidis, Thessaliae partis, patria Achillis, de divin. 1, 25, 52. — Phthiota incolae eius urbis, Tuscul. 1, 10, 21.

**Phylarchus** Centuripinus, spoliatus a C. Verre, Verr. accusat. 4, 12, 29. Ib. 4, 23, 50.

**Phylarchus** Haluntinus, homo nobilis, captus a praedonibus, a Locrensibus postea publice redemptus, Verr. accusat. 5, 35, 91. Ib. 5, 46, 122.

**Physici**, id est, philosophi ante Socratem, de orat. 1, 10, 42. Acad. pr. 2, 5, 14. V. **Empedocles.**

***Φυσικοί***, physici philosophi, de orat. 1, 50, 217.

**Picens** ager in Italia, Umbriae confinis, de sen. 4, 11. Idem **Picenus** ager.

**Picentes.** Ad eos pertinent Asculani, pro Sulla 8, 25. V. **Gallicus** ager.

**Picenum**, ad Att. 7, 21, 2.

**Picenus** et Gallicus ager, Brut. 14, 57. de off. 3, 18, 74.

**Pierus.** — Tertiae Musae novem Piero natae et Antiopa, quas Pieridas et Pierias solent poëtae appellare, de n. d. 3, 21, 54.

**Pietas** dea, eius cultus, de leg. 2, 8, 19. Ib. 2, 11, 28. — Eius aedes Romae icta e caelo, de divin. 1, 43, 98.

**Pilia**, Attici uxor, ad Att. 4, 16, 4. Ib. 4, 46, 2. — Eius epistola valde scripta est *συμπαθῶς*, Ib. 5, 11, 7. Ib. 6, 1, 22. — Eius valetudo, Ib. 7, 5, 1. — Pilia *πειράζεται παραλύσει*, Ib. 16, 7, 8.

**M. Pilius**, necessarius Attici, M. Servilium de pecuniis repetundis postulavit a. u. c. 703., Cael. ad fam. 8, 8, 2. Memoratur etiam ad Att. 13, 31, 4.



**Q. Pilius**, propinquus Piliae, Attici uxoris, ad Caesarem profectus a. u. c. 700., ad Att. 4, 17, 3.

**Pilus**, vir gravis et constans, optimarum in re publica partium, ep. ad Brut. 2, 7.

**Pinarii Nattae.** 'Species ex aere vetus generosaque Nattae concidit' fulmine icta, de divin. 1, 12, 19. Ib. 1, 2, 20, 45. Ib. 1, 21, 47.

**L. Pinarius Natta**, frater uxoris Clodii, pontifex, de domo sua 45, 118. — Privignus Murenae, Ib. 52, 134. — Summo loco adolescens, pro Mur. 35, 73. — Exosus Ciceroni, ad Att. 4, 8 b. 3.

**M. Pinarius Rusca.** — Rusca quum legem ferret annalem, dissuasor M. Servilius: 'Dic mihi', inquit, 'M. Pinari, si contra te dixero, mihi male dicturus es, ut caeteris fecisti?' — 'Ut sementem feceris, ita metes', inquit, de orat. 2, 65, 261.

**P. Pinarius** L. Papirius censores a. u. c. 321., mulctis dicendis vim armentorum a privatis in publicum averterunt, de r. p. 2, 55, 60.

**T. Pinarius**, irrisus a C. Iulio Caesare Strabone, de orat. 2, 66, 266.

**T. Pinarius.** — Eum Ciceroni commendatum ab Attico Deiotarus curat aegrum, ad Att. 6, 1, 23. Ib. 8, 15, 1. — T. Pinarius, Ciceronis familiaris, qui procurat rationes negotiaque Dionysii, commendatur Q. Cornificio a. u. c. 711., ad fam. 12, 24, 3. — T. Pinarius amabiles ad Ciceronem de Q. fratre litteras mittit, se maxime litteris, sermonibus, cenis denique Q. Ciceronis delectari, ad Q. fr. 3, 1, 6. §. 22., ubi unus commemoratur eius frater.

**Pindarus.** Eius fragmentum, ad Att. 13, 38, 2. — Eius versiculus Ib. 12, 5, 1. orat. 1, 4. de fin. 2, 34, 115.

**Pindarus** servus vel libertus, ad Att. 16, 1, 5.

**Pindenissus**, oppidum munitissimum Eleutherocilicum a Cicerone captum a. u. c. 703., ad Att. 5, 20, 5. — Incolae Pindenissitae, Ib. 5, 20, 1. Ib. 6, 1, 9. ad fam. 2, 10, 3. Ib. 15, 4, 10 sqq.

**Pinnenses.** — Vestini Pinnenses a Pinna, eorum oppido, hodie *Civita di Penna*, ad Her. 2, 28, 45.

**T. Pinnius**, familiaris Ciceronis. — Adolescens commendatur P. Silio, ad fam. 13, 61.

**Pipa**, Aeschrionis Syracusani uxor, C. Verris amica, Verr. accusat. 3, 33, 77. Ib. 5, 31, 81.

**Piraeeus** magnificus portus Athenarum, de r. p. 3, 32, 14. — E Piraeeo eloquentia evecta omnes peragravit insulas atque peregrinata tota Asia est, Brut. 13, 51. — Piraeeus prostratus et dirutus, ad fam. 4, 5, 4. — 'In Piraeea quum exissem etc.' Id a se scriptum reprehendit Cicero et dicit Piraeeum et sine *in* praepositione dicendum fuisse, ad Att. 6, 9, 1. Ib. 7, 3, 10. de off. 3, 11, 46.

**Pirene**, *Πειρήνη* fons uberrimus Corinthi, ad Att. 12, 5, 1.

**Pisae**, Etruriae urbs, ad Q. fr. 2, 5, 3 (6, 2).

**Pisaurum**, oppidum Umbriae maritimum in Gallico agro, quod praeterlabitur fluvius cognominis Pisaurus, hodie *Pesaro.* Incolae Pisaurenses, pro Sest. 4, 9. — Pisaurum occupatum a Caesare a. u. c. 705., ad fam. 16, 12, 2. ad Att. 2, 7, 3. Philipp. 13, 12, 26.

**Pisces**, sidus, Arat. v. 246. 290. 413. de n. d. 2, 44, 114.

**Piscis** australis, sidus, Arat. v. 411.

**Pisidae**, incolae Pisidiae, regionis Asiae minoris, Pamphyliae et Isauriae confinis. — Praeter caeteros populos augurium retinent, de leg. 2, 13, 33. — Pisidae volatibus avium cantibusque declarari res futuras putant, de divin. 1, 1, 2. — A Pisidis, Cilicibus, Pamphyliis, Lyciis auspicia tenentur, Ib. 1, 15, 25. Ib. 1, 41, 92 et 94. — Auxilia sane bona, sed ea Galatarum, Pisidarum, Lyciorum, ad Att. 6, 5, 3.

**Pisistratus** multos annos tyrannus fuit in ipso Graeciae flore, de n. d. 3, 33, 82. — Opinio est et Pisistratum et paullo seniorem etiam Solonem posteaque Clisthenem multum, ut temporibus illis, valuisse dicendo, Brut. 7, 27. — Servio Tullio regnante viguit, Ib. 10, 39. — Pisistratus primus Homeri libros confusos antea sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus etc., de orat. 3, 34, 137. — Pisistratus Athenis praesidiis saepiebatur, de r. p. 1, 44, 68. — Responsum ei datum a Solone, de sen. 20, 72. — Incertum est, Phalarimne an Pisistratum sit imitaturus Caesar a. u. c. 705., ad Att. 7, 20, 2. cl. ib. 8, 16, 2.

**Pisones.** V. **Calpurnii Pisones.**

**Pisonis** lucus Romae, incertum in qua regione, ad Q. fr. 2, 3, 7.

**Pistrix**, sidus, Arat. v. 384. 400.

**Pituanius**, homo pereruditus, ut aiunt, et nunc quidem deditus Graecis litteris, ad Att. 4, 15, 2.

**Pittacus** unus de septem sapientibus, Lesbi tyrannus, omnino accedere quemquam vetat in funus aliorum, de leg. 2, 26, 65. — Pittacus sapiens, de orat. 3, 15, 56.

**Placentia**, urbs Galliae Cisalpinae, hodie *Piacenza*, in confluente Padi et Trebiae, unde Placentini. — Placentia, municipium optime de Cicerone meritum, in Pison. fragm. 1, 1. — Caesar Placentiam legiones quattuor misit a. u. c. 704., ad Att. 6, 9, 5. ad Q. fr. 2, 13 (15), 1.

**Placentini** calices, viles, in Pison. 27, 67.

**Plaetoria** lex, de circumscriptione adolescentium. Ex ea iudicium publicum rei privatae, de n. d. 3, 30, 74. de off. 3, 15, 61.

**L. Plaetorius**, senator, pro Cluent. 60, 165.

**M. Plaetorius M. F. Cestianus**, accusator M. Fonteii a. u. c. 685., pro Fonteio loci Nieb. 1, 2. Ib. 12, 26. — M. Plaetorius C. Flaminius aediles curules, apud quos Cicero defendit D. Matrinium, pro Cluent. 45, 126. — Iidem praetores a. u. c. 688. inter sicarios quaestionem exercebant, Ib. 53, 147. — M. Plaetorius, amicus P. Lentuli Spintheris, ad fam. 1, 8, 1. — Incendio Plaetoriano, i. e. condemnatione, ambustus est Seius a. u. c. 703., ad Att. 5, 20, 8. — Plaetorius, vicinus Attici, Ib. 15, 17, 1.

**Plagioxypus.** — Nomen contumeliose confictum, ad Her. 4, 30, 42.

**Plaguleius**, homo infimae sortis, de operis Clodianis, de domo sua 33, 89. cl. ad Att. 10, 8, 3.

**Plancius** pater, eques Romanus, princeps publicanorum, pro Plancio 9, 24. — Maximarum societatum auctor, plurimarum magister, Ib. 13, 32. — Nimium retinens equestris iuris et libertatis, Ib. 23, 55.

**Cn. Plancius.** Amplissimae eius laudes, pro Planc. 1, 1 sqq. —



Oriundus e praefectura Atinati, pro Planc. 8, 19. — In Macedonia tribunus mil. fuit, in eadem provincia quaestor L. Appuleii, Ib. 11, 28. cl. post red. in sen. 14, 35. — Tribunus plebis, pro Planc. 11, 18. in eoque Ciceroni amicissimus, ad Q. fr. 2, 1, 3. — Cn. Plancius Ciceronem exsulem in Macedonia retinebat, ad Att. 3, 14, 2. Ib. 3, 22, 1. ad fam. 14, 1, 3. — Orationes efflagitatas pro Scauro et pro Plancio absolvit Cicero a. u. c. 700., ad Q. fr. 3, 1, 4. §. 11. — Cn. Plancium Corcyrae exsulem a. u. c. 708. consolatur Cicero ad fam. 4, 14. et 15. — Eius litterae a. u. c. 709. ad Toranium missae, Ib. 6, 20, 1. Ib. 16, 9, 2. ad Att. 1, 12, 2.

**Plancus.** V. in **Munatiis.**

**Planetae** quinque, Arat. v. 471. — Eorum intervalla, de div. 2, 43, 91.

**M. Planius Heres**, Calenus, Leptae familiaris. Dolabellae commendatur a. u. c. 709., ad fam. 9, 13, 2.

**Plataeae**, urbs Boeotiae, de off. 1, 18, 61.

**Plato**, philosophus Atheniensis. Amplissimae eius laudes, de leg. 3, 1, 1. — Platoni quum in cunis parvulo dormienti apes in labellis consedissent, responsum est singulari illum suavitate orationis fore, de divin. 1, 36, 78. Ib. 2, 31, 66. — Ab eo propter discendi cupiditatem ultimas terras esse peragratas, de fin. 5, 19, 50. — Ultimas terras lustrasse Pythagoram, Democritum, Platonem: ubi enim quid esset, quod disci posset, eo illos veniendum iudicavisse, Tuscul. 4, 19, 44. Ib. 4, 25, 55. — De Platonis itineribus in Aegyptum, Italiam et Siciliam, de eius cognitione disciplinae Pythagoriae, de r. p. 1, 10, 16. de fin. 5, 29, 87. Tuscul. 1, 17, 39. — Plato Tarentum venit L. Camillo Appio Claudio coss. a. u. c. 405., de sen. 12, 41. — Plato iniquitate Dionysii, Siciliae tyranni, cui se commiserat, in maximis periculis insidiisque est versatus, pro Rab. Postumo 9, 23. — Platonem primum in Academia disputare solitum, de fin. 5, 1, 2. cl. orat. 3, 12. — Demosthenis magister fuit, Ib. 4, 15. — Plato ab Epicuriis reprehensus, quod se in musicis, geometria, numeris, astris contriverit, de fin. 1, 21, 72. — Plato doctrinis omnibus expolivit Dionem Syracusium, de orat. 3, 34, 139. cl. de off. 1, 44, 155. — Eius placida ac lenis senectus, qui uno et octogesimo anno scribens est mortuus, de sen. 5, 13. Ib. 7, 23. — Plato Speusippum, sororis filium, philosophiae quasi heredem reliquit, item Xenocratem et Aristotelem, Acad. post. 1, 4, 17. — Eius libros solitus est divulgare Hermodorus, ad Att. 13, 20, 4. — Platonis statua, Brut. 6, 24. — Platonem, si genus forense dicendi tractare voluisset, gravissime et copiosissime potuisse dicere, de off. 1, 1, 4. — Platonis libri mirabiliter scripti, in quibus omnibus fere Socrates exprimitur, de orat. 3, 4, 15. cl. ib. 3, 16, 60. — Socratis multiplex ratio disputandi rerumque varietas et ingenii magnitudo, Platonis memoria et litteris consecrata, plura genera effecit dissentientium philosophorum, Tuscul. 5, 4, 11. — In eius libris Socrates ironia utitur faceta et eleganti,

Brut. 85, 292. — Platonis auctoritate, qui varius et multiplex et copiosus fuit, una et consentiens duobus vocabulis philosophiae forma instituta est, Academicorum et Peripateticorum, qui rebus congruentes, nominibus differebant, Acad. post. 1, 4, 17. Acad. pr. 2, 5, 15. — Platonem reliquosque Socraticos et deinceps eos, qui ab iis profecti sunt, legunt omnes, etiam qui illa non approbant, Tuscul. 2, 3, 8. — Plato et Socrates, ut rationem non redderent, auctoritate tamen minutos philosophos, Epicurum in primis, vincerent, de divin. 1, 30, 62. cl. Tuscul. 1, 21, 49. — De Platonis verecundia, ad fam. 9, 22, 5. — Visum est non nullis Platonis et Democriti locutionem potius poëma putandum quam comicorum poëtarum, orat. 20, 67. — Eum Panaetius Homerum philosophorum appellat, Tuscul. 1, 32, 79. — Nemo uberior in dicendo Platone. Iovem sic aiunt philosophi, si Graece loquatur, loqui, Brut. 31, 121. — Deus ille noster Plato, ad Att. 4, 16, 3. — Plato longe omnium, quicumque scripserunt aut locuti sunt, exstitit et suavitate et gravitate princeps, orat. 19, 62. — Non melius loquitur Thucydides quam Plato, de opt. gen. or. 5, 16. — De praestantia orationis Platonicae, orat. 44, 151. — Plato de rebus a civilibus controversiis remotissimis divinitus est locutus, de orat. 1, 11, 49. — Voluptates ab eo vere dictae sunt illecebrae atque escae malorum, fragm. p. 284. — Quae de bene beateque vivendo a Platone disputata sunt, explicari placebit Latine, de fin. 1, 2, 5. — Quo modo Latine sit convertendus, Ib. 1, 3, 7. — Pythagoras primum, deinde Plato animum in duas partes dividit, alteram rationis participem facit, alteram expertem, in participe rationis ponit tranquillitatem, in altera motus turbidos quum irae tum cupiditatis, Tuscul. 4, 5, 10. — Plato triplicem finxit animum, cuius principatum, id est, rationem in capite, sicut in arce posuit et duas partes ei parere voluit, iram et cupiditatem, quas locis disclusit, iram in pectore, cupiditatem subter praecordia locavit, Ib. 1, 10, 20. — Animus tres partes habet, ut Platoni placuit, rationis, irae, cupiditatis, Acad. pr. 2, 39, 124. — Fuit iam accepta a Platone philosophandi ratio triplex: una de vita et moribus, altera de natura et rebus occultis, tertia de disserendo et quid verum, quid falsum, Acad. post. 1, 5, 19. — Ab eo usurpatum voc. *ἰδέα*, Ib. 1, 8, 30. — *Ἰδέας* mirifice erat amplexatus, ut in iis quiddam divinum esse diceret, Ib. 1, 9, 33. — Platonis *ἰδέαι*, orat. 29, 101. — Rerum formas appellat *ἰδέας* ille non intelligendi solum, sed etiam dicendi gravissimus auctor et magister Plato, orat. 2, 10. — Plato omne iudicium veritatis veritatemque ipsam abductam ab opinionibus et a sensibus cogitationis ipsius et mentis esse voluit, Acad. pr. 2, 46, 142. — Plato et Pythagoras, quo in somnis certiora videamus, praeparatos quodam cultu atque victu proficisci ad dormiendum iubent, de divin. 2, 58, 119. Plato *μαντικὴν* a furore duxit, Ib 1, 1, 1. — A Platone et Democrito in scriptis relictum est poëtam bonum neminem sine inflammatione animorum exsistere posse et sine quodam adflatu quasi furoris, de orat. 2, 46, 194. de divin. 1, 37, 80. — Platonem non iniuria Dicaearchus accusat, quod amori auctoritatem tribuerit, Tuscul. 4, 34, 71. — Plato faciebat cum Socrate, cui nihil videbatur sciri posse, Acad. pr. 2, 23, 74. — Loci e Phaedro in Latinum sermonem conversi, de r. p. 6, 25, 27. Tuscul. 1, 23, 53. de sen. 21, 78. de fin. 2, 16, 52. — Plato, Ib. 2, 1, 1. — Sententia ex Phaedro, Ib. 2, 2, 4. — Platanus illa in Phaedro celebratissima, de orat. 1, 7, 28. — Plato Isocratem admirabiliter in Phaedro laudari fecit ab Socrate, de opt. gen. or. 6, 17. — Plato, exagitator omnium rhetorum, laudat Isocratem, orat. 13, 42. de leg. 2, 3, 6. orat. 4, 15. de divin. 1, 37, 80. orat. 12, 30. Ib. 13, 41. — Apud Platonem saepe haec oratio usurpata est, ut nihil praeter virtutem diceretur bonum, velut in Gorgia, Tuscul. 5, 12, 34. et in Epitaphio, Ib. 5, 12, 36. Ib. 5, 23, 64. — Plato in Gorgia in oratoribus irridendis ipse esse orator summus videtur, de orat. 1, 11, 47. — In Gorgia Socrates cavillatur oratorem, Ib. 3, 31, 122. — De Platonis Gorgia iudicium, Ib. 3, 32, 129. — Locus e Critone, de divin. 1, 25, 52. — Platonis Menon, Tuscul. 1, 23, 55. — Platonis liber, qui est de animo, sive Phaedo, Ib. 1, 11, 24. — Phaedo laudatur item pro Scauro 3, 4. p. 228. — Platonem in Timaeo dicere quidam arbitrantur terram, non caelum moveri, Acad.



pr. 2, 39, 123. — In Timaeo Platonis rerum obscuritas, non verborum facit, ut non intelligatur oratio, de fin. 2, 5, 15. — Plato, quasi quidam deus philosophorum, quibus argumentis docuerit animantem et intelligentem esse mundum, de n. d. 2, 12, 32 sqq. cl. Tuscul. 1, 28, 70. — Plato ex materia in se omnia recipiente mundum esse factum censet adeo sempiternum, Acad. pr. 2, 37, 118. — Platonis de Timaeo deus, opifex aedificatorque mundi, irrisus a Velleio Epicurio, de n. d. 1, 8, 18 sqq. — Rotundâ formâ ullam negat esse pulcriorem, Ib. 1, 10, 24. — De Platonis inconstantia, qui in Timaeo patrem huius mundi nominari neget posse, in legum autem libris, quid sit omnino anquiri oportere non censeat etc., Ib. 1, 12, 30. — Philosophia omnium mater artium nihil est aliud nisi, ut Plato, donum deorum, Tuscul. 1, 26, 64. cl. Acad. post. 1, 2, 8. Tuscul. 1, 25, 63. Ib. 1, 26, 64. Tim. 14. de leg. 1, 22. — Eius dictum in philosophos, de off. 1, 9, 28. — Eius dictum de vera fortitudine, de off. 1, 19, 63. — De Lacedaemoniis, Ib. 1, 19, 64. — Plato princeps de re publ. disseruit, de leg. 3, 6, 14. — Plato, Aristoteles, Theophrastus totaque Peripateticorum familia magnum locum philosophiaeque proprium de re publ. tractarunt uberrime, de divin. 2, 1, 3. — Plato novam quamdam finxit in libris civitatem, de orat. 1, 52, 224. — Commenticia eius civitas, Ib. 1, 53, 230. — Apud Platonem Socrates sibi rem publ. ipse finxit, de r. p. 2, 1, 3. Ib.

2, 11, 22. Ib. 2, 29, 51. Ib. 2, 30, 52. Ib. 4, 5, 5. — Disciplina puerilis, quam in *Πολιτείᾳ* commendat, reprehensa, de r. p. 4, 4, 4.—Item communio bonorum, Ib. 4, 5, 5. — Quo modo Cephalum loquentem induxerit in *Πολιτείᾳ*, ad Att. 4, 16, 3. — Gyges ab eo inductus, de off. 3, 9, 38. Ib. 3, 19, 78. — Locus ex Politia, de divin. 1, 29, 60. — Platonis aliquot praecepta iis tenenda, qui rei publ. praefuturi sunt, de off. 1, 25, 85 et 87. — A Platone philosophiaque se didicisse naturales esse quasdam conversiones rerum publicarum, ut eae tum a principibus tenerentur, tum a populis, aliquando a singulis, de divin. 2, 2, 6. — Plato iubet tantum contendere in re publ. quantum probare tuis civibus possis, vim neque parenti nec patriae adferre oportere, ad fam. 1, 9, 18. — Recte poëtae a Platone eiiciuntur ex ea civitate, quam finxit ille, quum optimos mores et optimum rei publ. statum exquireret, Tuscul. 2, 11, 27. — Plato censet nihil tam facile in animos teneros atque molles influere quam varios canendi sonos etc., de leg. 2, 15, 38. Ib. 3, 14, 32. — Eius sententia de donis impiorum, Ib. 3, 16, 41. — Platonis dictum de democratia et tyrannide, de r. p. 1, 43, 66 sqq. — Platonis auguria de tyrannis, ad Att. 10, 8, 6. — Eius dictum de tyrannorum precibus, Ib. 9, 13, 4. — Apud Platonem scriptum est divinitus, quales in re publica principes essent, tales reliquos solere esse cives, ad fam. 1, 9, 12. — Titanum e genere statuit eos, qui ut illi caelestibus, sic hi adversentur magistratibus, de leg. 3, 2, 5. — Plato, ille princeps ingenii et doctrinae, tum denique fore beatas res publicas putavit, si aut docti ac sapientes homines eas regere coepissent, aut ii, qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent, ad Q. fr. 1, 1, 10. §. 29. — Platonis se comitem profitetur in libris de re publica Cicero fragm. p. 347. — Politia Platonis, de divin. 1, 29, 60. Ib. 2, 27, 59. — Plato, princeps de re publica conscripsit idemque separatim de legibus eius, imitatus ex parte Zaleucum et Charondam, de leg. 2, 6, 14. cl. 2, 7, 16. — Platonis leges, de leg. 1, 5, 15. — Locus e libro XII. de legibus in Latinum conversus, Ib. 2, 18, 45. — Plato iusta funerum reiicit ad interpretes religionum. Locus e libro XII. de legibus in Latinum conversus, Ib. 2, 27, 67. — Plato praeclare dixit beatum, cui etiam in senectute contigerit ut sapientiam verasque opiniones adsequi possit, de fin. 5, 21, 58. — Platonis vox ex Epinomide, de orat. 3, 6, 21. — Platonis cenae a Timotheo laudatae. Praeclara eius epistola ad Dionis propinquos, Tuscul. 5, 35, 100. — Syracusanae mensae a Platone graviter vituperantur, de fin. 2, 28, 92. — Homo, ut ad Archytam scripsit Plato, non sibi se soli natum meminerit, sed patriae, sed suis, de fin. 2, 14, 45. — Aristippi dictum ab aliis Platoni tributum, de r. p. 1, 17, 29. — Aenigma Oppiorum ex Velia est numero Platonis obscurius, ad Att. 7, 13. b., 5. — Aristotelem non deterruit a scribendo amplitudo Platonis, orat. 1, 5. de



fin. 4, 9, 21. Ib. 4, 20, 56. Ib. 4, 23, 64. de r. p. 6, 3, 3. et 4, 4.

**Plato** Sardianus, Epicurius, qui Athenis solebat esse, ad Q. fr. 1, 2, 4. §. 14.

**Platonicus** homo facete Marcus frater appellatur a Q. Cic. de pet. cons. 12, 46.

**Plator**, Dyrrhachinus, hospes L. Pisonis, ab eo Thessalonicae crudelissime necatus, in Pison. 34, 83. cl. de harusp. resp. 16, 35.

**Plautia lex.** V. **Plotia lex.**

**Plautius.** V. etiam **Plotius.**

**A. Plautius.** V. **A. Plotius.**

**M. Plautius Hypsaeus** cos. a. u. c. 629. imperitus iuris civilis, de orat. 1, 36, 166.

**P. Plautius Hypsaeus**, trib. pl. a. u. c. 698. quo modo se gesserit in causa Ptolemaei regis Aegypti, ad fam. 1, 1, 3. — Plautius Hypsaeus, Pompeii quaestor, ad Att. 3, 8, 3. pro Flacco 9, 20.

**M. Plautius Silvanus** trib. pl. Cn. Pompeio Strabone L. Porcio Catone coss. a. u. c. 665. — Foederatis civitatibus data est civitas Silvani lege et Carbonis, i. e. lege Plautia Papiria a. u. c. 665., pro Arch. 4, 7.

**Plautus.** P. Claudio Pulcro L. Porcio Licino coss. a. u. c. 570., Catone censore mortuus est, Brut. 15, 60. — Eo maior natu Livius Andronicus, Tuscul. 1, 1, 3. — Plautus et Naevius multas fabulas docuerant ante a. u. c. 557., Brut. 18, 73. — Eius oratio antiquitatem redolens, de orat. 3, 12, 44. — Plautus urbanus et facetus, de off. 1, 29, 104. — Vehementer gaudebat Truculento Plautus et Pseudolo, de sen. 14, 50. — Servius Clodius dicebat: 'Hic versus Plauti non est, hic est', quod tritas aures haberet notandis generibus poëtarum et consuetudine legendi, ad fam. 9, 16, 4. — Versiculus ex Aulularia, de divin. 1, 31, 65. — Trinummus, de orat. 2, 10, 39. — Versiculi e Trinummo, ad Her. 2, 23, 35. de inv. 1, 50, 95. — Eius versus de Trinummo, ep. ad Brut. 1, 2. — Plauti versus, de r. p. 4, 10, 11.

**Plautus**, iudex in iudicio Clodii de sacris violatis rei corruptus absolvit Clodium a. u. c. 693., ad Att. 1, 16, 6.

**Pleiadum** sive Vergiliarum nomina, Arat. v. 269.

**Pleuratus**, Dyrrhachinus, Platoris comes, verberibus necatus a L. Pisone, in Pison. 34, 84.

**Plotia** lex agraria, ad Att. 1, 18, 6.

**Plotia** lex de vi, Cornel. prim. fragm. 27. p. 213.

**Plotiana** bona, a Caesare M. Laberio vendita, ad fam. 13, 8, 2.

**A. Plotius s. Plautius**, familiaris Ciceronis, aedilis factus cum Cn. Plancio a. u. c. 700., pro Planc. 7, 17. Ib. 22, 53. — A. Plotius, praetor urbanus a. u. c. 703. — 'Ius Laodiceae me dicere, quum Romae A. Plotius dicat?' ad Att. 5, 15, 1. — Necessarius T. Antistii quaestoris Macedoniae, ad fam. 13, 29, 4.

**Plotius** unguentarius Puteolanus, ad Att. 13, 46, 3.

**C. Plotius**, eques Rom. Nursinus. Eius hereditas mulieri reddita a Sex. Peducaeo, de fin. 2, 18, 58.

**C. Plotius**, senator, legatus in Asia fuerat, pro Flacco 21, 50.

**C. Plotius** significatur pro Mil. 4, 9.

**L. Plotius.** C. Marius eximie L. Plotium dilexit, cuius ingenio putabat ea, quae gesserat, posse celebrari, pro Arch. 9, 20.

**L. Plotius** (s. **Plautius**) **Gallus** rhetor, primum Latine docere coepit, fragm. p. 255.

**Pluto**, de n. d. 2, 26, 66. V. **Dis pater.**

**Plutonia** in Asia, loca pestilentes et mortiferos vapores emittentia. Talia Cicero, quum pro consule in Cilicia esset, ipse vidit, de divin. 1, 36, 79.

**Poeni.** V. **Phoenices**, **Sardi**. — E barbaris nulli erant antea maritimi praeter Etruscos et Poenos, alteri (Poeni) mercandi causa, latrocinandi alteri, de r. p. 2, 4, 9. — Poeni foedifragi, de off. 1, 12, 38. — Poeni, Tauri, Galli homines immolare et pium et dis immortalibus gratissimum esse duxerunt, de r. p. 3, 9, 15. — Propter socios nulla ipsi iniuria lacessiti Romani cum Poenis bella gesserunt, de imp. Cn. Pomp. 6, 14. — Poenorum crudelitati Reguli corpus est praebitum, de n. d. 3, 32, 80. — Poeni classe devicti a Duellio, orat. 45, 153. — Hispanis et plerisque Poenorum impositum vectigal est certum, quod stipendiarium dicitur, quasi victoriae praemium ac poena belli, Verr. accusat. 3, 6, 12. — Poeni haruspices, de divin. 2, 12, 28. — Bellum Poenicum s. Punicum, Tuscul. 3, 21, 51. de divin. 2, 64, 131. V. **Punicum bellum.** — Poeno fuit Hispanus auxilio, ad Her. 3, 33, 45. — Poenus, id est, Hannibal, Ib. 3, 5, 8.

**Poëtarum** incertorum fragmenta, Philipp. 2, 27, 66. Ib. 13. 21. 49. de divin. 2, 5, 12. Ib. 2, 10, 25. Tuscul. 1, 5, 10. Ib. 1, 18, 41. Ib. 1, 20, 45.

**Ser. Pola.** Consolantur Ciceronem cotidianae damnationes inimicorum, in quibus Servius adlisus est, ceteri conciduntur, ad Q. fr. 2, 4 (6), 6. — Ser. Pola, homo taeter et ferus, videtur ad accusationem Caelii venire a. u. c. 700., Ib. 2, 11 (13), 2. — Appius Claudius Pulcher non destitit arcessere Polam Servium accusatorem, inire cum Domitio consilia a. u. c. 704., Cael. ad fam. 8, 12, 2.

**Poleas**, legatus Tyndaritanorum, Verr. accusat. 4, 42, 92.

**Polemo**, Academiae veteris philosophus, Acad. post. 1, 9, 34. V. **Arcesilas** et **Speusippus**. — Eius auditores Zeno et Arcesilas, Ib. — Polemo et Crantor, qui Xenocratem audierunt, nihil ab Aristotele magno opere dissenserunt, de orat. 3, 18, 67. — Polemo, Xenocratis auditor, de fin. 5, 1, 2. Ib. 5, 3, 7. — Polemoni, et iam ante Aristoteli, prima visa sunt virtutis usus cum vitae perfectae prosperitate, Ib. 2, 11, 34. cf. ib. 2, 6, 19. — Polemo planissime secundum naturam vivere summum bonum esse dixit, Ib. 4, 6, 14. Ib. 4, 16, 45. Ib. 4, 18, 51. — Eum Antiochus probabat maxime, Acad. pr. 2, 42, 131. cf. ib. 2, 35, 113. de fin. 4, 2, 3. Ib. 5, 5, 14. Ib. 5, 31, 94. de leg. 1, 13, 38. Tuscul. 5, 10, 30. Ib. 5, 13, 39. Ib. 5, 31, 87. Ib. 5, 37, 108.

**Polemocrates**, Apollonidiensis, mercennarius Deciani negotiatoris, pro Flacco 30, 74.

**Polemonei**, qui sunt e disciplina Polemonis, Acad. pr. 2, 43, 132.

**Poles** Temnites, pecuniae publicae condemnatus, pro Flacco 18, 43.

**Politici** philosophi a Graecis olim appellati Peripatetici et Academici, de orat. 3, 28, 109.



**Pollentia** oppidum Piceni, vel idem quod urbs Salvia (*Urbisaglia*) vel in eius vicinitate, Philipp. 11, 6, 14. ad fam. 11, 13, 3.

**Pollex**, Ciceronis servus a pedibus, ad fam. 14, 6, 1. ad Att. 8, 5, 1. — In eius nomine ludit Cicero: ‘plane pollex, non index’, Ib. 13, 46, 1. Ib. 13, 47, 1.

**Pollio.** V. **Asinius Pollio.**

**Polliones** memorantur inter naufragia Caesaris amicorum, Philipp. 13, 2, 3.

**Pollux**, *Πολυδεύκης*. Eius cultus, de leg. 2, 8, 19. — Castoris et Pollucis stellae aureae Delphis positae, de divin. 1, 34, 75. — Tusculi aedes Castoris et Pollucis, Ib. 1, 43, 98. — Statua Africani minoris ad *Πολυδεύκους*, ad Att. 6, 1, 7. cf. de n. d. 2, 24, 62. V. **Castor.**

**Polus**, Arat. v. 25.

**Polyaenus.** — Epicurus profecto numquam putavisset aliquid esse minimum, si a Polyaeno, familiari suo, geometriam discere maluisset quam illam etiam ipsum dedocere, de fin. 1, 6, 20. — Polyaenus, qui magnus mathematicus fuisse dicitur, postea Epicuro adsentiens totam geometriam falsam esse credidit, Acad. pr. 2, 33, 106.

**Polybius**, historicus Graecus. Graecus rerum civilium peritissimus, familiaris Scipionis Africani minoris, de r. p. 1, 21, 34. — Eo nemo fuit in exquirendis temporibus diligentior, Ib. 2, 14, 27. — Polybius negligentiam Romanorum accusabat, quod nulla apud eos esset disciplina puerilis legibus constituta, Ib. 4, 3, 3. — Polybius, bonus auctor in primis, quid de decem captivis ab Hannibale post pugnam Cannensem ad senatum missis tradiderit, de off. 3, 32, 113. — Polybius non nominat decem legatos L. Mummii, ad Att. 13, 30, 3. — Polybius Numantinum bellum separatim scripsit, ad fam. 5, 12, 2.

**Polycharmus** praetor sive *ἄρχων* Atheniensis, ad Att. 5, 11, 6.

**Polycletus** sive **Polyclitus**, Sicyonius, statuarius illustris floruit circa Olymp. 87. — Eius signa pulcriora quam Myronis et iam plane perfecta, Brut. 18, 70. — Eius Canephoroe, aënea duo signa, non maxima, verum eximia venustate, Verr. accusat. 4, 3, 5. — Eius Doryphorus, orat. 2, 5. — Eius Doryphorum sibi Lysippus aiebat magistrum fuisse, Brut. 86, 296. — Hercules ab eo fictus, de orat. 2, 16, 70. cf. etiam ad Her. 4, 6, 9. Acad. pr. 2, 47, 146. de fin. 2, 34, 115. Tuscul. 1, 2, 4. parad. 5, 2, 37. V. **Myro.**

**Polycrates** Samius, quem felicem appellabant, de fin. 5, 30, 92.

**Polydamas**, Antenoris filius apud Homerum, ad Att. 2, 5, 1.

**Polydorus.** ‘Polydorum Hecuba partu postremo parit’, de orat. 3, 58, 219.

**Polygnotus** Thasius, pictor illustris, floruit circa Olymp. 80. — Polygnotus non est usus plus quam quattuor coloribus, eius formae et lineamenta laudantur, nondum tamen in eo iam perfecta omnia, Brut. 18, 70.

**Polyidus** Corinthius, vates apud Homerum, de divin. 1, 40, 89. de leg. 2, 13, 33.

**Polyphemus** Cyclops. Eum imma-

nem ferumque finxit Homerus, Tuscul. 5, 39, 115.

**Pompeia** curia. In ea Caesar trucidatus est, de divin. 2, 9, 23.

**Pompeia** lex de vi a. u. c. 702. Ea ternae horae ad dicendum datae, Brut. 94, 324. ad Att. 10, 4, 8.

**Pompeia**, femina primaria, P. Vatinii uxor, ad fam. 5, 11, 2.

**Pompeii Percennii**, Mamertini, a Cn. Pompeio civitate donati, Ciceronum hospites Messanae, Verr. accusat. 4, 11, 25.

**Pompeii**, Campaniae oppidum, de lege agr. 2, 31, 86.

**Pompeiani**, incolae oppidi Pompeiorum, a P. Sulla impulsi falso dicebantur, ut ad coniurationem accederent, pro Sulla 21, 60.

**Pompeiani**, Pompeiani descripti et reprehensi ab ipso Cicerone, ad fam. 9, 6, 3.

**Pompeianum**, nomen villarum in agro Pompeiano, Acad. pr. 2, 3, 9. ad Att. 1, 20, 1. Ib. 3, 2, 1. ad fam. 7, 3, 1. Ib. 7, 12, 20.

**Pompeianus** cistophorus, ad Att. 2, 6, 2.

**Pompeianus** senatus: in eo decem fuerunt consulares, M. Cicero, M. Marcellus, L. Afranius, P. Lentulus Spinther, M. Bibulus, L. Domitius, App. Claudius, P. Scipio, L. Lentulus, C. Marcellus, Philipp. 13, 13, 28.

**Pompeius**, ad fam. 16, 10, 2.

**Sex. Pompeius**, Cn. Pompeii Strabonis consulis a. u. c. 665. et Sex. Pompeii Stoici pater, Cn. Magni avus, Brut. 47, 175.

**Sex. Pompeius Sex. F.**, frater Cn. Pompeii Strabonis, patruus Cn. Magni, praestantissimum ingenium contulerat ad summam iuris civilis et ad perfectam geometriae et rerum Stoicarum scientiam, Brut. 47, 175. — Stoicus, de orat. 3, 21, 78. — Doctus vir atque sapiens, Philipp. 12, 11, 27. — Eruditus homo in philosophia, de orat. 1, 15, 67. — In geometria multum operae curaeque posuit, de off. 1, 6, 19.

**Cn. Pompeius Sex. F. Strabo**, qui cos. fuit cum L. Porcio Catone a. u. c. 665. Cn. Pompeio quaestori in T. Albucium praetorem suum nominis deferendi potestas non est data, in Q. Caecil. divin. 19, 63. — Cn. Pompeii Strabonis consulis cum P. Vettio Scatone duce Marsorum inter bina castra collocutio, Philipp. 12, 11, 27. — Cn. Pompeius, pater Cn. Magni, bello Italico de Asculanis et Picentibus triumphavit, a. u. c. 665., in Pison. 24, 58. — Clarus rebus gestis, sed odio dignus ob crudelitatem, avaritiam, perfidiam, aliquem numerum inter oratores obtinebat, Brut. 47, 175. — Homo dis nobilitatique perinvisus, causam lege Varia dixit, Cornel. prim. 27. fragm. p. 213. — Rebus Italico bello maximis gestis P. Caesium Ravennatem, Heracliensem Alexam civitate donavit, pro Balbo 22, 50. — Pro eius bonis dixit L. Philippus, Brut. 64, 230. — Memoratur etiam pro Font. 15, 33.

**Cn. Pompeius Cn. F. Sex. N. Magnus** habitabat in Carinis, de harusp. resp. 23, 49. — Eius uxor, quacum divortium fecit, Mucia, QQ. Metellorum Celeris et Nepotis soror, ad fam. 5, 2, 6. — Pompeius adfinis P. Clodii, qua eius filius Appii filiam, fratris P. Clodii, in matrimonio habebat, de harusp. resp. 21, 45. — Eius cum Posidonio aegrotante sermo, Tuscul. 2, 25, 61. — Hospes Sthenii Thermitani, Verr. accusat. 2, 46, 113. — Favet L. Lucceio, ad fam. 13, 41, 1. — L. Flacco vehementer inimicus, pro Flacco 6, 14. — Theophanum Mytilenaeum, scriptorem rerum suarum, in contione militum civitate donavit, pro Archia 10, 24. — Longi subsellii, ut Pompeius appellat, iudicatio, ad fam. 3, 9, 2. — Ciceronis ad eum epistola, fragm. p. 215. — Amplissimae eius laudes, de imp. Cn. Pomp. 1, 1 sqq. — Pompeius ornandus fuit in Manilia lege, orat. 29, 102. — Eius felicitas praedicatur, de imp. Cn. Pomp. 16, 47. — Cn. Pompeius, omnium gentium, omnium saeculorum, omnis memoriae facile princeps, post red. in sen. 3, 5. — Eius laudes, Ib. 11, 29. post red. ad Quir. 7, 16. — De eius dicendi facultate et actione, Brut. 68, 239. — Eius res gestae atque virtutes iisdem quibus solis cursus regionibus continentur, in Catil. 4, 10, 21. — Cn. Pompeius tripertitas orbis terrarum oras atque regiones tribus triumphis adiunctas huic imperio notavit, pro Sest. 61, 129. — Cn. Pompeius populi Rom. imperium non terrarum regionibus, sed caeli partibus terminavit, de aer. al. Mil. fragm. 1, 2. p. 219. — Magni honores habiti Cn. Pompeio, quum esset adolescens, et quidem iure: subvenit enim rei publicae. — — Ad L. Sullae maximum imperium victoremque accessit. — Adversariorum partibus agrum





Picenum habuit inimicum. — Illius opibus Sulla regnavit, Philipp. 5, 16, 43 sqq. — Cn. Pompeius, provinciae Siciliae necessarius, quod in ea pro praetore fuerat, Verr. accusat. 3, 16, 42. cl. ib. 3, 18, 45. — Civile, Africanum, Transalpinum, Hispaniense mixtum ex civili atque ex bellicosissimis nationibus, servile, navale bellum non solum gesta ab eo uno, sed etiam confecta, de imp. Cn. Pomp. 10, 28. — Caeterae eius res gestae, Ib. c. 11, etc. — Praedones Cilicienses ab eo debellati, Ib. 12, 35. — De Cn. Pompeii imperiis tribuni pl. turbulenti tulerunt. Nam Sertorianum bellum a senatu privato datum est, quia consules recusabant, quum L. Philippus pro consulibus eum se mittere dixit, non pro consule, Philipp. 11, 8, 18. — Cn. Pompeius occiso Perperna permultos ex illo Sertoriano numero militum salvos incolumesque servavit, a. u. c. 682., Verr. accusat. 5, 58, 153. — Exercitus Cn. Pompeii maximus hiemavit in Gallia M. Fonteio imperante a. u. c. 682., pro Font. 3, 6. — Cn. Pompeius, quum primum contionem ad urbem consul designatus a. u. c. 683. habuit, ostendit se tribuniciam potestatem restituturum, Verr. act. 1, 15, 45. — Ea restitutio utrum utilis rei publ. fuerit necne existimatur, de leg. 3, 9, 22. Ib. 3, 11, 26. — Cn. Pompeius ludos votivos per dies XV. facturus erat a. u. c. 685., Verr. act. 1, 16, 31. — Ad eius gloriam augendam maximo studio se dedit Cicero a. u. c. 690., Q. Cic. de pet. cons. 4, 14. Ib. 31, 51. —

Cn. Pompeius me auctore extra ordinem bellum cum Mithridate Tigraneque gessit, de domo sua 8, 14. — Cn. Pompeius, Tigranem quum in suis castris supplicem abiectum vidisset, erexit etc. a. u. c. 688., pro Sest. 27, 58. — Cn. Pompeius captis Hierosolymis a.u.c.691. victor ex illo fano nihil attigit, pro Flacco 28, 67. — Eius bellum cum Mithridate gestum: non ante, quam illum vita expulit, bellum confectum iudicavit, pro Murena 16, 34. — De supplicatione decreta Cn. Pompeio Mithridate interfecto confectoque Mithridatico bello, de prov. cons. 11, 27. Ib. 12, 31. — De gratulatione Pompeio, compositis Asiae rebus et Mithridate devicto, a. u. c. 692. facta, se ab eo, ut ab Africano Laelium, et in re publica et in amicitia socium haberi, ad fam. 5, 7. — L. Sulla, quum omnes Asiae civitates pro portione in provincia descripsisset, illam rationem in imperando sumptu et Pompeius et Flaccus secutus est, pro Flacco 14, 32. — Pompeium insectabatur Rullus promulgata lege agraria, de lege agr. 1, 2, 6. — Excipitur lege agraria, ne cum P. Rullo decemvir fieri possit, Ib. 2, 9, 24. cl. ib. 2, 20, 53. Ib. 2, 22, 60. — Maxime consulatum Ciceronis Cn. Pompeius probavit, qui eius beneficio patriam se visurum esse dixit, Philipp. 2, 5, 12. — Cn. Pompeius multis audientibus Ciceroni hoc tribuit, ut diceret frustra se triumphum tertium deportaturum fuisse, nisi Ciceronis in rem publ. beneficio ubi triumpharet esset habiturus, de off. 1, 22, 78. — Ipso Pompeio auctore, Silano et Murena consulibus a. u. c. 692., decretum est, ut classis in Italia navigaret, pro Flacco 13, 30. — Utitur Cicero Pompeio familiarissime a. u. c. 693., ad Att. 1, 17, 10. — Aperte acturus erat C. Antonio succedi oportere, ad Att. 1, 12, 1. — Pompeium Ciceroni amicissimum esse a. u. c. 693., Ib. §. 3. Muciae nuncium remisit, Ib. — Se ab eo diligi et amari magnique fieri, Ib. 1, 13, 4. — Prima contio Pompeii fuit non iucunda miseris, inanis improbis, beatis non grata, bonis non gravis, itaque frigebat, Ib. 1, 14, 1. — *Μάλ' ἀριστοκρατικῶς* locutus est, Ib. 1, 14, 2. — Barbatuli iuvenes eum in sermonibus Cnaeum Ciceronem appellabant, Ib. 1, 16, 11. — Togulam illam pictam silentio tuetur suam a. u. c. 694., ad Att. 1, 18, 6. — Agraria lex a Flavio tribuno pl. vehementer agitabatur auctore Pompeio, Ib. 1, 19, 4. — De Pompeii familiaritate molli brachio Ciceronem obiurgabat Atticus, Ib. 2, 1, 6. — Epicrates tecto nomine dicitur, Ib. 2, 3, 1. — Hierosolymarius traductor ad plebem, Ib. 2, 9, 1. — Cnaeus collega Balbi (in vigintiviratu), Ib. 2, 12, 1. — L. Vettius in senatu confessus est se cum telo fuisse, Cn. Pompeio suis manibus necem offerre voluisse a. u. c. 695., in Vatinium 10, 24. — Coniuratio multorum nobilium in Pompeium ficta a Vettio indice, ad Att. 2, 24. — Cn. Pompeius 'privatus dictator' appellatus a C. Catone a. u. c. 695., ad Q. fr. 1, 2, 5. §. 15. — Ciceroni omnia pollicebatur, Ib. — Magni cognomen una cum Crassi Divitis



cognomine consenescere, a. u. c. 695., ad Att. 2, 13, 2. — Timendum esse ne ille Sampsiceramus [sic quasi regulus Emesenorum Cn. Pompeius appellabatur], quum se omnium sermonibus sentiat vapulare, ruere incipiat, ad Att. 2, 14, 1. — Sampsiceramus praeterea vocatur ib. 2, 16, 2. Ib. 2, 17, 2. Ib. 2, 23, 3. — Cnaeus *φυσᾷ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι, ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι, φορβείας ἄτερ κτέ.*, Ib. 2, 16, 2. — Vectigal Romanis in monte Antilibano constituit, Ib. — Turbat Sampsiceramus: *ὁμολογουμένως τυραννίδα συσκευάζεται*, Ib. 2, 17, 1. — Arabarches ironice vocatur Ib. 2, 17, 3. — Quid de P. Clodio adfirmet Ciceroni, Ib. 2, 19, 4. — Edictis Bibuli ardet dolore et ira Pompeius, Ib. 2, 19, 5. Ib. 2, 20, 1. — Pompeius quo se conferat nescit a. u. c. 695., Ib. 2, 21, 3. — Cum Clodio egit de Ciceronis salute, Ib. 2, 22, 2. Ib. §§. 5 et 6. — Plenus Cicero est exspectatione de Pompeio, quidnam de nobis velit aut ostendat a. u. c. 696., Ib. 3, 14, 1. — M. Bibulo consule a. u. c. 695. nihil se praetermisisse, quin Pompeium a Caesaris coniunctione avocaret. In quo Caesarem feliciorem fuisse, ipsum enim Pompeium a Ciceronis familiaritate diiunxisse, Philipp. 2, 10, 23. — De L. Flavii praetoris causa et scilicet Pompeii, a. u. c. 695., ad Q. fr. 1, 2, 3. §. 11. — Cn. Pompeius omni cautione, foedere, exsecratione devinxit P. Clodium nihil in tribunatu contra Ciceronem esse facturum, pro Sestio 7, 15. — Ciceroni et nunc a. 698 et quoad licuit amicissimus, Ib. 17, 39 et 18, 41. — Cn. Pompeius domum suam compulsus a Clodio, Pisone, Gabinio, in Pison. 7, 16. — Deprehensus est cum ferro ad senatum servus P. Clodii, quem ad Cn. Pompeium interimendum collocatum fuisse constabat a. u. c. 696., in Pison. 12, 28. cl. pro Milone 7, 18. — Cn. Pompeius, quam diu P. Clodius tribunus pl. fuit, carebat publico, de harusp. resp. 23, 49. Ib. 27, 58. — Excitatus aliquando Cn. Pompeii nimium diu reconditus animi dolor subvenit subito rei publicae, de domo sua 10, 25 sqq. — Pompeium simulatorem videri a. u. c. 696., ad Q. fr. 1, 3, 9. — Subita defectio Pompeii, Ib. 1, 4, 4. — A. u. c. 696., certi homines non studium eius a Cicerone alienarunt, sed auxilium retardarunt, in Pison. 31, 76 sqq. — Cn. Pompeius quo modo Ciceronis exsulis causam susceperit, pro Sestio 31, 67. — Insidiis petitus a Clodianis, Ib. 32, 69. — Santentiam dixit in senatu de revocando Cicerone, Ib. 34, 74. — Ob eamdem rem populo Rom. supplex fuit, pro Sestio 50, 107. — De senatus decreto Cn. Pompeio auctore et eius sententiae principe de Cicerone restituendo facto, in Pison. 15, 35. — De reliquis eius meritis in restituendo Cicerone, Ib. 32, 80. pro Milone 15, 39. — Non. Apr. a. u. c. senatus consulto Pompeio pecunia decreta in rem frumentariam ad HS. CCCC., ad Q. fr. 2, 5, 1. — Carpebatur a Bibulo, Curione, Favonio, Servilio filio a. u. c. 698., ad Q. fr. 2, 3, 2.

— Quo modo se gesserit in Ptolemaei regis Aegypti causa a. u. c. 698., ad fam. 1, 1, 2. Ib. 1, 2, 3. — Apud populum a. d. IIX. Ibid. Febr. a. u. c. 698., quum pro Milone diceret, clamore convicioque iactatus in senatuque a C. Catone trib. pl. aspere et acerbe accusatus, Ib. 5, 6, 1. — Eius tarditas et taciturnitas, Ib. 5, 6, 2. — Temporibus illis non saepe in senatu fuit, Ib. 5, 7, 3. Ib. 5, 8. — Cicero Caesari per Pompeium reconciliatus, Ib. 5, 9, 9 sqq. — Legem consules a. u. c. 697. Lentulus et Metellus Nepos conscripserunt, qua Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariae toto orbe terrarum daretur: alteram Messius, qui omnis pecuniae dat potestatem et adiungit classem et exercitum et maius imperium in provinciis, quam sit eorum, qui eas obtineant, ad Att. 4, 1, 7. — Legatos quindecim quum postularet, Ciceronem principem nominavit et ad omnia eum alterum se fore dixit, Ib. cf. ib. 4, 2, 6. — Quod de Pompeio Caninius agit, sane quam refrixit. Neque enim res probatur et Pompeius in amicitia P. Lentuli vituperatur et hercule non est idem. Nam apud perditissimam illam atque infimam faecem populi propter Milonem suboffendit, et boni multa ab eo desiderant, multa reprehendunt a. u. c. 698., ad Q. fr. 2, 7 (6), 5. — In reductione Ptolemaei Pompeius quid velit non dispicit Cicero a. u. c. 698., ad Q. fr. 2, 2, 3. — Miloni Pompeius advocatus venit a. d. IIII. Non. Febr. 698. Ib. 2, 3, 1. — Eius oratio, Ib. 2, 3, 2. — Eius eloquentia, peritia iuris in defendendo L. Cornelio Balbo praedicatur adeo, ut L. Crasso aequiparetur, pro Balbo 1, 2. — Amplissimae eius laudes, Ib. 4, 9. — Cn. Pompeius pro Balbo simul cum Cicerone dixit, de leg. 2, 3, 6. — Multa Pompeius cum Cicerone egit de re publica, sane sibi displicens, ut loquebatur — sic est enim in hoc homine dicendum etc., ad Att. 4, 9, 1. Ib. 4, 10, 2. Ib. 4, 11, 1. — Pompeius Scauro studet a. u. c. 700., sed utrum fronte an mente dubitatur, Ib. 4, 15, 7. — Cn. Pompeius ter iam triumphavit a. u. c. 699., in Pison. 24, 58. — Ludi apparatissimi a. u. c. 699. a Pompeio editi, describuntur, ad fam. 7, 1, 1 sqq. — Magnificentissima eius munera secundo consulatu, de off. 2, 16, 57. — Cn. Pompeii rationes cum Cicerone circa a. u. c. 700., pro Rab. Postumo 12, 33. — Eum omnes in re publica principem esse concedunt a. u. c. 700., pro Plancio 39, 93. — Rumor de Pompeii dictatura, ad Q. fr. 3, 8, 4. cl. ib. 3, 9, 3. — Pompeii mira contentio pro A. Gabinio accusato a L. Lentulo, a. u. c. 700., ad Att. 4, 16, 9. — Cicero legatus Pompeio, Ib. 4, 18, 3. — Pompeius dis hominibusque invitis favet Gabinio a. u. c. 700., ad Q. fr. 3, 2, 1. Ib. 3, 3, 3. Ib. 3, 4, 1 sqq. — Explicat Cicero cur cum Cn. Pompeio in accusando Gabinio contendere noluerit a. u. c. 700., ad Q. fr. 3, 4, 3. — Pompeius a Cicerone valde contendit de reditu in gratiam cum A. Gabinio, sed nihil profecit nec profecturus videbatur a. u. c. 700., ad Q. fr. 3, 1, 5. §. 15. Ib. §. 17. — Per eum Cicero in gratiam rediit cum App. Claudio, fragm. p. 249. — Cn. Pompeius et Q. Hortensius Ciceronem augurem a toto collegio expetitum nominaverunt, Philipp. 2, 2, 4. — Pompeio, quum graviter aegrotaret Neapoli, melius est factum. Coronati Neapolitani fuerunt, nimirum etiam Puteolani, vulgo ex oppidis publice gratulabantur, Tusc. 1, 36, 86. — Cn. Pompeii tertius consulatus constitit in legibus, Philipp. 1, 7, 18. — Eius actiones in causa Miloniana, pro Milone 1, 2. — Tulit de caede, quae in Appia via facta esset, in qua P. Clodius occisus esset, Ib. 6, 15. — Qua ille facilitate, qua humanitate tulerit contentionem Ciceronis pro Milone adversantem interdum actionibus suis, amplissimae eius laudes, ad fam. 3, 10, 10. — Omnes vires civitatis se ad Pompeii ductum applicaverunt, Ib. 3, 11, 4. — Cn. Pompeius iuris publici, moris maiorum, rei publicae peritissimus. Post P. Clodii caedem Senatus ei commisit, ut videret, NE QUID RES PUBLICA DETRIMENTI CAPERET, a. u. c. 702., pro Milone 26, 70. — Cn. Pompeius quid a. d. XI. Kal. Sextil. a. u. c. 703. in senatu responderit de successione C. Caesaris, Caelius ad fam. 8, 4, 4. — Ariminum ad exercitum erat iturus, Ib. cl. ib. 8, 8, 4. — Eius consilium de agro Campano, Ib. 8, 10, 4. — Ciceronis cum eo *διάλογοι* de re publica Tarenti habiti a. u. c. 703., ad Att. 5, 5, 2. Ib. 5, 6, 1. — Civem illum egregium relinquebat Cicero et ad haec, quae timentur, propulsanda paratissimum, Ib. 5, 7. — Videbatur in Hispaniam iturus a. u. c. 703. Ib. 5, 11, 3. Ib. 5, 18, 1. — Civem egregium esse Pompeium et ad omnia, quae providenda sunt in re publica, et animo et consilio paratum, a. u. c. 703., ad fam. 2, 8, 2. Se Pompeii totum esse a. u. c. 704., Ib. 2, 13, 2. — Stomacho est Pompeius Magnus nunc, a. u. c. 704., ita languenti, ut vix id, quod sibi placeat, inveniat, Caelius ad fam. 8, 13, 2. — De postulationibus Cn. Pompeii et C. Caesaris condicionibus, rem spectare ad bellum a. u. c. 704., Ib. 8, 14, 2. — Res publica Ciceronem valde sollicitat. Favet Curioni, Caesarem honestum esse cupit: pro Pompeio emori potest, a. u. c. 704., ad fam. 2, 15, 3. — Cn. Pompeium omnibus, qui umquam fuerunt, anteponit Cicero a. u. c. 704., ad fam. 3, 7, 5. — Se et initio; ne coniungeret se cum Caesare, monuisse Pompeium, et postea, ne seiungeret, coniunctione frangi senatus opes, diiunctione civile bellum excitari se vidisse, ad fam. 6, 6, 4. — Cn. Pompeius plus potest unus quam caeteri omnes a. u. c. 704., ad Att. 6, 1, 3. — Creditor Ariobarzanis, Ib. — In Pompeio spem omnem otii positam videri, Ib. 6, 1, 11. — In Parthicum bellum profecturus putabatur, Ib. 6, 1, 14. cf. ib. §. 25. — Favebat Appio Claudio, ad Att. 6, 2, 10. — Nullum periculum videt Cicero stante Pompeio, vel etiam sedente, valeat modo a. u. c. 704. Ib. 6, 3, 4. — Eius rationes pecuniariae cum Ariobarzane, Ib. 6, 1, 3. Ib. 6, 3, 5. — Pompeius Q. Cassium sine sorte quaestorem delegit a. u. c. 704., Ib. 6, 6, 3.

— De summa, quae inter Cn. Pompeium et C. Caesarem impendeat, contentione et condicione sua, Ib. 7, 1, 3. Ille divinus tertius consulatus Pompeii, Ib. 7, 1, 4. — Sermo Pompeii Neapolitanus cum Cicerone a. u. c. 704., Ib. 7, 2, 5. — Caesar ita convaluit, ut nunc in uno civi (Pompeio) vires ad resistendum sint, Ib. 7, 3, 4. — De Ciceronis in his contentionibus condicione, Ib. 7, 3, 5. — Sermo ab eo habitus cum Cicerone IIII. Id. Dec. a. u. c. 704. De re publica ita locutus est, quasi non dubium bellum futurum esset, Ib. 7, 4, 2. — Quodam modo Ciceroni praeter caeteros non rectum esse in tantis rebus a Pompeio dissentire, Ib. 7, 6, 2. — Constitutum esse Pompeio et eius consilio in Siciliam Ciceronem mittere, quod imperium habeat, id esse Ἀβδηριτικόν, ad Att. 7, 7, 4. — Pompeius existimat, si Caesar vel dimisso exercitu consul factus sit, σύγχυσιν τῆς πολιτείας fore. — Sin autem ille fureret, vehementer hominem contemnebat et suis et rei publ. copiis confidebat, Ib. 7, 8, 4. cf. ib. 7, 10. — De consilio Pompeii, quod urbem reliquerit a. u. c. 705., Ib. 7, 11, 3. — Fugiens Pompeius mirabiliter homines movet. Nihil iam concedendum putant Caesari, Ib. 7, 11, 3. — Vult Pompeius esse Ciceronem, quem tota haec Campania et maritima ora habeat ἐπίσκοπον, ad quem dilectus et summa negotii referatur, ib. ead. §. — Quid Pompeius agat, ne ipsum quidem scire, Ib. 7, 12, 1. — Pompeius quam ἀστρατήγητος, quam sine consilio. — Nihil esse timidius constat, nihil perturbatius, Ib. 7, 13. a. 1 et 2. — De mandatis Caesaris a L. Caesare delatis ad Pompeium a. d. VIII. Kal., quum is esset cum consulibus Teani, Ib. 7, 14, 1. — Pompeius ad Ciceronem scribit paucis diebus se firmum exercitum habiturum, spemque adfert, si in Picenum agrum ipse venerit, se Romam redituros esse, Ib. 7, 16, 2. — De Caesaris mandatis et responsis Pompeii a Sestio conscriptis, Ib. 7, 17, 2. — Responsa Pompeii grata populo et probata contione esse dicuntur, Ib. 7, 18, 1. — Cnaeus Luceriae dicebatur esse et adire cohortes legionum Atianarum i. e. non firmissimarum, ad Att. 7, 10, 1. cl. ib. 7, 13, b. 7. — Non animus est, non consilium, non copiae, non diligentia in Pompeio, Ib. 7, 21, 1. — De celeritate incredibili Caesaris, de Pompeii tarditate, Ib. 7, 22, 1. — Pompeium quidem persequi Caesar dicitur, Ib. 7, 23, 1 sqq. — Malas causas semper obtinuit Pompeius, in optima concidit, Ib. 7, 25. — Quid sit quod Pompeius Ciceronem Luceriam venire velit, Ib. Lib. 8, 1, 1. — Unus Pompeius Ciceronem movet beneficio, non auctoritate, Ib. 8, 1, 4. — Se improbare consilium Cn. Pompeii Italiam relinquendi, Ib. 8, 2, 4. — Nihil actum est a Pompeio nostro sapienter, nihil fortiter etc., Ib. 8, 3, 3. — Cn. Pompeius Caesarem sero coepit timere a. u. c. 705., ad fam. 16, 11, 3. — De Domitio a Pompeio Corfinii derelicto, ad Att. 3, 7. cl. ib. 8, 5, 2. — Pompeii litterarum ad consules exemplum, Ib. 8, 6, 2. — Unum etiam restat Pompeio ad omne



dedecus, ut Domitio non subveniat. Nihil spectat nisi fugam, ad Att. 8, 7, 1. — Fugiens Brundisium pergit, Ib. 8, 8. Ib. 8, 9, 4. — Comparatur Caesar et Pompeius, Ib. 8, 11, 2. — Pompeii epistolae ad Ciceronem, Ib. 8, 11, A. et C.; ad C. Marcellum et L. Lentulum process. Ib. 8, 12, A. — Pompeium hominem ἀπολιτικώτατον omnium iam antea cognitum, nunc vero etiam ἀστρατηγικώτατον, ad Att. 8, 16, 1. — De Pompeio comitando, non comitando disputat Cicero, Ib. 9, 2. a., 2. Ib. 9, 3, 1. — Pompeio plane suscensuit Cicero, Ib. 9, 5, 2. — Pompeium mare transisse cum omnibus militibus, quos secum habuisset etc., Ib. 9, 6, 3. — Mirandum in modum Pompeius Sullani regni similitudinem concupivit. Eius consilia post fugam, Ib. 9, 7, 3 et 4. — Vidit Cicero Pompeium XIV. Kal. Febr. a. u. c. 705. plenum formidinis, ad Att. 9, 10, 2. — Crebro illud Pompeius: 'Sulla potuit, ego non potero?' Ib. Ead. §. — Urbem ἀλογίστως reliquit, etiam ex Attici iudicio, Ib. 9, 10, 4. — Neminem ineptiorem quam Cn. Pompeium, qui tantas turbas, qui tam nugax esset, commorit a. u. c. 705., Caelius ad fam. 8, 15, 1. — Sullaturit animus Pompeii et proscripturit diu, ad Att. 9, 10, 6. — Pompeianorum sermones minaces, Ib. 9, 11, 3. — Populi Romani exercitus Cn. Pompeium circumsidet, fossa et vallo saeptum tenet, fuga prohibet, et stat urbs ista, praetores ius dicunt, aediles ludos parant, Ib. 9, 12, 3. — Pompeius N. Magium praefectum suum ad Caesarem de pace misit, et tamen oppugnatur, Ib. 9, 13, 8. — Idib. Mart. Pompeius a Brundisio conscendit, Ib. 9, 14, 4. — Pompeius, is, qui se nihil contra Caesaris voluntatem aiebat facere posse, elapsus e soceri manibus ac ferro bellum terra et mari comparat, non iniustum ille quidem, sed quum pium tum necessarium, suis tamen civibus exitiabile, nisi vicerit, calamitosum, etiam si vicerit, Ib. 10, 4, 3. — Pompeii omne consilium Themistocleum est. Existimat enim, qui mare teneat, eum necesse esse rerum potiri. Itaque numquam id egit, ut Hispaniae per se tenerentur, navalis apparatus ei semper antiquissima cura erat, Ib. 10, 8, 4. — Cn. Pompeium nec rerum gestarum gloria neque etiam regum ac nationum clientelis, quas ostentare crebro solebat, esse tutum, et hoc etiam, quod infimo cuique contigerit, illi non posse contingere, ut honeste effugere possit, pulso Italia, amissis Hispaniis, capto exercitu veterano, circumvallato nunc denique a. u. c. 706., Dolabella ad fam. 9, 9, 2. — De misero statu in exercitu Cn. Pompeii, de desperatis rationibus ipsius, de perversis eius consiliis, de pugna Pharsalica eiusque fuga, Ib. 7, 3, 2. — Quid Cn. Pompeius post pugnam Pharsalicam de Cicerone senserit, Philipp. 2, 15, 39. Ib. 3, 22, 54. — Cn. Pompeius, non receptus a Rhodiis in fuga post proelium Pharsalicum, ad fam. 12, 14, 3. — Cn. Pompeius in solitudine Aegyptiorum trucidatus est, de divin. 2, 9, 22. cl. Tuscul. 3, 27, 66. — Illi, qui occiderunt, fuerint

cupidi, fuerint irati, fuerint pertinaces; sceleris vero crimine, furoris, paricidii liceat Cn. Pompeio mortuo, liceat multis aliis carere, pro Ligario 6, 18. cl. pro Deiotaro 4, 12. — De bonis Cn. Pompeii magni voci praeconis a C. Caesare subiectis, de M. Antonio sectore, Philipp. 2, 26, 64. — Explicat Cicero se discessus ab armis numquam poenituisse propter crudelitatem et avaritiam Pompeianorum, ad Att. 11, 6, 2. — De Pompeii exitu sibi dubium numquam fuisse. Hominem ipsum se maximo opere dolere, Ib. 11, 6, 5. — Tristissimus eius exitus, Tuscul. 1, 35, 86. — De Pompeii Magni filia nihil se hoc tempore cogitare a. u. c. 709., ad Att. 12, 11. — Theatra, porticus, nova templa verecundius se reprehendere propter Pompeium, de off. 2, 17, 60. — Pompeius admodum extis et ostentis movebatur, de divin. 2, 24, 53. — Multa eum fefellerunt, Ib. 1, 14, 24. — Pompeio recte facienti gratia est habenda, esse enim quam vellet iniquus poterat impune, de fin. 2, 18, 57. — Etiam socerum habere voluit eum, cuius ipse audacia potens esset. Utile ei videbatur plurimum posse alterius invidia. Id quam iniustum in patriam et quam turpe et quam inutile esset non videbat, de off. 3, 21, 82. — Cn. Pompeius solet aliud sentire et loqui neque tantum valere ingenio, ut non appareat quod cupiat, Caelius ad fam. 8. 1. 3. ad fam. 5, 20, 5. ad Q. fr. 2, 11 (13), 1. Ib. 3, 1, 3. §. 9. Tuscul. 1, 6, 12. de leg. 1, 3, 8. — Pompeii porticus, de fato 4, 8. de off. 1. 22, 76.

**Cn. Pompeius**, Cn. Magni F. De magno exercitu Cn. Pompeii in Hispaniis, de P. Curtio iussu Pompeii interfecto a. u. c. 709., ad fam. 6, 18, 2. — Ser. Sulpicius Galba et Q. Lepta sponsores pro Pompeio, Ib. 6, 18, 3. — Se malle veterem et clementem dominum Caesarem habere quam novum et crudelem Cn. Pompeium experiri scribit a. u. c. 709. C. Cassius, ad fam. 15, 19, 4. — Cn. Pompeius Magnus filiae Appii Claudii Pulcri socer, ad fam. 3, 4, 2. Ib. 10, 2 et 10. V. praeterea **Sex. Pompeius**, qui sequitur.

**Sex. Pompeius**, Cn. Magni F., Cordubam tenebat a. u. c. 709. — Hirtius ad Ciceronem scripsit Sex. Pompeium Corduba exisse et fugisse in Hispaniam citeriorem, Cnaeum fugisse nescio quo: neque enim curo. Litteras Narbone dedit XIV. Kal. Mai. a. u. c. 709., ad Att. 12, 37, 4. — Philotimus nec Carteiae Pompeium teneri bellumque narrat reliquum satis magnum, Ib. 12, 44, 4. — Pompeius Carteiae receptus, ad Att. 15, 20, 3. — Ab armis nullus discedit, Ib. 15, 22. — Valde Ciceroni placebat quum sensus eius de re publica tum scribendi cura a. u. c. 710., ad Att. 15, 7. Sextum in armis permansurum esse a. u. c. 710., ad Att. 14, 13, 2. — Si Pompeius cum exercitu firmo veniat, quod est εὔλογον, certe erit bellum, Ib. 14, 21, 2. — Sextum scutum abiicere se noluisse, Ib. 14, 29, 1. — De Sexto, pro certo habebatur, haud ad arma. Quod si verum sit, sine bello civili serviendum, Ib. 16, 1, 4. — Eum M. Lepidus adduxit ad pacem, Philipp. 13, 4, 8. — Decreta est tanta pecunia Pompeio, quantam ex bonis patriis in praedae dissipatione inimicus victor redegisset, Ib. 13, 5, 10. — Eum augurem sua nominatione cooptare volebat Cicero, Ib. 13, 5, 12. — Quid legati ad Sex. Pompeium missi, L. Paullus Q. Thermus C. Fannius rettulerint, Philipp. 13, 6, 13. — Honorificentissimum de eo S. C. propositum a Cicerone, Ib. 13, 21, 50. — De Sex. Pompeio a M. Lepido rei publ. conservato, Ib. 5, 14, 39. — Cn. Pompeii liberi Sex. et Cn. armis repeticrunt patriam, deos penates, patrios, aras, focos, larem suum familiarem, Ib. 2, 30, 75. ad Att. 14, 1, 2. — Veretur Cicero, quo evadat Sex. Pompeius 710., Ib. 14, 4, 1. — Sex. Pompeius videtur nuncio de Caesare interfecto adlato firmior futurus, D. Brutus ad fam. 11, 1, 4. — In litteris eius pauca παρὰ λέξιν, ceteroqui et satis graviter et non contumaciter, ad Att. 16, 4, 1 et 2.

**A. Pompeius**, pater Q. Pompeii Bithynici, Brut. 68, 240.

**Cn. Pompeius**, necessarius Ciceronis, negotiator, ad fam. 13, 56. 3.

**Q. Pompeius**, Sex. F. commendatur Curio proconsuli, ad fam. 13, 49.

**Cn. Pompeius Basiliscus** Mamertinus a Cn. Pompeio civitate donatus, Ciceronis hospes Messanae, Verr. accusat. 4, 11, 25.

**Q. Pompeius A. F.**, qui **Bithynicus** dictus est, biennio quam Cicero maior, summo studio discendi, incredibili labore atque industria, cum Cicerone et M. Pisone quum amicitia tum studiis exercitationibusque coniunctus, Brut. 68, 240. Cum eo commentabatur declamitans Cicero, Ib. 90, 309. Virum summum eum appellat idem ad fam. 6, 17, 2.

**A. Pompeius Bithynicus**, filius eius, qui praecessit, Siciliae praetor, Caesarianus, suis fortasse rebus, Caesare interempto, a partibus iratis male metuens, Ciceronem rogat, ut se absentem praesens tueatur a. u. c. 710., ad fam. 6, 16. Ei amice rescribit Cicero, Ib. 6, 17. cl. ib. 16, 23, 2.

**Sex. Pompeius Chlorus** causam Dionis Halaesini apud C. Verrem egit, Verr. accusat. 2, 8, 23. Ib. 2, 42, 102.

**Q. Pompeius Macula.** Eius Falernum Ciceroni semper idoneum visum est deversorio, ad fam. 6, 19, 1.

**Pompeius Percennius.** V. **Pompeii Percennii.**

**Cn. Pompeius Philo**, Tyndaritanus, Verr. accusat. 4, 22, 48.

**Pompeius Phrygio**, locuples homo, de orat. 2, 70, 283.

**Q. Pompeius A. F.**, nobilitatis Pompeiorum auctor, cos. a. u. c. 613. Is humili atque obscuro loco natus, plurimis inimicitiis, maximis suis periculis ac laboribus amplissimos honores est adeptus, Verr. accusat. 5, 70, 181. cl. pro Murena 7, 16. — Q. Pompeius, homo popularis, Acad. pr. 2, 5, 13. — Q. Pompeius callide improbus fuit in foedere Numantino infitiando, quod iniussu senatus populique Romani fecerat anno u. c. 614. post consulatum anno ante gestum, de fin. 2, 17, 54.

cl. de off. 3, 30, 109. — P. Furius Philus consul a. u. c. 618. quaesivit de Numantino foedere. Quis ignorabat. Q. Pompeium fecisse foedus, eadem in causa esse Mancinum? Alter vir optimus, etiam suasit rogationem, Philo ex S. C. ferente, alter (Pompeius) acerrime se defendit, de r. p. 3, 18, 28. — Q. Pompeius non contemptus orator temporibus illis fuit, qui summos honores homo per se cognitus sine ulla commendatione maiorum est adeptus, Brut 25, 96. — Eius sunt scripta nec nimis extenuata et plena prudentiae, Ib. 25, 97. Ib. 76, 263. — Ab eius amicitia Laelii nomine se removerat Scipio Africanus minor, de am. 21, 77. — Romani Cn. et Q. Caepionibus, L. et Q. Metellis testibus in Q. Pompeium, hominem novum, non crediderunt propter inimicitiarum suspicionem, pro Fonteio 7, 13. ad Att. 12, 5, 3.

**Q. Pompeius Rufus**, praetor urbanus a. u. c. 663., consul cum Sulla a. u. c. 666., quo anno interfectus est a Cn. Pompeio Strabone, Cn. Pompeii Magni patre, de orat. 1, 37, 168. — Ab eo capitali odio dissidebat P. Sulpicius Rufus trib. pl., quum ante amicissimi fuissent, de am. 1, 2. cl. pro Cluentio 5, 11. — Ei orationes scripsit L. Aelius: quamquam is etiam ipse scripsit eas, quibus pro se est usus, sed non sine Aelio, Brut. 56, 206. Ib. 89, 304.

**Q. Pompeius Rufus**, post praeturam a. u. c. 691. proconsul Africam obtinuit, pro Caelio 30, 73.

**Q. Pompeius Rufus.** Accusat Messalam candidatum consularem a. u. c. 700., ad Q. fr. 3, 2, 3. ad Att. 4, 16, 8. — De rumore, qui a. u. c. 703. fuerit Ciceronem a Q. Pompeio occisum esse, Caelius ad fam. 8, 1, 4. — Fausti Sullae ad eum litterae, pro Sulla 19, 55.

**Cn. Pompeius Theodorus**, Siculus, Verr. accusat. 2, 42, 102.

**Pompeius Vindullus**, Cn. Pompeii Magni libertus, ad Att. 6, 1, 25.

**Pompilius**, eques Romanus, amicissimus Catilinae, Q. Cic. de pet. cons. 3, 10.

**Pomponia**, T. Pomponii Attici soror, Q. Ciceronis uxor, ad Att. 1, 5, 2. — Eius altercatio cum Q. Cicerone marito, Ib. 5, 1, 3. cl. ib. 6, 3, 8. — Reconciliatur marito per Q. filium, Ib. 6, 7, 1. Ib. 7, 5, 3. ad Q. fr. 3, 1, 3. §. 7. Ib. 3, 1, 6. §. 19. Ib. 3, 9, 9.

**Cn. Pomponius**, aequalis C. Cottae et P. Sulpicii, Brut. 57, 207. — De eius eloquentia et actione, Ib. 62, 221. Ib. 89, 305. 90, 308. — Periit bello Sullano, Ib. 90, 311. — Eius oratio confusa et perturbata, de orat. 3, 13, 50.

**M. Pomponius** trib. pl. a. u. c. 391. diem dixit L. Manlio A. F. Quo modo perterrefactus sit a Tito, L. Manlii filio, de off. 3, 30, 112.

**M. Pomponius**, familiaris C. Gracchi. Ad eum scripsit C. Gracchus, de divin. 2, 29, 62.

**M. Pomponius Dionysius**, libertus, praenomen accepit a Marco Tullio Cicerone nomen a T. Pomponio Attico, ad Att. 4, 15, 1.

**T. Pomponius Atticus**, post adoptionem per avunculum Q. Caecilium, **Q. Caecilius Q. F.** Pomponianus Atticus. — Atticus, qui LXXVII. annos complevit et mortuus est Cn. Domitio et C. Cassio consulibus a. u. c. 722. natus est a. u. c. 645. — Eius mater, ad Att. 1, 7. Ib. 2, 3, 3. — Eius avia moritur, Ib. 1, 3, 1. — Eius uxor Pilia. V. **Pilia.** — Eius filia Caecilia, per iocum Attica. V. **Attica.** — Eius soror Pomponia. V. **Pomponia.** — Eius avunculus Q. Caecilius. V. **Q. Caecilius.** — Eius negotium cum Acutilio, ad Att. 1, 4, 1. Ib. 4, 5, 4. 8, 1. — Cum Tadio, Ib. 1, 5, 6. 8, 1. — Eius emptio Epirotica, Ib. 1, 5, 7. — Volebat domum Rabirianam Neapoli emere, Ib. 1, 6, 1. — Ei iratus est Lucceius, Ib. 1, 3, 3. Ib. 1, 3, 5. Ib. 1, 8, 1. 1, 10, 2. Ib. 1, 11, 1. Ib. 1, 14, 7. — Eius negotium commendatur C. Antonio, ad fam. 5, 5. — Cogitat ad C. Antonium in Macedoniam et in Epirum proficisci, ad Att. 1, 13, 1. — Eius epistolae laudantur, Ib. 1, 13, 1. — Suadet Ciceroni, ut orationi cuidam Miseni et Puteolorum τοποθεσίαν includat, Ib. 1, 13, 5. — Dicitur Aristarchus orationum Ciceronis, Ib. 1, 14, 3. — Non vult cum Q. Cicerone in Asiam ire, Ib. 1, 16, 14. — Epigrammata in laudem Ciceronis ponit in Amaltheo, Ib. 1, 16, 15. — Id Amaltheum Cicero rogat. ut Atticus sibi describat, Ib. — Adversus eum Q. Ciceronis animus offensior, Ib. 1, 17, 1. 20, 1. — Eius ingenuitas et magnitudo animi caeteraeque virtutes eximie laudantur, Ib. — Eius negotium cum Sicyoniis de exactione pecuniae vectigalis, Ib. 1, 19, 1. — Ei mittit Cicero Commentarium consulatus sui a se Graece compositum, Ib. 1, 19, 10. cl. ib. 1, 20, 6. Ib. 2, 1, 1. — Similem commentarium a se scriptum Atticus Ciceroni mittit, Ib. 2, 1, 1. — Orationes praesertim consulares Cicero ei se missurum ostendit, Ib. 2, 1, 3. — Atticus fenestrarum angustias in villa Ciceronis reprehendit, Ib. 2, 3, 2. — Testamento avunculi Caecilii adoptatur et heres fit ex dodrante, Ib. 3, 20, 1. — Est natura πολιτικός, Ib. 4, 6, 1. — Plurimum operae, diligentiae, laboris ad conficiendum Ciceronis reditum ab exsilio confert, Ib. 4, 1, 1. — Eius nuptiae cum Pilia pridie Id. Febr. a. u. c. 698., ad Q. fr. 2, 3, 7. — Voluit domum Antii vel in agro Antiati emere, ad Att. 4, 8, 1. — Domi habet sedeculam sub imagine Aristotelis, Ib. 4, 10, 1. — Eius iter Asiaticum, Ib. 4, 15, 2. — Proficiscitur in Epirum, Ib. 4, 16, 1. — In Asiam sibi eundum esse scribit, Ib. 4, 16, 15. — Epheso litteras dat ad Ciceronem, Ib. 4, 17, 3. — In Italiam redit, iterum proficisci cogitat in Epirum, Ib. 5, 2, 3. — Diligitur ab Atheniensibus, Ib. 5, 10, 1. — Ei filiola iucunda est, Ib. 5, 19, 2. Ib. 7, 2, 4. — In Epirum venit, Ib. 5, 21, 1. — Corcyrae fuit, Ib. 6, 2, 10. — Frumentum populo Atheniensi largitur, Ib. 6, 6, 2. — Romam redit, Ib. 6, 5, 1. — Et quidem cum febri, Ib. 6, 9, 1. — Eius adversa valetudo, Ib. 7, 2, 2. Ib. 7, 5, 1. — Eius praedium Lucretinum, Ib. 7, 11, 1. — Exigit pecuniam a Q. Cicerone sibi debitam, Ib. 7, 18, 4. — A quartana febri convalescit, Ib. 8, 6, 3. —

Eius dies natalis, Ib. 9, 5, 1. — Loci eius epistolarum Ciceronis litteris inserti, Ib. 9, 10, 4. sqq. 16, 7, 3 sqq. Ib. 9, 15, 3. — Dissuadet Ciceroni, ne cum Pompeio Italiam relinquat, Ib. 9, 10, 7. — In bello civili Italiam relinquere cogitat, Ib. 10, 5, 3. — Hortatur Ciceronem, ut Catonis Uticensis laudationem scribat, Ib. 12, 4, 2. Rogatur a Cicerone, ut sibi quaestiones aliquot historicas expediat, Ib. 12, 5, 3. Ib. 12, 20, 2. Ib. 12, 23, 2. Ib. 13, 6, 4. Ib. 13, 30, 3. Ib. 13, 32, 3. — Domum habet in colle Quirinali, Ib. 12, 45, 3. — Morte Athamantis dolet, Ib. 12, 10. — Cogitat filiam desponsare, Ib. 13, 21, 7. — De Buthrotiorum causa, quorum agros Caesar proscripserat, deinde eos decreto liberaverat, vehementer laborat, Ib. 14, 11, 2. Ib. 14, 12, 1. Ib. 14, 19, 4. Ib. 15, 12, 1. Ib. 15, 15, 1. Ib. 16, 16. cum appendicibus. — Clamat omnia perisse, si Caesar funere elatus esset, Ib. 14, 10, 1. — Scribit se in Epiro hiematurum, Ib. 16, 2, 6. — Corrigi quaedam vult in Ciceronis Philippica secunda, Ib. 16, 11, 1. — Dubitat an vocabulum *officium* satis respondeat Graeco voc. *καθῆκον*, Ib. 16, 14, 3. — Eius iudicium de Octaviano, Ib. 16, 15, 3. — Atticus mirabatur Phaedrum et Zenonem Epicurios, Phaedrum autem etiam amabat, de fin. 1, 5, 16. — Pomponius Atticus valde diligit Patronem, valde Phaedrum amavit, ad fam. 13, 1, 5. — Atticus una cum M. Cicerone Athenis audiebat Antiochum, de fin. 5, 1, 1. Ita se Athenis collocavit, ut esset paene unus ex Atticis, Ib. 5, 2, 4. — Suo iure potest dicere, 'nisi nos pauci retineamus gloriam antiquam Atticam', ad fam. 7, 31, 2. — Ei inscribitur Laelius. — Multum utebatur P. Sulpicio Rufo, de am. 1, 2. — Atticus rerum Romanarum auctor religiosissimus, Brut. 11, 44. — Atticus loquens inducitur in Bruto 3, 10. — Eius liber, quo Ciceronem adfatus est, quo omnem rerum memoriam breviter et perdiligenter complexus est, Ib. 3, 14. Ib. 5, 19. — Atticus Ciceronem inflammavit studio illustrium hominum aetates et tempora persequendi, Brut. 19, 74. — Atticus noster, qui conservatis notatisque temporibus, nihil quum illustre praetermitteret, annorum septingentorum memoriam uno libro colligavit, orat. 34, 120.

**Pomptina** summa, ad Att. 7, 5, 3.

**Pomptina** tribus, ad Att. 4, 15, 9. ad fam. 8, 8, 5.

**Pomptinus** ager Latii in Volscis, neque amoenus neque saluber, de orat. 2, 71, 290. — Pomptinum praedium Ciceronis, ad fam. 7, 18, 3.

C. **Pomptinus**, praetor Cicerone consule a. u. c. 691., in Catil. 3, 2, 5. Ib. 3, 3, 6. — Eius res gestae in bello Allobrogum, de prov. cos. 13, 32. — C. Pomptinus religionibus susceptis impediebatur a triumphando a. u. c. 699., in Pison. 24, 58. — De cogitato eius triumpho, exspectato consulatu, ad Att. 4, 16, 12. cl. ib. 5, 1, 5. Ib. 5, 4, 2. Ib. 5, 5, 1. Ib. 5, 6, 1. Ib. 5, 8, 1. Ib. 5, 10, 1. Ib. 5, 11, 4. ad Q. fr. 3, 4, 6. — C. Pomptinus, legatus Ciceronis in Cilicia a. u. c. 703., ad fam. 15, 4, 9. Sed multo ante Ciceronem a provincia abiit, ad Att. 5, 21, 9. Ib. 6, 3, 1. ad fam. 2, 15, 4. Ib. 3, 10, 3.



**Pompulenus** occisus a familia Auchariana. Varen. fragm. 5. p. 244.

**Pons argenteus**, ad fam. 10, 34, 3. Ib. 10, 35, 2. — Mulvius, ad Att. 13, 33, 4. — Tirenus, Ib. 16, 13 a, 1.

**Pontianus**, ad Att. 12, 44, 2.

**Pontidia**, ad Att. 5, 21, 14. Ib. 6, 1, 10.

M. **Pontidius**, orator Romanus, Brut. 70, 246. — Facetum eius dictum, de orat. 2, 68, 275.

**Pontifex Maximus** privatus, Catil. 1, 1, 3. de offic. 1, 22, 76. — Creabatur a XVII. tribubus sorte ductis, de lege agr. 2, 7, 18.

**Pontifices** veteres a Numa, ut etiam ludorum epulare sacrificium facerent, instituti, de orat. 3, 19, 73.

**Pontificii** libri declarant provocationem etiam a regibus fuisse, de r. p. 2, 31, 54. de n. d. 1, 30, 84. — Pontificum libri, de orat. 1, 43, 193. — Pontificum commentarii, Brut. 14, 55.

**Pontius Glaucus**, poëma Ciceronis, fragm. p. 303.

**Pontius**, Scipionis Africani minoris familiaris. Eius dictum de acipensere, fragm. libri de fato p. 240.

**Pontius**, collusor et sodalis Antonii, Philipp. 13, 2, 3.

C. **Pontius Herennius** Samnis, pater eius C. Pontii Thelesini, a quo Caudino proelio Sp. Postumius T. Veturius coss. iterum a. u. c. 433. superati sunt; cum eo collocutus fingitur Archytas Tarentinus, de sen. 12, 41.

C. **Pontius Telesinus**, Herennii filius, Samnis, Caudino proelio Sp. Postumium T. Veturium coss. iterum a. u. c. 433. superavit, de sen. 12, 41. de off. 3, 30, 109. — Eiusdem dictum memorabile, de off. 2, 21, 75.

L. **Pontius Aquila**, ad Att. 1, 1, 3. — Hospes Ciceronis in Trebulano, ad Att. 5, 2, 1. Ib. 5, 3, 1. Ib. 5, 4, 1. Ib. 7, 2, 2. Ib. 7, 3, 12. — Indignatur Cicero Pontii Neapolitanum a Servilia, Bruti matre, possideri, donatum a Caesare, Ib. 14, 21, 3. — L. Plancum praestantissimus vir, Aquila, Pollentia expulit, et quidem crure fracto, Philipp. 11, 6, 14. Ib. 13, 12, 27. Ep. ad Brut. 1, 15. — Pontius Aquila, legatus D. Bruti, cecidit in Hirtino proelio, ad fam 10, 33, 4.

T. **Pontius** centurio, maximo robore praeditus, de sen. 10, 33. De eodem Lucilius, de fin. 1 3, 9.

**Pontius Titinianus**, Q. Titinii filius a Pontio adoptatus, timoris causa inter Caesaris adseculas fuit a. u. c. 705., ad Att. 9, 19, 2.

**Pontus**, regio Asiae ad Pontum Euxinum. — Populus Romanus aperuit L. Lucullo imperante Pontum et regiis quondam opibus et ipsa natura regionis vallatum, pro Archia 9, 21. — Eius mentio fit etiam de imp. Cn. Pomp. 3, 7. Ib. 8, 21. Ib. 15, 45. de lege 1 2, 6. Ib. 2, 19, 51.

**Pontus Euxinus**. Ad introitum Ponti erat signum Iovis Imperatoris, pulcherrime factum, Verr. accusat. 4, 58, 129. — Ponti ostium, Tuscul. 1, 20, 45. Ib. 1, 39, 94. — Ponti vada, Arat. v. 157.

**Popillia** tribus rustica, ad fam. 8, 8, 5.

**Popillia** s. **Popilia** gens, de leg. 2, 22, 55.

**Popillia**, mater Q. Lutatii Catuli et C. Iulii Caesaris Strabonis: cui primum mulieri hic honos in Romana civitate tributus videtur, ut post mortem publice laudaretur, a filio Catulo, de orat. 2, 11, 44.

**Popillius Laenas** augur a. u. c. 709., ad Att. 12, 13, 2. Ib. 12, 14, 1. Ib. 12, 17.

**Popillius Laenas** defensus a Cicerone. Est is, a quo Cicero postea Antonii permissu interfectus est, fragm. p. 247.

**C. Popillius P. F. P. N. Laenas**, ad Antiochum regem legatus missus, quem ad modum senatus mandata exsecutus sit, Philipp. 8, 8. 23.

**C. Popillius C. F. C. N. Laenas** legatus L. Cassii cos. a. u. c. 647. devictus a Tigurinis, a C. Caelio Caldo trib. pl., legis tabellariae auctore, perduellionis accusatus et oppressus, de leg. 3, 16, 36. — C. Popillius a Gallis obsessus ita discessit, ut impedimenta relinqueret, exercitum educeret, ad Her. 1, 15, 25. Ib. 4, 24, 34.

**C. Popillius P. F. Laenas** disertus fuit, Brut. 25, 95.

**C. Popillius (Laenas)**, senator, peculatus damnatus ante a. u. c. 684., Verr. accusat. 1, 13, 39.

**C. Popillius Laenas** damnatus, exsul Nuceriae vixit eiusque civitatis factus est civis, pro Balbo 11, 28.

**M. Popillius M. F. C. N. Laenas**, quum consul esset a. u. c. 395. eodemque tempore sacrificium publicum cum laena faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebei contra patres seditione nunciata, ut erat laena amictus, ita venit in contionem seditionemque quum auctoritate tum oratione sedavit, Brut. 14, 56.

**M. Popillius Laenas** cos. a. u. c. 581. imperator tenebat provinciam Liguriam, in cuius exercitu Catonis Censorii filius tiro militabat. Catonis patris ad eum epistola, de off. 1, 11, 36.

**P. Popillius C. F. P. N. Laenas**, consul cum P. Rupilio a. u. c. 622. Iis cos. Hennam tenuerunt servi, fugitivi, barbari, hostes, Verr. accusat. 4, 50, 112. — P. Popillius Laenas et P. Rupilius coss. quaestionem exercuerunt de occisione Ti. Gracchi, de am. 11, 37. — Nec P. Popillius neque Q. Metellus Numidicus vim tribuniciam sustinere potuerunt, pro Cluentio 35, 95. — Gracchus de P. Popillio tulit, ut ei aqua et igni interdiceretur, de domo sua 31, 82. Ib. 32, 87. — In eum C. Gracchus populum incitavit, de leg. 3, 11, 26. — Eius expulsio memoratur etiam de r. p. 1, 3, 6. — Pro P. Popillio, nobilissimo homine, adolescentes filii, propinquorum multitudo populum Romanum est deprecata, post red. in sen. 15, 37. post red. ad Quirit. 3, 6. — Tribunicia rogatione restitutus, post red. in sen. 15, 38. post red. ad Quir. 4, 10. — Eum vi C. Gracchi expulsum sua rogatione restituit M. Bestia a. u. c. 633., Brut. 34, 128. — P. Popillius Laenas quum civis egregius tum non indisertus fuit, Brut. 25, 95. ad Att. 13, 32, 3.



**P. Popillius**, libertini filius, ambitus damnatus, pro Cluentio 36, 98. — In eum subscripsit L. Gellius, censor, Ib. 47, 131. — Laudatus a Cn. Lentulo censore, Ib. 47, 132.

**Poplicola**. V. **P. Valerius Poplicola**.

**Populiana** centuria in agro Thurino, pro Tullio §. 16.

**Porciae** leges de provocatione, de r. p. 2, 31, 54.

**Porcia lex**, de provocatione, pro C. Rabirio perd. 3, 8. Ib. 4, 12 sqq. Verr. accusat. 5, 63, 163. Pseudosall. in Cic. 1, 5.

**Porcia**, M. Bruti uxor, Ep. ad Brut. 1, 17. — Serviliae, Tertullae, Porciae, Bruti, Cassii, Favonii, Ciceronis colloquium de legatione frumentaria Bruti et Cassii a. u. c. 710., ad Att. 15, 11, 1.

**Porcia**. Catonis soror, uxor L. Domitii Ahenobarbi. — Domitii filius transiit Formias VIII. Id. currens ad matrem Neapolim, ad Att. 9, 3, 1. — Eius laudatio funebris a. u. c. 709., ad Att. 13, 37, 3. Ib. 13, 48, 2.

**Porcii** tres. L. Valerii Potiti et M. Horatii Barbati consularis lex a. u. c. 305. sanxit, ne qui magistratus sine provocatione crearetur. Neque vero leges **Porciae**, quae tres sunt trium Porciorum quidquam praeter sanctionem attulerunt novi, de r. p. 2, 31, 54.

**Porcina**, orator C. Aemilius Porcina, ad Her. 4, 5, 7. V. in **Aemiliis**.

**Porcius Cato**, Archiae amicus, videtur fuisse vel M. Cato, pater Catonis Uticensis, vel L. Cato consul a u. c. 665., pro Archia 3, 6.

**C. Porcius M. F. M. N. Cato**, M. Catonis Censorii et L. Paulli nepos et C. Papirius Carbo Ti. Gracchum sequebantur, de am. 11, 39. — C. Porcius Cato, Africani sororis filius, cos. a. u. c. 640., mediocris orator, Brut. 28, 108. — Lege Manilia sublatus a Gracchanis iudicibus, Ib. 34, 128. — C. Catoni, consulari homini, clarissimo viro, HS. IIII. milibus lis aestimata est, Verr. accusat. 3, 80, 182. cl. ib. 4, 10, 22. — C. Cato damnatus exsul Tarracone vixit eiusque civitatis factus est civis, pro Balbo 11, 28.

**C. Porcius Cato**. Rem publicam funditus amissam esse a. u. c. 695., adeo ut Cato, adolescens nullius consilii, sed tamen civis Romanus et Cato, vix vivus effugeret, quod, quum Gabinium de ambitu vellet postulare neque praetores aliquot diebus adiri possent vel potestatem sui facerent, in contionem escendit et Pompeium privatum dictatorem appellavit. Propius nihil est factum quam ut occideretur, ad Q. fr. 1, 2, 5. §. 15. cl. ad fam. 1, 2, 4. Ib. 1, 5 a, 2. — C. Cato in senatu dixit contra Marcellinum consulem a. u. c. 697., ad Q. fr. 2, 1, 2. — Legem promulgavit de imperio P. Lentulo Spintheri abrogando a. u. c. 698., Ib. 2, 3, 1. — Rogatio de Milone, Ib. 2, 3, 4. C. Cato tribunus pl. a. u. c. 698. senatus auctoritati de causa Ptolemaei intercessit, ad fam. 1, 2, 4. Ib. 1, 4, 1. — Adversarius Pompeii, Ib. 1, 5 b., 1. — C. Cato, vindex gladiatorum et bestiariorum: ei egregie imposuit Milo a. u. c. 698., ad Q. fr. 2, 4 (6), 5. — Eum Lentulus a legibus re-

movit. Ib. — Eius contio, Ib. 2, 4, 6. — A. d. III. Non. Quintil. a. u. c. 700. Sufenas et Cato defensus a M. Scauro absoluti, Procilius condemnatus, ad Att. 4, 15, 4. — C. Cato lege Iunia et Licinia absolutus: Fufia absolvetur, neque patronis suis tam libentibus quam accusatoribus. Is et cum Cicerone et cum Milone in gratiam rediit, Pompeio consule iterum a. u. c. 699., ad Att. 4, 16, 5. Ib. 4, 17, 2.

**L. Porcius M. F. M. N. Cato** consul a. u. c. 665. in proelio occisus est, pro Fonteio 15, 33.

**L. † Porcius Nasica.** Eius dictum, de orat. 2, 64, 260.

**M. Porcius Cato** ille in omni virtute princeps, Tusculo oriundus, pro Plancio 8, 20. — Cato ortu Tusculanus, civitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram iuris, de leg. 2, 2, 5. — Nemo M. illi Catoni seni, quum plurimos haberet inimicos, obiecit umquam, eum esse peregrinum, pro Sulla 7, 23. — M. Cato Censorius, homo ignotus et novus, quo omnes, qui iisdem rebus studemus, quasi exemplari ad industriam virtutemque ducimur. In undis et tempestatibus maluit iactari quam in otio tranquillissime vivere Tusculi, de r. p. 1, 1, 1. — M. Cato, homo sapientissimus et vigilantissimus, quum se virtute, non genere, populo Rom. commendari putaret, quum ipse sui generis initium ac nominis ab se gigni et propagari vellet, hominum potentissimorum suscepit inimicitias et maximis laboribus usque ad summam senectutem summa cum gloria vixit, Verr. accusat. 5, 70, 180. — Anno post consul primum fuerat Q. Fabius Cunctator, quam ego natus sum a. u. c. 530. Cum Q. Fabio Cunctatore quartum consule a. u. c. 540. adolescentulus miles ad Capuam profectus est quintoque anno post ad Tarentum a. u. c. 545., quaestor deinde quadriennio post a. u. c. 549. Factus est, quem magistratum gessit coss. Tuditano et Cethego a. u. c. 550., de sen. 4, 10. — Miles bello Punico a. u. c. 540., quaestor eodem bello a. u. c. 550., consul a. u. c. 559. in Hispania, quadriennio post a. u. c. 563. tribunus mil. depugnavit apud Thermopylas adversus Antiochum M'. Acilio Glabrione cos., de sen. 10, 32. — In bello cum Antiocho gesto, in quod cum Scipione est profectus, virtus enituit egregia M. Catonis, pro Murena 14, 32. — M. Cato quaestor M. Cornelio Cethego et P. Sempronio Tuditano cos. a. u. c. 550. annis CXL. ante Ciceronem consulem, ut ex Ennii testimonio cognitum est, Brut. 50, 15. — M. Cornelium Cethegum consecutus est aetate Cato, qui annis IX. post eum fuit consul a. u. c. 559. cum L. Valerio Flacco; censor fuit a. u. c. 570., Brut. 15, 60. — 'Eum nos ut perveterem habemus, qui L. Marcio M'. Manilio coss. a. u. c. 605. mortuus est, annis LXXXVI. ipsis ante me consulem', Ib. 15, 61. — Consul fuit a. u. c. 559., censor a. u. c. 570., de sen. 6, 19. — M. Cato tempore belli contra Persen princeps civitatis, de n. d. 3, 5, 11. — Ser. Galbam M. Catoni incumbenti ad eius perniciem populus Romanus eripuit a. u. c. 605., pro Mur. 28, 59. — M. Cato ille Sapiens, cum multis graves inimicitias gessit propter Hispanorum, apud quos consul fuerat, iniurias, divin. in Q. Caecil. 20, 66. — Eius consilio illatum bellum tertium Punicum, in quo etiam mortui valuit auctoritas, de off. 1, 23, 79. — Quid egerit senex et quo modo se gesserit in re publica, de sen. 6, 18. — De bello Punico quum aliud M. Catoni, aliud L. Lentulo videretur, nulla inter eos concertatio unquam fuit, Tuscul. 3, 21, 51. — Graecas litteras in senectute didicit, Acad. pr. 2, 2, 5. de sen. 8, 26. — In ipsa senectute praeter caeteros floruit, de am. 1, 4. — Cato maior, quia multarum rerum usum habebat, propterea quasi cognomen iam habebat in senectute Sapientis, Ib. 2, 6. — Constantissime mortem filii tulit, Ib. 2, 6. — M. Cato censorius summo ingenio, summa virtute filium perdidit, ad fam. 4, 6, 1. — Amisit filium praetorem designatum, Tuscul. 3, 28, 70. — Cato Censorius annos LXXXV. natus excessit e vita, quum quidem eo ipso anno u. c. 605. contra Ser. Galbam ad populum summa contentione dixisset, quam etiam orationem scriptam reliquit et in Origines suas rettulit, Brut. 20, 80. cl. ib. 23, 90. — M'. Curii focum, quum venerat ad se in Sabinos, visere solebat, de r. p. 3, 28, 40. — Scitum est illud Catonis, ut multa: melius de quibusdam acerbos inimicos mereri quam eos amicos, qui dulces videantur: illos verum saepe dicere, hos nunquam, de am. 24, 90. Ib. 27, 101. — Vetus illud Catonis admodum scitum est, qui mirari se aiebat, quod non ridere



ret haruspex, haruspicem quum vidisset, de divin. 2, 24, 51. — Dicebat dissuendas magis quam discindendas esse amicitias, de am. 21, 76. — Catonis Censorii faceta dicta de eo, quod maxime in re familiari expediret, et de fenerando, de off. 2, 25, 89. — Quid tradiderit de Africano maiore, Ib. 3, 1, 1. de r. p. 1, 17, 27. — Catonis est dictum 'pedibus compensari pecuniam', pro Flacco 29, 71. — M. Cato Sapiens cellam penariam rei publ. Romanae, nutricem plebis Romanae Siciliam nominabat, Verr. accusat. 2, 2, 5. — Eius facete dictum, de orat. 2, 69, 279. — Constans opinio de eius virtute, topic. 20, 78. — Neminem Catone commodiorem, comiorem, moderatiorem fuisse ad omnem rationem humanitatis, pro Mur. 31, 66. — Eloquentissimus et iuris civilis omnium peritissimus, de orat. 1, 37, 171. — M. Cato et C. Laelius sapientes fuerunt, de off. 3, 4, 16. — Studiosum Catonem fuisse traditum est, Tuscul. 1, 3, 5. — M. Cato fortissimus vir et illis temporibus doctissimus, pro Arch. 7, 16. — Eloquens et civili scientia praeditus, de orat. 1, 49, 215. — Nihil ei praeter politissimam doctrinam transmarinam atque adventiciam defuit, aliaeque eius laudes magnificae ex ore L. Crassi, de orat. 3, 33, 135. — Cato Censorius in caelum tollitur ab Ennio, pro Arch. 9, 22. — Amplissimas ei laudes tribuit Africanus minor, de r. p. 2, 1, 1. — Is dicere solebat ob hanc causam praestare nostrae civitatis statum caeteris civitatibus, quod

in illis singuli fuissent fere, qui suam quisque rem publicam constituissent legibus atque institutis suis: nostra autem res publica non unius esset ingenio, sed multorum, nec una hominis vita, sed aliquot constituta saeculis et aetatibus, Ib. §. 2. et 3. Ib. 2, 21, 37. — Catonum, Philonum, Laeliorum sapientia temperantiaque in publicis privatisque, forensibus domesticisque rebus perspectae, de lege agr. 2, 24, 64. — Anno u. c. 604. septimus et Orinum liber erat in manibus etc., de sen. 11, 38. — In principio scripsit Originum suarum clarorum virorum atque magnorum non minus otii quam negotii rationem exstare oportere, pro Planc. 27, 66. — Est in Originibus, solitos esse in epulis canere convivas ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus, honorem tamen poëtis non fuisse declarat oratio Catonis, in qua obiecit ut probrum M. Nobiliori, quod in provinciam poëtas duxisset, Tuscul. 1, 2, 3. — Cato in Originibus dixit morem apud maiores hunc epularum fuisse, ut deinceps, qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes, Tuscul. 4, 2, 3. cl. Brut. 19. 75. — Ser. Sulpicii Galbae acer inimicus, aspere adversus hunc apud populum Rom. et vehementer est locutus, quam orationem in Originibus suis exposuit ipse, de orat. 1, 53, 227. — Legiones scribit Cato saepe alacres in eum locum profectas, unde redituras se non arbitrarentur, Tuscul. 1, 42, 101. — Locus ex Originibus, de sen. 20, 75. — Origines eius quem florem aut quod lumen eloquentiae non habent? Brut 17, 66. cl. tamen ib. 85, 294. — Quo modo historiam scripserit, de orat. 2, 12, 51. — Cato historicus exilis, de leg. 1, 2, 6. — Comparatur eius dicendi genus cum Lysia, Brut. 16, 63. cl. tamen ib. 85, 293. Ib. 87, 298. — Centum quinquaginta eius orationes invenit et legit Cicero, Ib. 17, 65. — Cedebat Galbae, Ib. 97, 333. — Catonis orationes horridulae, etiam propter frequentem concursum vocalium, orat. 45, 152. — Catonem a Ciceronis aetatis oratoribus non amplius legi, Brut. 17, 65. cl. ib. 17, 66. — Cato annos LXV. natus a. u. c. 585. legem Voconiam magna voce et bonis lateribus suasit, de sen. 5, 14. — Locus ex eius oratione, de off. 3, 29, 104. — Fragmentum ex oratione eius, de sen. 18, 62. — A sene Catone collecto sunt ἀποφθέγματα, de orat. 2, 67, 271. — Liber, quem de rebus rusticis scripsit, memoratur de sen. 15, 54. — Eius epistola ad M. Popillium cos. a. u. c. 581., de off. 1, 11, 36. — Ad Marcum filium, Ib. 1, 11, 37. — In eius libris nominatim fere refertur, quid alicui de iure viro aut mulieri responderit, de orat. 2, 33, 142. — Cato ille sapiens queritur multa auguria, multa auspicia negligentia collegii amissa plane et deserta esse, de divin. 1, 15, 28. — Africanum maiorem scribit solitum esse dicere numquam se plus agere quam nihil quum ageret, numquam minus solum esse quam quum solus esset, de r. p. 1, 17, 27. ad Her. 4, 5, 7. de inv. 1, 4, 5. parad. 1, 2, 12. de orat. 3, 15, 56.



**M. Porcius Cato (Licinianus)** filius M. Catonis Censorii, gener L. Aemilii Paulli Macedonici, de sen. 6, 15. — Praetor designatus mortuus est a. u. c. 601. patre etiam tunc vivente, Ib. 19, 68. — Nemo vir melior natus est, nemo pietate praestantior, Ib. 23, 84. ad fam. 4, 6, 1. — In exercitu Popillii in Liguria tiro militavit, de off. 1, 11, 36.

**M. Porcius Cato (Salonianus)**, non proprie dicendus orator, Brut. 62, 222. — Pater Catonis Uticensis. Sententia ab eo dicta in causa T. Claudii Centumali, de off. 3, 16, 66.

**M. Porcius Cato (Uticensis).** Eum Cicero pronepotem fuisse dicit (ex minore filio) M. Catonis Censorii, fragm. p. 294. — Eius avunculus M. Livius Drusus, tribunus pl., pro Mil. 7, 16. — Iudex in causa Milonis, Ib. 16, 44. — In Catilinaria coniuratione itum est in sententiam Catonis, quia verbis luculentioribus et pluribus rem eamdem quam consulares comprehenderat. M. Bruti in ea re error, ad Att. 12, 21, 1. — M. Cato, tribunus pl. a. u. c. 692. Eius laudes in coniuratione Catilinae, pro Sest. 5, 12. Ib. 28, 61. — M. Cato accusavit L. Murenam, de fin. 4, 27, 74. — Lepide propter nimium Stoicae disciplinae rigorem exagitatur, pro Mur. 2, 3 sqq., in primis 29, 61. cl. ib. 38, 81. — Instat et urget Cato de P. Clodii incesto a. u. c. 693., ad Att. 1, 13, 3. — Convicium Pisoni consuli mirificum fecit, Ib. 14, 5. — Eius constantia magis et integritas quam consilium aut ingenium in re publ. administranda agnoscitur, qui miseros publicanos, quos habuit amantissimos sui, tertium iam mensem vexet, Ib. 1, 18, 7. — Intemperantiam illorum se esse expertos, qui Catoni irati omnia perdiderint a. u. c. 695., Ib. 2, 21, 1. — Cicero scribit tantum Catonem ab invidiae in se scelere afuisse, ut maxime doleat plus apud se simulationem aliorum quam istius fidem valuisse a. u. c. 696., Ib. 3, 15, 2. — Cato optimo animo utens et summa fide nocet interdum rei publicae. Dicit enim tamquam in Platonis πολιτείᾳ, non tamquam in Romuli faece sententiam etc., Ib. 2, 1, 8. — Cato Ciceroni unus est pro centum milibus, Ib. 2, 5, 1. — Festive et minore sonitu, quam putarat Cicero, orbis in re publ. est conversus, citius omnino, quam oportuit, culpa Catonis, qui miseros vexavit publicanos, Ib. 2, 9, 1. — Cato nimis praefracte aerarium vectigaliaque defendebat, omnia publicanis negabat, multa sociis, de off. 3, 22, 88. — In Cyprum missus a. u. c. 696. lege P. Clodii trib. pl. ad publicandum regem Ptolemaeum, pro Sest. 28, 60. — Idem narratur cum amplissimis eius laudibus, de domo sua 8, 20 sqq. Ib. 25, 65. — P. Vatinii petitionem praeturae Cicero gravissimis in senatu sententiis oppugnavit, neque tam illius laedendi causa quam defendendi atque ornandi Catonis, ad fam. 1, 9, 19. — M. Cato repudiatus a Pompeio et Crasso coss. a. u. c. 699., ad Q. fr. 2, 7 (9), 3. — M. Cato praetor a. u. c. 700. aegrotare dicitur, ad Att. 4, 16, 7. — Pomptino, qui vult triumphare, obviam Cato et Servilius

praetores aperte et Q. Mucins tribunus. — Cato adfirmat se vivo illum non triumphaturum. Id Cicero putat, ut multa eiusdem, ad nihil recasurum, ad Att. 4, 16, 12. cl. ad Q. fr. 3, 4, 6. — Avunculus M. Bruti, ad Att. 21, 13. — Salaminiorum Cypriorum civitas in eius et Bruti fide locata, Ib. 6, 1, 5. — Eius πολίτευμα, ib. 6, 1, 12. — M. Cato praetor, a. u. c. 700. praefuit iudicio A. Gabinii de pecuniis repetundis, ad Q. fr. 3, 1, 5. §. 15. — Divinationi in Gabinium inter eius accusatores, Ib. 3, 2, 1. — Diremptis tabulis de circulo subduxit et Pompeio primus nunciavit absolutum esse Gabinium, Ib. 3, 4, 1. — Comitia (a. u. c. 700) si gratuita fuerint, ut putantur, plus unus Cato potuerit quam omnes leges omnesque iudices, Ib. 2, 14 (15 b), 4. cl. ad Att. 4, 15, 7. — Milonis causam in senatu defendit, ad fam. 15, 4, 12. — Eius duae maxime clientelae Cyprus insula et Cappadociae regnum, Ib. 15, 4, 15. — De Cicerone honorifice locutus, non decrevit supplicationes a. u. c. 704., Cael. ad fam. 8, 11, 2. cl. ad Att. 7, 1, 7 sqq. — Quum Ciceroni supplicationem non decrevisset, qua in re exsultavit Caesar, omnia Ciceroni pollicens decrevit Bibulo, Ib. 7, 2, 7. cl. ib. 7, 3, 6. — Mense Ianuario a. u. c. 705. omnes cupiebant Caesarem, abductis praesidiis, stare condicionibus iis, quas tulisset. — Cato ipse iam servire quam pugnare mavult. Sed tamen ait in senatu se adesse velle, quum de condicionibus agatur, si Caesar adductus sit, ut praesidia deducat. Ita, quod maxime opus est, in Siciliam ire non curat: quod metuo ne obsit, in senatu esse vult, Ib. 7, 15, 2. — Cato, qui Siciliam tenere nullo negotio potuit et, si tenuisset, omnes boni ad eum se contulissent, Syracusis profectus est a. d. VIII. Kal. Mai. 705., ad Att. 10, 16, 3. — Concursus Siculorum ad Catonem dicitur factus, orasse, ut resisteret, omnia pollicitos, commotum illum, dilectum habere coepisse a. u. c. 705., Ib. 10, 12, 2. — M. Cato et M. Varro in bello Pharsalico Dyrrhachii erant, de divin. 1, 32, 68. — M. Cato Italia prohibitus a. u. c. 706., ad Att. 11, 7, 1. — Sulpicii consilium etsi non tam gloriosum est quam Catonis, tamen et periculo vacuum est et dolore, Ib. 11, 7, 4. — Multa M. Catonem fefellerunt, de divin. 1, 14, 24. — M. Cato praeclare periit, ad fam. 9, 18, 2. Cato sic abiit vita, ut causam moriendi nanctum se esse gauderet, Tuscul. 1, 30, 74. — M. Catone mortuo senatus quasi pupillus relictus, de orat. 3, 41, 165. — Catoni placuit Ciceronis consulatus. — Multa vita excedens providit, tum quod Antonium consulem non vidit, Philipp. 2, 5, 12. — M. Cato comparatus cum caeteris, qui se in Africa Caesari tradiderunt. Ei, quum incredibilem tribuisset natura gravitatem eamque ipse perpetua constantia roboravisset semperque in proposito susceptoque consilio permansisset, moriendum potius quam tyranni vultus aspiciendus fuit, de off. 1, 31, 112. — Ad eum scriptae sunt, ad fam. 15, 3, 4 et 6. Eius est epistola ad fam. 15, 5. — Cicero in Catone, perfectissimo Stoico



summam eloquentiam non desiderat, Brut. 30, 118. — M. Cato avunculus Bruti, saepe, quum in senatu sententiam diceret, locos graves ex philosophia tractabat, abhorrentes ab usu forensi et publico, sed dicendo consequebatur tamen, ut illa etiam populo probabilia viderentur etc., parad. pr. 1 sqq. — M. Cato Uticensis magnus orator in senatu, de leg. 3, 18, 40. — Catonis animus, fragm. p. 253. — M. Cato omnium gentium virtute princeps, Philipp. 13, 14, 30. — M. Cato Utic. omnia semper constanter et fortiter, pro Mil. 22, 58. — ‚M. Cato heros', ad Att. 1, 17, 9. — M. Cato Utic. avunculus et tutor L. Luculli filii. — Erat in eo inexhausta aviditas legendi. — in ipsa curia solebat legere saepe, dum senatus cogeretur, de fin. 3, 2, 7. ad Att. 13, 6. — M. Cato bellum omne Mithridaticum cum mulierculis gestum esse dicebat, pro Mur. 14, 31. — Confecit Cicero quinque libros περὶ τελῶν, ut Epicuria L. Torquato, Stoica M. Catoni, περιπατητικὰ M. Pisoni daret, ad Att. 13, 19, 4. — Quum a Catone Cicero laudabatur, vel reprehendi se a caeteris facile patiebatur, orat. 13, 41. fragm. p. 249. Ib. p. 250. — Catonis Uticensis laudationem conscripsit M. Fadius Gallus a. u. c. 709., ad fam. 7, 24, 2. — Ciceronis Cato s. Laus Catonis, fragm. p. 294. — De Catone πρόβλημα Ἀρχιμήδειον est etc., ad Att. 12, 4, 2. cl. ib. 12, 5, 2. — Qualis futura esset Caesaris vituperatio Catonis contra laudationem suam perspexit Cicero ex eo libro, quem Hirtius ad se misit, in quo colligit vitia Catonis, sed cum maximis laudibus Ciceronis a. u. c. 709., Ib. 12, 40, 1. — Hirtii librum, quem ad se misit de Catone, propterea vult Cicero divulgari ab Attico, ut ex istorum vituperatione sit illius maior laudatio, Ib. 12, 44, 1. Ib. 12, 45, 3. — Eius laudatio a Cicerone composita a Caesare impugnata, topic. 25, 94. — Absoluto Catone Cicero statim Oratorem aggressus est, orat. 10, 35. — De loco ex laudatione Catonis de Catone quadrimo, ad fam. 16, 22, 1.

**M. Porcius Cato**, filius. — Cato pupillus Ciceronis a. u. c. 709., ad Att. 13, 6, 1. ep. ad Brut. 1, 5. Ib. 1, 14.

**M. Porcius Laeca**, senator, Catilinarius. — Apud eum Catilina distribuit partes Italiae, in Catil. 1, 4, 9. Ib. 2, 6, 13. — M. Porcium Laecam, socium Catilinne nemo defendit, pro Sulla 2, 6. Ib. 18, 52.

**L. Porcius L. F. M. N. Licinus** consul cum P. Claudio Pulcro a. u. c. 570., Brut. 15, 60.

**Porcius Licinus**, qui de litterarum Latinarum primordiis scripsit, de fin. 1, 2, 5.

**Porsena**, Etruriae rex, a Tarquinio contra Romam excitatus, ad Att. 9, 10, 3. — Eum C. Mucius interficere conatus est, pro Sest. 21, 48. — Eius necem temptavit C. Mucius, parad. 1, 2, 12.

**Portunus** deus dictus a *portu*, de n. d. 2, 26, 66.

**Posides Macros** Soluntinus, Verr. accusat. 2, 42, 102.

**Posidonius** omnium maximus Stoicorum, fragm. p. 284. — Eius aegrotantis cum Pompeio sermo, Tusc 2, 25, 61. — Quid a. u. c. 694.

ad Ciceronem scripserit, quum illud ὑπόμνημα Ciceronis de consulatu suo legisset, ad Att. 2, 1, 2. — Posidonius a deo, deinde a fato, deinde a natura vim omnem divinandi rationemque repetiit, de divin. 1, 55, 125. Ib. 1, 57, 130. — Posidonius, Panaetii auditor, quinque libros de divinatione edidit, Ib. 1, 3, 6. — Prognosticorum caussas persecutus est, Ib. 2, 21, 47. — Posidonius divinare morientes exemplo Rhodii cuiusdam confirmat, Ib. 1, 30, 64. — Posidonius in libro quinto de natura deorum disseruit nullos esse deos Epicuro videri, quaeque is de dis immortalibus dixerit, invidiae detestandae gratia dixisse, de n. d. 1, 44, 123. — Posidonius breviter locum illum, si id, quod speciem haberet honesti, pugnaret cum eo, quod utile videretur, tetigit in quibusdam commentariis, de off. 3, 2, 8. — Eius epistola ad P. Rutilium Rufum, Ib. 3, 2, 10. — Ea quae Panaetius praetermisit περὶ τοῦ καθήκοντος Posidonius persecutus est. In eius libro est περὶ τοῦ κατὰ περίστασιν καθήκοντος, ad Att. 16, 11, 5. — Posidonius sphaeram effecit, cuius singulae conversiones idem efficiunt in sole et in luna et in quinque stellis errantibus, quod efficitur in caelo singulis diebus et noctibus, de n. d. 2, 34, 88. — Posidonius quaedam comminisci videtur, de fato 3, 5. Ib. 4, 7. — Posidonius reprehensus, quod permulta taetra et obscoena collegerit, de off. 1, 45, 159. — Confer etiam de fin. 1, 2, 6. Tuscul. 5, 37, 107. de n. d. 1, 3, 6.

**Posidorus.** V. **Pasidorus.**

**Postumia**, Ser. Sulpicii uxor, ad fam. 4, 2, 1. — Amica Pomptini, ad Att. 5, 21, 9. cl. ib. §. 14. Ib. 10, 9, 3. Ib. 10, 10, 4. Ib. 12, 11.

**Postumius**, homo voluptuosissimus, de fin. 2, 22, 70.

**Postumius**, filius sororis Gellii, hominis perditi, adolescens gravis, simili iudicio avunculum notavit, quum in magno numero tutorem liberis non instituit, pro Sest. 52, 111. — Rapit Pomptinum Postumius Romam, fortasse etiam Postumia, ad Att. 5, 21, 9. — Postumius, de quo nominatim senatus decrevit a. u. c. 705., ut statim in Siciliam iret Furfanioque succederet, negat se sine Catone iturum et suam in senatu operam auctoritatemque quam magni aestimat, Ib. 7, 15, 2. — Postumius, Caesaris amicus, ad fam. 6, 12, 2. — Postumius, familiaris Ciceronis, Ib. 13, 69, 1. — Matius ac Postumius procuratores ludorum Octavii a. u. c. 710. Ciceroni non placent. Saserna collega dignus, ad Att. 15, 2, 3.

**C. Postumius**, haruspex Sullae tempore, de divin. 1, 33, 72.

**Cn. Postumius**, subscriptor accusationis L. Murenae, pro Mur. 26, 54. Ib. 27, 56. — Praetorius candidatus, Ib. 27, 57. Ib. 33, 69.

**M. Postumius** quaestor C. Verris in Sicilia provincia, Verr. accusat. 2, 18, 44.

**P. Postumius**, familiaris M. Marcelli, ad fam. 4, 12, 2.

**T. Postumius** praetor a. u. c. 697. periit in bello civili, non contemnendus in dicendo, de re publica vero non minus vehemens orator quam bellator fuit, effrenatus et acer nimis, sed bene iuris publici leges atque instituta



cognoverat, Brut. 77, 269. cl. ad Att. 7, 16.

**A. Postumius Albus Regillensis.** Apud Regillum bello Latinorum, quum A. Postumius dictator cum Octavio Mamilio Tusculano proelio dimicaret a. u. c. 259., in Romana acie Castor et Pollux ex equis pugnare visi sunt, de n. d. 2, 2, 6. cl. ib. 3, 5, 11. — Ab eo aedes Castori et Polluci in foro dedicata, Ib. 3, 5, 13.

**(Postumius) Albinus** flamen, in numero est habitus disertorum, Brut. 35, 135.

**A. Postumius A. F. A. N. Albinus** Q. Fulvius censores a. u. c. 580., Verr. accusat. 1, 41, 106. — A. Albinus, P. Scipione et M. Marcello coss. praetor a. u. c. 599., cum L. Licinio Lucullo consul a. u. c. 603., doctus sane homo, ut indicat ipsius historia scripta Graece, iocatur cum Carneade, Acad. pr. 2, 45, 137. — A. Postumius Albinus, is, qui Graece scripsit historiam, qui consul cum L. Lucullo fuit, et litteratus et disertus fuit, Brut. 21, 81. — A. Postumius Albinus unus ex decem legatis L. Mummii Achaici, ad Att. 13, 30, 3. — Eius statua in Isthmo posita, Ib. 13, 32, 3.

**A. Postumius Albinus** cos. cum M. Antonio a. u. c. 655. In eo fuit laus bene loquendi, Brut. 35, 135. post red. ad Quir. 5, 11. — Orellius ex nummis hoc proposuit stemma:

Sp. Postumius Albinus
cos. a. u. c. 606.
|
A. Postumius Albinus
|
A. Postumius Albinus
cos. a. u. c. 655.

**L. Postumius Albinus** cos. a. u. c. 520. 525. et 539., ante quam tertium consulatum iniret, in silva Litana a Gallis occisus est, Tusc. 1, 37, 89.

**Sp. Postumius Albinus** et T. Veturius Calvinus coss. iterum a. u. c. 433. Caudino proelio a C. Pontio Telesino Samnite superati, de sen. 12, 41. — Sp. Postumius Albinus et T. Veturius Calvinus coss. iterum a. u. c. 433., qui quum male pugnatum apud Caudium esset, legionibus nostris sub iugum missis pacem cum Samnitibus fecerant, dediti sunt iis etc., de off. 3, 30, 109.

**Sp. Postumius Albinus** consul a. u. c. 568. augur mortuus a. u. c. 574. Senectutis incommoda solebat deplorare, de sen. 3, 7.

**Sp. Postumius Albinus Magnus** cos. a. u. c. 606. Multae sunt eius orationes, Brut. 25, 94.

**Sp. Postumius Albinus**, cos. a. u. c. 644. condemnatus et in exsilium actus a Gracchanis iudicibus, Brut. 34, 128.

**P. Postumius Tubertus** cos. a. u. c. 249. ante legem XII. Tabularum, virtutis causa in urbe sepultus, quod eius posteri iure tenuerunt, de leg. 2, 23, 58.

**Postumulenus**, amicus Trebiani s. Trebonii, ad fam. 6, 10, 1.

**Potamo**, scriba et familiaris Q. Caecilii Nigri quaestoris in Sicilia a. u. c. 684., divin. in Q. Caecil. 9, 29.

**Potentia**, oppidum agri Piceni, colonia Romana, de harusp. resp. 28, 62.

**Praecilii**, pater et filius. Hic familiaris Ciceronis commendatur Caesari a. u. c. 709., ad fam. 13, 15, 1.

**Praeneste**, oppidum Latii non procul Roma, hodie *Palestrina*. Praeneste Catilina nocturno impetu occupare voluit, in Catil. 1, 3, 8. — Ludi ibi instituti, ad Att. 12, 2, 2. pro Planc. 26, 63.

**Praenestinae** sortes: earum inventor, ut Praenestinorum monumenta declarant, N. Suffucius, de divin. 2, 41, 85.

**Praenestinus** ager publicus a paucis possidebatur, de lege agr. 2, 28, 78.

**Praxiteles**, statuarius et sculptor unus ex nobilissimis, qui cum Euphranore Olymp. CIV. floruit. — Praxitelia capita, de divin. 2, 21, 48. — Brachia Praxitelia, ad Her. 4, 6, 9. — Eius Cupido marmoreus Messanae apud C. Heium: idem artifex eiusdem modi Cupidinem fecit illum, qui est Thespiis, propter quem Thespiae visuntur, Verr. accusat. 4, 2, 4. — Eius Cupido pulcherrimus apud Thespienses, Ib. 4, 60, 135.

**Preciana** hereditas, ad fam. 14, 5, 2. ad Att. 6, 9, 2. Ib. 7, 1, 9.

**Precianus**, iure consultus apud Caesarem gratiosus, Ciceronis et Trebatii amicus, circa a. u. c. 700. Eius epistola ad Ciceronem, ad fam. 7, 8, 2.

L. **Precius** eques Rom., Verr. accusat. 5, 62, 161. Ib. 5, 65, 168.

**Prelius**. V. **Prilius**.

**Priamus** Troiae rex, quinquaginta habuit filios, e quibus septemdecim iusta uxore nati, eum tanta progenie orbatum, quum in aram confugisset, hostilis manus interemit, Tuscul. 1, 35, 85. — Non male ait Callimachus 'multo saepius lacrimasse Priamum quam Troilum'. Tuscul. 1, 39, 93. — Priamus sapiens futura non prospiciebat, de divin. 1, 39, 85. — Helenum filium et Cassandram filiam divinantes habebat etc., Ib. 1, 40, 89. — Conturbatus Hecubae somnio commenticio, de div. 1, 21, 42. cl. ib. 2, 9, 22.

**Priene**, urbs Ioniae, Biantis patria, parad. 1, 1, 8.

**Prilius**, lacus in Etruria, e regione Ilvae insulae, hodie *Castiglione della Pescaja*, pro Mil. 27, 74. Olim Precius vel Prelius legebatur.

**Privernas** ager, a Priverno, Latii oppido. Delata ad Senatum eius labes, quum ad infinitam altitudinem terra decidisset, de divin. 1, 43, 97. de lege agr. 2, 25, 66. — Privernas fundus M. Bruti iure consulti, de orat. 2, 55, 224. pro Cluent. 51, 141.

**Procilius**, historicus Latinus, ad Att. 2, 2, 2.

**Procilius**. De Procilio rumores non boni a. u. c. 700., ad Att. 4, 16, 5. — A. D. III. Non. Quint. (a. u. c. 700.) Sufenas et Cato absoluti, Procilius condemnatus, Ib. 4, 15, 4. — Memoratur etiam ad Q. fr. 2, 6 (8), 1.

**Procles** et Eurysthenes, Lacedaemoniorum reges, gemini fratres, de divin. 2, 43, 91.

**Proculus Iulius**. Eius nuncius de Romulo in caelum recepto, de r. p. 2, 10, 20. de leg. 1, 1, 3.

**Procyon**, Latine Antecanem, de n. d. 2, 44, 114. Arat. v. 466.

**Prodicus**. — Prodicus Ceus ea, quae prodessent hominum vitae, deorum in numero habita esse dixit, de n. d. 1, 42, 118. — Prodicus caeterique sophistae a Socrate impugnati, Brut. 8, 30. cf. Brut. 85, 292. de orat. 3, 32, 128. V. **Hercules Prodicius**.

**Prometheus**, Iapeti et Asiae nymphae filius. — Prometheus adfixus Caucaso, Tuscul. 5, 3, 8. — Prometheus mortalibus ignem divisit, ad Her. 4, 6, 9. — Prometheus vinctus Aeschyli, Tuscul. 3, 31, 76.



**Pronoea** Stoicorum, de n. d. 2, 29, 73. Ib. 2, 64, 160.

Sex. **Propertius**. Eius nomen detulit Aelius Ligur, accusare non est ausus, de domo sua 19, 49.

**Propontis**, mare inter duo freta, Hellespontum et Bosporum, interiectum, quasi vestibulum Ponti Euxini. — Propontis tota atque Hellespontus venibit sub praecone, de lege agr. 1, 1, 1.

**Proseleni** Arcades, id est, ante Lunam orti, Fundan. fragm. 3. p. 216.

**Proserpina**, Iovis et Cereris filia. V. **Libera**. — Proserpina et Liber nati ex Iove primo, Aetheris filio, de n. d. 3, 21, 53. — Proserpina et Iuppiter parentes Dionysi primi, Ib. 3, 23, 58. — Proserpina et Iuppiter, parentes Dianae primae, Ib. 3, 23, 58. — Ex Iove antiquissimo et Proserpina (Britomarte) nati Dioscuri primi tres s. Anaces, Ib. 3, 21, 53. V. **Britomartis**. — Proserpinae aspectu commotus est Mercurius primus, Ib. 3, 22, 56. — Proserpina rapta a Dite patre. Graecum eius nomen. Frugum semen esse volunt absconditamque quaeri a matre fingunt, Ib. 2, 26, 66. cf. Verr. accusat. 4. C. 48 et 49. — Eius fanum Locris a Dionysio expilatum, de n. d. 3, 34, 83.

**Protagoras** Abderita, de natura rerum scripsit, de orat. 3, 32, 128. Protagoras, sophistes temporibus illis vel maximus, quum in principio libri sui sic posuisset: 'De divis neque ut sint neque ut non sint habeo dicere', Atheniensium iussu urbe atque agro est exterminatus librique eius in contione combusti, de n. d. 1, 23, 63. cl. ib. 1, 1, 2. Ib. 1, 11, 29. Ib. 1, 42, 117. — Ab eo scriptae et paratae rerum illustrium disputationes, quae nunc communes appellantur loci, Brut. 12, 46. — Protagoras putat id cuique verum esse, quod cuique videatur, Acad. pr. 2, 46, 142. — Protagoras caeterique sophistae a Socrate impugnati, Brut. 8, 30. Ib. 85, 292.

**Protagoras** ex Platone a Cicerone conversus, fragm. p. 266.

**Protogenes** Caunius, pictor nobilissimus, simul et statuarius Apelli aequalis. — In Protogene iam perfecta omnia, Brut. 18, 70. — Eius tabulae pictae, Ialysus Rhodi, Paralus Athenis, Verr. accusat. 4, 60, 135. — Protogenis tabula Ialysus, orat. 2, 5. ad Att. 2, 21, 4.

**Protogenes**, servus anagnostes M. Marii, ad fam. 7, 1, 3.

**Prusias**, Bithyniae rex. Quod responsum ab Hannibale tulerit, de divin. 2, 24, 52.

**Prytaneum**. Victus in Prytaneo publice praebitus honos apud Graecos maximus habetur, de orat. 1, 54, 232.

**Psecas** serva, mater Bellieni, Cael. ad fam. 8, 15, 2.

**Pseudocato**, id est, alter Cato, ad Att. 1, 14, 6.

**Pseudodamasippus**, ad fam. 7, 23, 3.

**Pseudomarius**. V. **Amatius**.

**Pseudophilippus**, quocum bellum Macedonicum tertium gestum est. — Q. Metelli triumphus de Pseudophilippo, pro Mur. 14, 31. cl. de lege agr. 2, 33, 90.

**Psyria** insula, Ψύρα, hodie *Ipsara*, ad Att. 16, 13 a. 2.

**Ptolemaeum** gymnasium Athenis, ubi docebat Antiochus, de fin. 5, 1, 1.

**Ptolemaeus** Lagi, familiaris Alexandri, venenato telo ictus, quum ex doloribus moreretur, radicula Alexandro somno oblata servatur, de divin. 2, 66, 135. — Phalereus Demetrius quum patria pulsus esset iniuria, ad Ptolemaeum se regem Alexandream contulit, de fin. 5, 19, 54. — Ptolemaeo esurienti quum cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius, Tuscul. 5, 34, 97.

**Ptolemaeus Philadelphus.** Aratum Sicyonium grandi pecunia adiuvit, de off. 2, 23, 82.

**Ptolemaeus XII.**, qui vulgo, non a Cicerone **Auletes** vocatur. Eum, qui Aegyptum teneat hoc tempore, genere neque animo regio esse, de lege agr. 2, 16, 42. — A. u. c. 698. in regnum a Romanis reduci voluit. V. fragm. or. de rege Alexandrino p. 200. — Ptolemaeus pulsus regno dolosis consiliis, ut dixit Sibylla, Romam venit. Huic egenti et roganti C. Rabirius Postumus pecuniam credidit etc., pro Rab. Postumo 2, 4. — Cum eo foedus feriri in Capitolio viderat Postumus, Ib. 3, 6. — Ptolemaeus occidi iussit Dionem, Alexandrinorum legatum, adversarium, pro Cael. 10, 23. — De rege Alexandrino factum est senatus consultum a. u. c. 698., cum multitudine eum reduci periculosum rei publicae videri etc., ad Q. fr. 2, 2, 3. ad fam. 1, 1, 1. Ib. 1, 2, 1. — A. Gabinius se ipsum, exercitum populi Romani, auctoritatem senatus etc. regi Aegyptio vendidit a. u. c. 698., in Pison. 21, 48. — Mortuus a. u. c. 703., Cael. ad fam. 8, 4, 5. cf. etiam ad Att. 2, 16, 2. Ib. 4, 10, 1. — Ptolemaeus XII. potius quam Ptolemaeus XI. Alexander significari videtur, Verr. accusat. 2, 31, 76.

**Ptolemaeus** Cypri rex, frater minor Ptolemaei XII., lege tribunicia P. Clodii, nulla iniuria commemorata, nullis rebus repetitis, cum bonis omnibus publicatus est, pro Sest. 26, 57 sqq. cl. de domo sua 8, 20. Ib. 20, 52. — Cyprum per Ptolemaeum nihil audere Cn. Pompeii gloria est, pro Flacco 15, 30.

**Prolemaeis**, oppidum Aegypti, Alexandriae propinquum, ad fam. 1, 7, 4.

**Q. Publicenus**, ad Q. fr. 1, 2, 4. §. 14.

**Publicius** vates, de divin. 1, 50, 115. Ib. 2, 55, 113.

**Publicius**, homo perditus, sodalis Catilinae, in Catil. 2, 2, 4.

**C. Publicius** P. Mummium cuiusvis temporis hominem appellabat, de orat. 2, 67, 271.

**(Publicius) Malleolus**, matrem interfecit et propterea culeo insuitur, ad Her. 1, 13, 23.

**C. (Publicius) Malleolus**, quaestor Cn. Dolabellae, occisus, Verr. accusat. 1, 15, 41. — Eius scelera et flagitia, Ib. 1, 36, 91. — Eius filius pupillus spoliatus a Verre, Ib. 1, 36, 92 sqq.

**Cn. Publicius Menander.** Non sine causa de Cn. Publicio Menandro, libertino homine, quem legati Romani in Graeciam proficiscentes interpretem secum habere voluerunt, ad populum latum, ut is Publicius, si domum revenisset et inde Romam redisset, ne minus civis esset, pro Balbo 11, 28.



**L. Publicius**, familiaris Sex. Naevii, pro Quinct. 6, 24.

**Q. Publicius** M. Iunius, praetores, apud quos Cicero defendit D. Matrinium, pro Cluent. 45, 126.

**Publicola.** V. **P. Valerius Publicola.**

**Publilia** a Cicerone uxor ducta, ad Att. 12, 32, 1. cl. ad fam. 4, 14, 3.

**Publilius.** V. etiam **Publius.**

**Publilius**, ad Att. 12, 24, 1. Ib. 12, 28, 3. Ib. 12, 32, 1.

**Publilius**, frater Publiliae, secundae Ciceronis uxoris, quam dimiserat a. u. c. 710. — Cum eo negotium numerarium confici vult Cicero, a. u. c. 709., ad Att. 13, 34. Ib. 13, 47, 3. cl. ib. 14, 19, 4. Ib. 16, 2, 1. Ib. 16, 6, 3. cf. ib. 12, 7, 1. Ib. 12, 18 a. 2.

**Publius**, P. Clodius dicitur, ad Q. fr. 3, 1, 5. §. 17. cl. ad Att. 2, 7, 2.

**Publius** Syrus, mimographus. Eius et Laberii poëmata audivit Cicero a. u. c. 709., ad fam. 12, 18, 2.

**Pulchellus**, P. Clodius Pulcher, ad Att. 2, 1, 4.

**Q. Pullus Numitorius**, Fregellanus, proditor, de fin. 5, 22, 62.

**Pulvilius.** V. **Horatius.**

**Punica** inscriptio Massinissae, Verr. accusat. 4, 46, 103. V. **Poeni** et **Poenicus.**

**Punicanus.** Q. Tubero stravit pelliculis haedinis lectulos Punicanos, pro Mur. 36, 75.

**Punicum s. Poenicum** bellum primum, de off. 1, 13, 39. V. **Poeni** et **Poenicum.**

**Punicum s. Poenicum** bellum secundum. Hostis est non apud Anienem, quod bello Punico gravissimum visum est, sed in urbe, in foro, pro Mur. 39, 84. de inv. 2, 17, 52. Brut. 14, 57. — Duo propugnacula belli Punici. Cn. et P. Scipiones, parad. 1, 2, 12.

**Punicum s. Poenicum** bellum tertium, Verr. accusat. 4, 33, 73.

**Pupia** lex de senatu habendo, ad fam. 1, 4, 1. ad Q. fr. 2, 11 (13), 3.

**Pupinia** tribus, ad fam. 8, 8, 5. ad Q. fr. 2, 3, 5.

**Pupinia**, ager Romae propinquus versus Etruriam, de lege agr. 2, 35, 96.

**Pupius.** V. in **Calpurniis Pisonibus.**

**Cn. Pupius**, in operis societatis Bithyniae, commendatur Crassipedi, ad fam. 13, 9, 3.

**M. Pupius** Pisonem adoptavit, de domo sua 13, 35.

**Puteolani**, Philipp. 2, 41, 107. Tuscul. 1, 35, 86.

**Puteolanum**, Ciceronis villa, de fato 1, 2. ad fam. 5, 15.

**Puteolanus** sermo, pro Rab. Postumo 14, 40.

**Puteoli**, Campaniae urbs, hodie *Pozzuolo.* — Emporium Puteolanorum, ad Att. 5, 2, 2. — Puteolis fuit illa statio quaedam mercaturae et navigationis ex Asia et Aegypto, et in primis celebratur classis Alexandrina quotannis quum alia tum frumentum Puteolos advehens, Verr. 5, 59, 154. Vatin. 5, 12. pro Rabir. Post. 14, 40. — Ibi Neptuni porticus, Acad. pr. 2, 25, 80. — Granaria Puteolis negotiatorum, de fin. 2, 26, 84. — De Puteolis a decemviris Rullianis occupandis, de lege agr. 2, 31, 86. — *Τοποθεσία* Miseni et Puteolorum, ad Att. 1, 13, 5. Acad. pr. 2, 40, 125.

**Pylades** et Orestes apud Pacuvium,

de am. 7, 24. de fin. 2, 24, 79. — Pyladea amicitia, Ib. 2, 26, 84.

**Pyramus**, olim Leucosyrus, fluvius Phrygiae campestris prope Cydnum, ad fam. 3, 11, 1.

**Pyrgi**, Etruriae oppidum, ultra Minionem ab Oriente, incolae Pyrgenses, de orat. 2, 71, 287.

**Pyriphlegethon**, fluvius igne ardens apud inferos, de n. d. 3, 17, 43.

**Pyrrho** Elidensis, aequalis Alexandri Magni, conditor philosophiae Scepticae. — Ei summum bonum est, media ne sentire quidem sapientem, quae ἀπάθεια nominatur, Acad. pr. 2, 42, 130. — Pyrrho virtute constituta nihil omnino quod appetendum sit relinquit, de fin. 4, 16, 43. Ib. 4, 18, 49. Ib. 4, 22, 60. — Pyrrho et Aristo omnia exaequant, Ib. 3, 3, 11. — Iis honestum non summum modo, sed etiam solum bonum videtur, Ib. 3, 4, 12. — Pyrrhonis, Aristonis, Herilli explosae eiectaeque sententiae, Ib. 5, 8, 23. — Aristonis, Pyrrhonis, Herilli sententiae de finibus evanuerunt, Tuscul. 5, 30, 85. cf. de off. 1, 2, 6. — Pyrrho, Aristo, Herillus iam diu abiecti, de fin. 2, 11, 35. Ib. 2, 13, 43. Tuscul. 2, 6, 15.

**Pyrrhonei** philosophi, iam diu exstincti, de orat. 3, 17, 62.

**Pyrrhus** rex Epiri. Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum est, Pyrrho et Hannibale: ab altero propter probitatem eius non nimis alienos animos habemus, alterum propter crudelitatem semper haec civitas oderit, de am. 8, 28. — Praeclara eius sententia apud Ennium, de off. 1, 12, 38. cf. ib. 1, 13, 40. — Oraculum ei editum ab Apolline, ut fingit Ennius, de divin. 2, 56, 116. — Proelium ad Asculum a. u. c. 475., de fin. 2, 19, 61. — Pyrrhi largitas irrisa a Fabricio, de r. p. 3, 28, 40. — Consules Romani Pyrrhum regem inimicissimum moenibus iam appropinquantem monuerunt, a veneno ut caveret, de fin. 5, 22, 64. — C. Fabricius veneficum reducendum curavit ad Pyrrhum, de off. 3, 22, 86. — Pacem cum eo dissuasit App. Claudius Caecus, de sen. 6, 16. — Macedones Demetrium Poliorceten reliquerunt universique se ad Pyrrhum contulerunt, de off. 2, 7, 26. — Pyrrhi et Cineae libri de re militari, ad fam. 9, 25, 1. — Pyrrhi bellum Timaeus separatim scripsit, ad fam. 5, 12, 2. — Confer etiam Brut. 14, 55. parad. 6, 2, 48. de sen. 13, 43.

**Pythagoras**, discipulus Pherecydis, huius doctrinam de animorum aeternitate maxime confirmavit. Is quum Superbo regnante in Italiam venisset, tenuit magnam illam Graeciam quum honore disciplinae tum etiam auctoritate, multaque saecula postea sic viguit Pythagoreorum nomen, ut nulli alii docti viderentur, Tuscul. 1, 16, 8. — Eius magister fuit Pherecydes, de divin. 1, 50, 112. — Pythagoras, vir praestanti sapientia et nobilitate fuit in Italia iisdem temporibus quibus L. Brutus patriam liberavit, Tuscul. 4, 1, 2. — Pythagoras summam auctoritatem consecutus est sine ulla hilaritate, de off. 1, 30, 108. — Eum non coëgit in suis studiis obmutescere senectus, de sen. 7, 23. — Pythagoras vitam edidit Metaponti, de fin. 5, 2, 4. — Bene dictum est ab eo tum maxime et pietatem et religionem versari in animis, quum rebus divinis operam daremus, de leg. 2, 11, 23. — Pythagoras et Plato locupletissimi auctores, quo in somnis certiora videamus, praeparatos quodam cultu atque victu proficisci ad dormiendum iubent, de divin. 2, 58, 119. — Pythagoras divinationi magnam auctoritatem tribuit, qui etiam ipse augur vellet haberi, Ib. 1, 3, 5. cf. ib. 1, 39, 8. — Pythagoras censuit animum esse per naturam rerum omnem intentum et commeantem, ex quo nostri animi carperentur, de n. d. 1, 11, 27. — Pythagoras Pythagoriique, Italici philosophi quondam nominati, numquam dubitarunt quin ex universa mente divina delibatos animos haberemus, de sen. 21, 78. — Pythagoras instituit totam illam veterem Italiae Graeciam, quae quondam Magna vocitata est, de orat. 3, 34, 139. — Pythagoras et Plato animum in duas partes dividunt, alteram rationis participem faciunt, alteram expertem, Tuscul. 4, 5, 10. — Pythagoras solebat celare alienos, de n. d. 1, 26, 74. — Eius doctrina de numeris, Tuscul. 1, 10, 20. — Pythagoras ad harmoniam canere mundum existimat, de n. d. 3, 11, 27. — Pythagoras, quum in geometria quiddam novi invenisset, Musis bovem immolasse dicitur, sed id non credibile est, quoniam is ne Apollini quidem Delio hostiam immolare voluit, ne aram sanguine aspergeret, Ib. 3, 36, 88. — Pythagoras et Empedocles, viri maximi et docti, unam omnium animantium condicionem iuris esse denunciant, clamantque inexpiabiles poenas impendere iis, a quibus violatum sit animal, de r. p. 3, 11, 19. — Pythagoras, quum vinolenti adolescentes., mulieris pudicae fores frangerent, admonuisse tibicinam, ut spondeum caneret, dicitur etc., fragm. p. 302. — Exponitur cur Pythagorae Numa discipulus esse non potuerit, de r. p. 2, 15, 28. — Pythagoras, Democritus, Anaxagoras a regendis civitatibus totos se ad cognitionem rerum transtulerunt, de orat. 3, 15, 56. — Ultimas terras lustrasse Pythagoram, Democritum, Platonem: ubi enim quid esset, quod disci posset, eo veniendum indicavisse, Tuscul. 4, 19, 44. cf. ib. 4, 25, 55. de fin. 5, 19, 50. Ib. 5, 29, 87. — Pythagoras in colloquio cum Leonte, principe Phliasiorum, primus se *philosophum* esse dixit. Nec vero nominis solum inventor, sed rerum etiam ipsarum amplificator fuit. Qui quum post hunc Phliasium sermonem in Italiam venisset, exornavit eam Graeciam, quae Magna dicta est, et privatim et publice praestantissimis et institutis et artibus, Tuscul. 5, 3, 8 sqq. — Pythagoras vetat iniussu imperatoris, id est, dei, de praesidio et statione vitae decedere, de sen. 20, 73. — Pythagoras et Plato mortem ita laudant, ut fugere vitam vetent atque id contra foedus fieri dicant legemque naturae, pro Scauro 4, 5. p. 228. — Pythagoras vult in amicitia, ut unus fiat ex pluribus, de off. 1, 17, 56. — Pythagoria vox τὰ τῶν φίλων κοινά, de leg. 1, 12, 34. cf. Tuscul. 5, 23, 66.

**Pythagorii** Tarenti Archytas, Locris Echecrates, Timaeus, Acrio, Platonis aequales, de fin. 5, 29,

87. —Pythagori iin Italia inferiore sive Magna Graecia, de r. p. 1, 10, 16. — Pythagoriorum referta quondam Italia fuit, tum quum erat in hac gente Magna illa Graecia, de orat. 2, 37, 154. — Pythagoriorum disciplina aliquot saecula in Italia Siciliaque viguit, Tim. 1. — Pythagorii Magnam Graeciam institutis et praeceptis suis erudierunt, de am. 4, 13. — Pythagorii ornati homines in dicendo et graves, de orat. 1, 10, 42. — Pythagorii ex numeris et mathematicorum initiis proficisci volunt omnia, Acad. pr. 2, 37, 118. — Neutiquam probandum esse illud Pythagoriorum, quos ferunt, si quid adfirmarent in disputando, quum ex iis quaereretur, qua re ita esset, respondere solitos: 'ipse dixit'. Ipse autem erat Pythagoras, de n. d. 1, 5, 10. — Pythagorii non solum deorum voces observitaverunt, sed etiam hominum quae vocant omina, de divin. 1, 45, 102. — Pythagorii fidibus uti solebant, Tuscul. 5, 39. 113. — Pythagorii quid quoque die dixissent, audissent, egissent commemorabant vesperi, de sen. 11, 38. — Eis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis, quaerentis vera, contrariam, de divin. 1, 30, 62. cl. ib. 2, 58, 119. — Pythagorii Damon et Phintias, Tuscul. 5, 22, 63. de fin. 2, 24, 79. — Hoc Orphicum carmen Pythagorii ferunt cuiusdam fuisse Cercopis, de n. d. 1, 38, 107.

**Pytharathus**, archon Athenis, quo archonte Epicurus mortuus est a. ante Chr. 270., de fato 9, 19.

**Pythia**. Potest vis illa terrae, quae mentem Pythiae divino adflatu concitabat, evanuisse vetustate, de divin. 1, 19, 38. cl. ib. 1, 3, 19. — Demosthenes φιλιππίζειν Pythiam dicebat, Ib. 2, 57, 118 — Pythiae oraculum adversus Brennum, Ib. 1, 37, 81.

**Pythium** oraculum, de divin. 1, 1, 3.

**Pythius**, argentarius Syracusanus, quo modo deceperit C. Canium, de off. 3, 14, 58.

**Pythodorus** Trallianus, pro Flacco 22, 52.

**Quadrupes**, sidus, Arat. v. 455.

**Querela** dea, de n. d. 3, 17, 44.

**Querolae**, liber A. Caecinae, ad fam. 6, 6, 8.

C. **Quinctilius**, eques Rom., pro Cluent. 62, 175.

P. **(Quinctilius) Varus**, in causa P. Quinctii C. Aquilio aderat in consilio a. u. c. 673., pro Quinct. 17, 54. Testis in causa Scamandri, pro Cluent. 19, 53.

Sex. **Quinctilius**, praetor a. u. c. 697., favebat Ciceroni, post red. in sen. 9, 22.

C. **Quinctius**, P. Quinctii frater, qui societatem cum Sex. Naevio fecit, pro Quinct. 3, 11.

**Kaeso Quinctius**, quum esset optime de re publ. meritus, tamen populi incitati vim iracundiamque subiit, de domo sua 32, 86.

L. **Quinctius**, trib. pl. a. u. c. 680. aptissimus turbulentis contionibus, Brut. 62, 223. — L. Quinctius, tribunus pl., patronus Oppianici, pro Cluent. 27, 74. Ib. 28, 77. Ib. 29, 79. Ib. 37, 103. — Eius insolentia, Ib. 39, 109. — L. Quinctius patronus P. Fabii in causa Tulliana a. u. c. 683., pro Tullio §. 1.



L. **Quinctius**, ad bustum Basili vulneratus et despoliatus est a. u. c. 704., ad Att. 7, 9, 1.

P. **Quinctius**, pro quo est oratio, C. Quinctii frater, qui cum Sex. Naevio societatem fecerat, ab eo mortuo heres relictus, pro Quinct. 1, 1 sqq.

L. **Quinctius Cincinnatus**. Ei aranti nunciatum est, eum dictatorem esse factum a. u. c. 297., cuius dictatoris iterum a. u. c. 315. iussu magister equitum C. Servilius Ahala Sp. Maelium regnum appetentem occupatum interemit, de sen. 16, 56. — Ab aratro abductus ut dictator esset, de fin. 2, 4, 12.

L. **Quinctius T. F. L. N. Flamininus**, T. Flaminini frater, cos. a. u. c. 562. e senatu eiectus a C. Catone censore a. u. c. 570., propter facinus in Gallia commissum, de sen. 12, 42.

T. **Quinctius T. F. L. N. Flamininus**, admodum adolescens consul factus a. u. c. 550., Philipp. 5, 17, 48. — T. Quinctium Flamininum vehementer animo vexatum consolatur Ennius, de sen. 1, 1. — T. Quinctius Flamininus Iovis Imperatoris signum ex Macedonia captum in Capitolio posuit, Verr. accusat. 4, 58, 129. — T. Flamininus regem Philippum et Macedoniam subegit, Ib. 1, 21, 55. — Eius triumphus de Philippo, pro Mur. 14, 31. cl. in Pison. 25, 61. — Agri in Macedonia regii partim T. Flaminini, partim L. Paulli virtute parti sunt, de lege agr. 1, 2, 5. — Censor proximus ante C. Catonem, a. u. c. 565., de sen. 12, 42.

T. **Quinctius T. F. T. N. Flamininus** et M'. Acilius Balbus coss. a. u. c. 604., quibus coss. fingitur habitus sermo de senectute inter Catonem et Laelium atque Africanum minorem, de sen. 5, 14. ad Att. 12, 5, 3.

T. **Quinctius T. F. T. N. Flamininus** consul a. u. c. 631. cum Q. Metello Baliarico, Brut. 28, 109. Ib. 74, 259. de domo sua 53, 136.

**Quinctius Gallus** legatus Q. Marcii Philippi proconsulis Asiae. Ad eum scriptae sunt ad fam. 13. ep. 43 et 44.

**(Quinctius) Scapula**. In Hispania bellum commotum a Scapula, postea confirmatum a Sex. Pompeio, ad fam. 9, 13, 1. — Idem fortasse Scapula, ad Att. 12, 38, 4. — Horti Scapulani, Ib. 12. 40, 4.

P. **(Quinctius) Scapula**. Ei pecuniam C. Quinctius debebat a. u. c. 673., pro Quinct. 4, 17.

**Quinquatrus** sollemnia in honorem Minervae XIV. Kal. April. et diebus sequentibus, ad fam. 2, 12, 1. Ib. 12, 25, 1.

**Quirina** tribus urbana, pro Quinct. 6, 24. ad fam. 8, 8, 5.

**Quirinalia**, sollemnia in honorem Romuli, ad Q. fr. 2, 11 (13), 3.

**Quirinalis** mons. Inter eum Esquilinumque maximus agger obiectus a Servio Tullio, de r. p. 2, 6, 12.

**Quirinus**. Romulum eumdem esse Quirinum putant, de n. d. 2, 24, 62. — Quirinus, Romulus inter deos relatus, de r. p. 2, 10, 20. de leg. 1, 1, 3. — Eius cultus, Ib. 2, 8, 19. de off. 3, 10, 42. — Caesar, Quirini contubernalis, quia statua ei in templo Quirini posita erat, ad Att. 13, 28, 3. cl. ib. 12, 45, 3. V. **Romulus**.

**Quirites**, appellatio populi Romani

in omnibus iis Ciceronis orationibus, quae sunt habitae apud populum Romanum, ut in oratione post red. ad Quir. 1, 1 sqq. et saepe al.

**Rabiriana domus** Neapoli, ad Att. 1, 6, 1.

**Rabirius** malus auctor philosophiae Latinus, Acad. post. 1, 2, 5.

**C. Rabirius** avunculus et pater adoptivus C. Rabirii Postumi, pro Rab. Postumo 17, 45. — T. Attius Labienus tribunus pl. diem dixit C. Rabirio et perduellionis crimen intendit, quod L. Appuleium Saturninum tribunum pl. interfecisset a. u. c. 654. Defenderunt eum Hortensius et consul Cicero a. u. c. 691., pro Rab. perd. 1, 1 sqq. — Cicero in C. Rabirio perduellionis reo XL. annis ante se consulem interpositam senatus auctoritatem sustinuit contra invidiam atque defendit, in Pison. 2, 4. — Rabirii causa continebatur ius omne retinendae maiestatis, orat. 29, 102.

**C. Rabirius Postumus**, eques Romanus, filius C. Curtii naturalis, Rabirius per adoptionem. Accusatus de pecuniis residuis, damnato Gabinio, a Cicerone defenditur a. u. c. 700., pro Rab. Post. 1, 1 sqq.

**Rabocentus**, Bessicae gentis princeps, a L. Pisone securi percussus est, in Pison. 34, 84.

**L. Rabonius.** V. **Habonius.**

**L. Racilius**, trib. pl. a. u. c. 698. Ciceroni amicus, pro Planc. 32, 77. ad Q. fr. 2, 1, 2. Ib. 2, 1, 3. Ib. 2, 4 (6), 5. — L. Racilius trib. pl. fuit fide et animo singulari in P. Lentulum Spintherem, ad fam. 1, 7, 2. — Libellus Ciceronis, qui ita inscribitur: **Edictum L. Racilii Tribuni Plebi**, quod sub nomine ipsius Cicero conscripsit in invectionem P. Clodii, fragm. p. 302.

**Radians**, id est, Sol, Arat. v. 157.

**Ramnenses**, de r. p. 2, 20, 36.

**Ranius** s. **Rarius**, nomen corruptum, ad Att. 12, 11, 1.

**Ravenna**, colonia et portus ad mare Adriaticum in Gallia Cispadana, ad Att. 7, 1, 4. pro Balbo 22, 50. ad fam. 1, 9, 9. Ib. 8, 1, 4.

**Rea Silvia** sive **Ilia**, de divin. 1, 20, 40.

**Reatina** praefectura, de n. d. 2, 2, 6. in Catil. 3, 2, 5.

**Reatini** in agro Sabino, ad Att. 4, 15, 5. Ib. 9, 8, 1.

**Reatinus** ager, de lege agr. 2, 25, 66.

**Rebilus.** V. **T. Caninius Rebilus.**

**Recentoricus** ager Siciliensis exceptus a Rullo in vectigali imponendo, de lege agr. 1, 4, 10. Ib. 2, 21, 57.

**Reges Marcii** Domitium loris ceciderunt, ad Her. 3, 21, 34. V. in **Marciis.**

**Regia**, pontificis maximi habitatio, pro Mil. 14, 37. ad Att. 10, 3. A. 1. pro Caec. 6, 11.

**Regienses**, municipes Regii Lepidi, ad fam. 13, 7, 4.

**Regillus** lacus, in Latio ad viam Lavicanam. Proelium ibi commissum a. u. c. 259., de n. d. 2, 2, 6. Ib. 3, 5, 11.

**Regillus**, cognomen Aemiliorum, ad Att. 12, 24, 2.

**Reginus** a. u. c. 705. infero mari praeerat, ad Att. 10, 12, 1.

**Regium Lepidi**, oppidum Galliae cisalpinae, ad fam. 11, 9, 2. — Studiosissimum rei publ., Ib. 12, 4, 2.



**Reguli.** V. in **Attiliis** et in **Liviniis.**

**Rema.** V. **Remora.**

**Remmia** lex de calumniatoribus, pro Sex. Roscio 19, 55.

**Remora.** ‘Certabant (Romulus et Remus) urbem Romam Remoramne vocarent’, Ennius ap. Cic. de divin. 1, 48, 107., ubi vulgo legebatur ‘urbem Remamne Romamve’.

**Remus.** V. **Romulus.** — Remus et Romulus ambo augures, de divin. 2, 38, 80. — Remus a Romulo interemptus, de off. 3, 10, 41. — Eius statua cum fratre Romulo et altrice lupa vi fulminis icta concidit, de divin. 2, 20, 45. — *De Remo et Romulo loqui* proverbii locum obtinebat, i. e. de rebus nimis antiquis ac pervagatis, de leg. 1, 3, 9. — cf. etiam de r. p. 2, 2, 4.

**Rex.** V. **Marcius Rex.**

**Rhadamanthus** et Minos, inexorabiles iudices apud inferos, Tusc. 1, 5, 10. Ib. 1, 41, 98.

**Rhea.** V. **Rea.**

**Rhegini**, Verr. accusat. 4, 60, 135. Ib. 5, 18, 47. pro Archia 3, 5.

**Rhegium** oppidum in Italia inferiore e regione Siciliae, eius incolae tribules Q. Cornificii, ad fam. 12, 25, 3.

**Rhenus.** Rheni fossa, gurgitibus redundans Germanorum immanissimis gentibus obiecta, in Pison. 33, 81.

**Rhesus**, Thracum rex, Musa matre gnatus, nusquam tamen colitur, de n. d. 3, 18, 45.

**Rhetores Graeci.** Quae Graeci dicendi artifices et doctores reliquerunt, patent in promptuque sunt omnibus, de orat. 1, 6, 23. — Rhetorum Graecorum ineptiae exagitantur, *Ib.* 2, 19, 77 sqq. — Rhetores Graeci exagitati a Charmada Academico, Ib. 1, 19, 86. — Severum de iis iudicium, ad Her. 1, 1, 1. — Aliud eiusdem iudicium de iisdem, Ib. 4, 1, 1. — Rhetores ab Aristotele et Theophrasto profecti, de inv. 1, 35, 61. cf. ib. 2, 2, 6.

**Rhinton**, poëta Tarentinus. Eius versiculus, ad Att. 1, 20, 3.

**Rhodanus** fl., ad fam. 10, 9, 3. Ib. 10, 11, 2.

**Rhodanus confluens**, ad fam. 10, 34, 1.

**Rhodii.** Ex eorum institutis etiam liberi civesque torquentur, or. part. 34, 118. — Rhodii in facetiis excellunt, de orat. 2, 24, 217. — orat. 2, 5. — Rhodii opimum genus dicendi numquam probaverunt, orat. 8, 25. de off. 3, 12, 50. — Rhodii oratores saniores quam Asiatici et Atticorum similiores, Brut. 13, 51. — Rhodiorum legati Athenas missi, de inv. 2, 29, 87. — Lex est apud Rhodios, ut, si qua rostrata in portu navis deprehensa sit, publicetur, Ib. 2, 32, 98. — Liber populus, ut Rhodi, ut Athenis, de r. p. 1, 31, 47. — Rhodiorum res publica minime vituperanda, Ib. 3, 35, 48. — Eorum usque ad Ciceronis memoriam disciplina navalis et gloria remansit, de imp. Cn. Pomp. 18, 54. — Si Rhodiis turpe non est portorium locare, ne Hermacreonti quidem turpe est conducere, de inv. 1, 30, 47. — Quid arbitramini Rhodios merere velle, ut amittant Ialysum Protogeni, Verr. accusat. 4, 60, 135. — Apud eos Graecam orationem habuit Ti. Gracchus pater, Brut. 20, 79. — Foedus cum iis M. Mar-

cello Ser. Sulpicio coss. renovatum, quo iuraverant eosdem hostes se habituros quos S. P. Q. R., ad fam. 12, 15, 2. — Rhodii, qui bellum cum Mithridate rege gesserunt, tamen statuam eius, quae erat apud ipsos in celeberrimo urbis loco, non attigerunt, Verr. accusat. 2, 65, 159. — Caunii omnesque ex insulis, quae erant ab Sulla Rhodiis attributae, confugerunt ad senatum, Romanis ut potius vectigal quam Rhodiis penderent, ad Q. fr. 1, 1, 11. §. 33. — Rhodii a. u. c. 711. de causa rei publ. Romanae quanto opere desperarint exponit P. Lentulus propraetor, ad fam. 12, 14 et 15. — Rhodii a. u. c. 711. excluserunt Dolabellam, Ep. ad Brut. 2, 4. — Eorum ἄφρακτα, ad Att. 5, 11, 4.

**Rhodo**, amicus Q. Minucii Thermi, propraetoris Asiae a. u. c. 704., ad fam. 2, 18, 1.

**Rhodus**, insula Asiatica in mari mediterraneo, celeberrima studiis eloquentiae, philosophiae et rei navalis, in qua urbs eiusdem nominis, de orat. 2, 1, 3. pro Plancio 34, 84. ad fam. 2, 17, 1. Ib. 4, 7, 4. — Ibi Ialysus, Camirus, Lindus heroës culti, de n. d. 3, 21, 54.

**Rhosiaca** vasa, a Rhoso, urbe Ciliciae in sinu Issico, celebri vasis fictilibus, unde Atticus, vasa Rhosiaca ut sibi mitteret, Ciceronem rogarat, ad Att. 6, 1, 13.

**Roma.** Roma condita Olympiadis sextae anno tertio, fragm. p. 347. — Roma, id quod Graecorum investigatur annalibus, condita est secundo anno Olympiadis septimae, de r. p. 2, 10, 18. — Urbis Romae natalem diem L. Tarutius repetebat ab iis Parilibus, quibus eam a Romulo conditam accepimus, de divin. 2, 47, 98. — Roma in montibus posita et convallibus, cenaculis sublata atque suspensa, non optimis viis, angustissimis semitis, de lege agr. 2, 35, 96. — Athenas et in hanc urbem (Romam) confluxerunt multi inquinate loquentes ex diversis locis, Brut. 74, 258. — Romae multa adrogantia, immoderata libertas, infinita hominum licentia, ad Q. fr. 1, 1, 7. §. 22. — Roma, civitas ex nationum conventu constituta, in qua multae insidiae, multae fallaciae, multa in omni genere vitia versantur, Q. Cic. de pet. cons. 14, 54. — Roma domicilium imperii et gloriae, de orat. 1, 23, 105. — Roma una in omnibus terris domus est virtutis, imperii, dignitatis, Ib. 1, 44, 195. — Roma, lux orbis terrarum atque arx omnium gentium, Catil. 4, 6, 11. — Nihil in terra Roma melius, de n. d. 3, 9, 21. — Romae tam multa geruntur, ut vix ea, quae fiunt in provinciis, audiantur, pro Plancio 26, 63. — Romae aedes Pietatis icta e caelo, de divin. 1, 43, 98. — Iunoni Sospitae templum Marsico bello restitutum, Ib. 44, 99. — Roma capta, Tuscul. 1, 37, 90.

**Romani.** — Romanae militiae summus labor et duritia, Tuscul. 2, 16, 37. — Ingenia Romanorum hominum multum caeteris hominibus omnium gentium praestiterunt, de orat. 1, 4, 15. — Romani disciplinam puerilem ingenuis nullam certam aut destinatam legibus aut publice expositam aut unam omnium esse voluerunt, de r. p. 4, 3, 3. — Romani veteres atque urbani sales, non Attici, sed salsiores quam illi Atticorum, ad fam. 9, 15, 2. — Romanorum cum Graecis comparatio, Tuscul. 1, 1, 1 sqq. — Romani praeter caeteras gentes laudis et gloriae avidi, de imp. Cn. Pomp. 3, 7. — Nostri (incolae urbis Romae) minus student litteris quam Latini, de orat. 3, 11, 43. — Romanorum ingenia virtutesque laudantur maxime iis in studiis, quae sero admodum expetita e Graecia in suam civitatem transtulerunt, Tuscul. 4, 1, 1.

**Romani** ludi, Verr. accusat. 1, 10, 31. — L. Tarquinium Priscum primum ludos maximos, qui Romani dicti sunt, fecisse accepimus, de r. p. 2, 20, 36. cl. Verr. accusat. 5, 14, 36. de orat. 1, 7, 24.

**Romani** rustici in agro Sabino. Eorum laudes, de sen. 7, 24.

**Romanum** nomen. ‘Silvestris Romani nominis altrix Martia lupa -- fulminis ictu concidit’, de divin. 1, 12, 20.

**Romanus** populus, quo modo possessionem sibi totius orbis compararit, de r. p. 3, 13, 22. Ib. 3, 23, 35. — Romanus populus maxime animi magnitudine excellit, de off. 1, 18, 61. — Omnis populi Rom. religio in sacra et in auspicia divisa est, de n. d. 3, 2, 5.

**Romulia** tribus, Verr. accusat. 1, 8, 23. de lege agr. 2, 29, 79.

**Romulus.** Tota eius historia copiose exponitur de r. p. 2, 2, 4 sqq. cf. ib. 2, 28, 50. Ib. 29, 51. de leg. 1, 1, 3. — Ante eum annis multis fuit Homerus, Brut. 10, 40. — Romulus et Remus, a lupa nutriti, de divin. 1, 12, 20. Ib. 2, 20, 45. Ib. 2, 21, 47. — Romulus consilio et sapientia singulari potius quam eloquentia pastores congregavit, Sabinorum conubia coniunxit, finitimorum vim repressit, de orat. 1, 9, 37. — Romulus pastoribus praefuit, de divin. 1, 47, 105. — Eius auguratus pastoralis, non urbanus fuit, nec fictus ad opiniones imperitorum, sed a certis acceptus et posteris traditus, Ib. 1, 48, 107. Ib. 2, 33, 70. — Versus Ennii de eo, Ib. — In Aventino augurium cepit, Ib. — Romulus et Remus, ambo augures, de divin. 2, 38, 80. cl. in Vatin. 8, 20. — Romulus auspicato urbem condidit, de leg. 2, 13, 33. — Ab eo Parilibus Romam conditam accepimus, de divin. 2, 47, 98. — Romulus auspiciis, Numa sacris constitutis fundamenta iecit Romanae civitatis, de n. d. 3, 2, 5. — Romulus lituo regiones direxit tum, quum urbem condidit, de divin. 1, 17, 30. Ib. 2, 38, 80. — Romulus fratre interempto sine controversia peccavit, pace vel Quirini vel Romuli dixerim, de off. 3, 10, 41. — Iuppiter Stator iisdem quibus haec urbs auspiciis a Romulo constitutus, in Catil. 1, 13, 33. — Princeps ille creator huius urbis foedere Sabino docuit etiam hostibus recipiendis augeri hanc civitatem oportere, pro Balbo 13, 31. — Romulus num barbarorum rex fuerit, de r. p. 1, 37, 58. — Ennii versus de Romulo, Ib. 1, 41, 64. — Defectio solis in eius interitu, fragm. p. 289. — Solis defectio fuit Nonis Quintilibus a. u. c. 39. regnante Romulo, quibus quidem Romulum tenebris etiam si natura ad humanum exi-

tum abripuit, virtus tamen in caelum dicitur sustulisse, de r. p. 1, 16, 25. — Romulus 'in caelo cum dis agit aevom', famae adsentiens dixit Ennius, Tuscul. 1, 12, 28. — Romulus rebus gestis atque virtutibus escendit in caelum, parad. 1, 2, 11. — Romulus ex homine deus factus, de r. p. 3, 28, 40. — Eum eumdem esse Quirinum putant, de n. d. 2, 24, 62. — Cotta et Torquato coss. a. u. c. 689. tactus est fulmine ille, qui hanc urbem condidit, Romulus, in Catil. 3, 8, 19. cl. de divin. 2, 20, 45. — cf. pro C. Rabirio perd. 4, 13. de n. d. 3, 15, 39.

**Roscia lex**, theatralis. Cornel. prim. fragm. 26. p. 213. Philipp. 2, 18, 44. ad Att. 2, 19, 3.

**Rosciana** imitatio senis, de orat. 2, 59, 242.

**Roscius**, municeps Velleii Epicurii. Epigramma Q. Catuli in eum, cui deo pulcrior videbatur: at erat perversissimis oculis, de n. d. 1, 28, 79.

**L. Roscius**, legatus populi Rom., interemptus a Larte Tolumnio, Veientium rege, a. u. c. 316., Philipp. 9, 2, 4 sqq.

**L. Roscius Otho**, is, qui legem tulit, ut in theatro equitibus Romanis XIV ordines spectandi gratia darentur. Equestri ordini restituit non solum dignitatem, sed etiam voluptatem. Itaque lex haec, quae ad ludos pertinet, est omnium gratissima, pro Murena 19, 40. — Otho male tractatus, ad Att. 13, 29, 2. cl. ib. 12, 37, 2. Ib. 12, 38, 4. Ib. 12, 42, 1.

**Q. Roscius** Comoedus, Lanuvinus. — In Solonio puer circumplicatur serpentis amplexu. Haruspices consulti responderunt nihil illo puero clarius, nihil nobilius fore, de divin. 1, 36, 79. cl. ib. 2, 31, 66. — Q. Roscius Comoedus artem histrionicam docuit Panurgum et Erotem summo cum labore, stomacho miseriaque, pro Rosc. com. 11, 30. — Eum defendit Cicero, Ib. 1, 1 sqq. — Rosciana imitatio senis, de orat. 2, 29, 242. — Ib. 1, 27, 124. — Saepe dicebat, se adhuc reperire discipulum, quem quidem probaret, potuisse neminem, Ib. 1, 28, 129. — Id est consecutus, ut, in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere 'Roscius' diceretur, Ib. 1, 28, 130. — Saepe dicebat, caput esse artis *decere*, Ib. 1, 29, 132. — Roscius in senectute numeros in cantu reciderat ipsasque tardiores fecerat tibias, de leg. 1, 4, 11. — Solebat dicere se, quo plus sibi aetatis accederet, tardiores tibicinis modos — esse facturum, de orat. 1, 60, 254. — Eius gestus et venustas opus est oratori, Ib. 1, 29, 251. — Nemo tam animo agresti ac duro fuit, ut Roscii morte a. u. c. 693. non commoveretur? qui quum esset senex mortuus, tamen propter excellentem artem ac venustatem videbatur omnino mori non debuisse, pro Archia 8, 17. — Personatum ne Roscium quidem nostri senes magno opere laudabant, de orat. 3, 59, 221. — 'Roscius est in scaena', proverbium de perfecto oratore, Brut. 84, 290. — cf. de orat. 2, 57, 233. de r. p. 4, 12, 14. — Roscii laudes, de orat. 3, 26, 102.



**T. Roscii Capito et Magnus**, Amerini, scelerati Sex. Roscii inimici, pro Sex. Roscio 6, 17 sqq. Ib. 35, 99.

**Sex. Roscius**, Amerinus, pater. Eius vita, mores, exitus, pro Sex. Roscio 6, 15 sqq. — Homo splendidus et gratiosus, Ib. 7, 20.

**Sex. Roscius**, Amerinus. Prima causa publica pro eo a Cicerone dicta a. u. c. 674. multum commendationis habuit, Brut. 90, 314. — Sex. Roscius, filius, quo modo tractatus sit a T. Roscio Magno, procuratore Chrysogoni, pro Sex. Roscio 8, 23. — Receptus a Caecilia, Ib. 10, 27. — Summo studio et intelligentia in rusticis rebus, Ib. 17, 49. — Quae domi gerenda sunt ea per Ceciliam transiguntur, fori iudiciique rationem Messala suscepit, Ib. 51, 149. — de off. 2, 14, 51.

**L. Roscius Fabatus**, Caesarianus. — Condiciones pacis per L. Caesarem et Fabatum adlatae Pompeio a. u. c. 705., ad Att. 8, 12, 2. — L. Fabatus interiit in proelio Mutinensi, ad fam. 10, 33, 4.

**Rosea** vel **Rosia**, campus in agro Reatino. — Velinus lacus a M. Curio emissus in Narem defluit, ex quo est illa siccata et humida tamen modice Rosia, ad Att. 4, 15, 5.

**Rostra**, unde ad populum orabant, in Pison. 3, 7. in Vatin. 11, 26. de off. 3, 20, 80. et saepe alias.

**C. Rubellinus** a. u. c. 711. heres Q. Turii, ad fam. 12, 26, 1.

**Rubico** fluvius, qui finis est Galliae, Philipp. 6, 3, 5.

**Rubria**, Carbonis cuiusdam, Ciceronis amici, mater, ad fam. 9, 21, 3.

**Rubrius**, comes C. Verris, Verr. accusat. 1, 25, 64. — Alius videtur esse Q. Rubrius, Ib. 3, 80, 185.

**L. Rubrius**, eques Rom. in Syracusano conventu, Verr. accusat. 3, 57, 132.

**L. Rubrius** Casinas fecit heredem M. Antonium, Philipp. 2, 16, 40.

**Q. Rubrius**, Verr. accus. 3, 80, 185.

**Q. Rubrius Varro**, qui a senatu hostis cum C. Mario iudicatus est, a. u. c. 666., acer et vehemens accusator, Brut. 45, 168.

**Rudinus** a Rudiis, Calabriae oppido. Ennius: 'Nos sumus' Romani, qui fuvimus ante Rudini', de orat. 3, 43, 168. — Ennium Rudinum hominem maiores nostri in civitatem receperunt, pro Archia 10, 22.

**Rufio**, homo parum gratus, ad Att. 5, 2, 2. Ib. 6, 2, 10. Caelius ad fam. 8, 7.

**Rufio**, ad fam. 7, 20, 1.

**Rufio**, fictum servi nomen, pro Milone 22, 60.

**Rufio Vestorianus**, homo nequam, ad Att. 14, 14, 2.

**Rufrenus**, Lepidi adsecula, ad fam. 10, 21, 4.

**L. Mescinius Rufus**, ad fam. 5, 19. — Eum a Paeto commendatum sibi curae fore ostendit, Ib. 9, 24, 1. V. **L. Mescinius Rufus**.

**Rufus**, ad fam. 14, 14, 2.

**Rulli**, Decii, Corvini apud antiquos admodum adolescentes consules facti, tantas res gesserunt, ut populi Romani imperium auxerint, nomen ornarint, Philipp. 5, 17, 48. V. **Q. Fabius Maximus Rullianus**.

**Rullus**, vir omnibus rebus clarissimus atque amplissimus, tribunus plebi, de domo sua 16, 43.

**Rupa**. V. **C. Scribonius Rupa**.

**Rupilius**, histrio, quem puer viderat Cicero, semper Pacuvii Antiopam agebat, de off. 1, 31, 114.

**A. Rupilius**. Eo erat usus Oppianicus medico, pro Cluentio 63, 176.

**L. Rupilius**, frater P. Rupilii. Eum consulem efficere Scipio non potuit, de am. 20, 73.

**P. Rupilius** et P. Popillius Laenas coss. a. u. c. 622. quaestionem exercuerunt de occisione Ti. Gracchi, de am. 11, 37. — P. Rupilius amicus P. Scipionis Africani minoris, Ib. 19, 69. — Bellum in Sicilia gessit, Verr. accusat. 3, 54, 125. — Iis coss. Hennam tenuerunt servi, fugitivi, barbari, hostes, Ib. 4, 50, 112. — ad Att. 13, 32, 3. — Legem Rupiliam, quam P. Rupilius consul (i. e. proconsule a. u. c. 623.) de decem legatorum sententia dedit, Verr. accusat. 2, 16, 39. cl. ib. 2, 37, 90. — Quod Siculus cum Siculo agit non eiusdem civitatis, de eo praetor iudices ex P. Rupilii decreto, quod is de decem legatorum sententia statuit, quam illi legem Rupiliam vocant, sortiatur, Verr. accusat. 2, 13, 32 et 34. cl. ib. 2, 15, 37. de am. 20, 73. Ib. 27, 101. — Aegre tulisse P. Rupilium fratris repulsam consulatus scriptum apud Fannium est, Tuscul. 4, 17, 40.

**P. Rupilius P. F. Menenia**, eques Romanus, magister in societate Bithyniae, commendatur Crassipedi, ad fam. 13, 9, 2.

**Rusca**. V. **Pinarius Rusca**.

**C. Rusius** accusator vetus, qui accusavit C. Rutilium, quem Sisenna defendit, Brut. 74, 260.

**C. Rusticelius** Bononiensis, Brut. 46, 169.

**Ruteni**, populus Galliae Narbonensis, pro Fonteio Nieb. 3, 4.

**Rutilia**. Quaerit Cicero Rutilia vivone C. Cotta filio suo mortua sit an mortuo, ad Att. 12, 20, 2. Ib. 12, 22, 2.

**C. Rutilius** accusatus a C. Rusio, a Sisenna defensus, Brut. 74, 260.

**C. Rutilius Rufus**. P. Lentulus, is, qui princeps senatus fuit, accusavit M'. Aquilium subscriptore C. Rutilio Rufo, Divinat. in Q. Caecil. 21, 69. — C. Rutilius Rufus, familiaris Scaevolae, Brut. 40, 147.

**P. Rutilius**. Ei negotium agrorum veteranis adsignandorum datum erat a Caesare a. u. c. 709. Epistola ad eum missa, qua ei commendatur C. Albinius senator, ad fam. 13, 8.

**P. Rutilius**, testis in causa A. Caecinae, pro Caecina 10, 27.

**P. Rutilius M. F.** trib. pl. a. u. c. 619., de orat. 1, 40, 181.

**P. Rutilius Lupus**, consul cum L. Iulio Caesare a. u. c. 664., bellum sociale gessit in Marsis, ubi a Vettio Catone insidiis circumventus et occisus est, pro Fonteio 15, 33.

**P. Rutilius Lupus**. Egit causam agri Campani sane accurate a. u. c. 697., ad Q. fr. 2, 1, 1. — P. Rutilius Lupus trib. pl. a. u. c. 698. — Volcatium, qui Lupo referente, Pompeio decernit legationem ad Ptolemaeum reducendum, ad fam 1, 1, 3. Ib. 1, 2, 2. — Rutilius Lupus Achaiam missus a Pompeio obtinebat a. u. c. 706., ad Att. 8, 12, A., 4. — Cum Sosio ad Caesarem transit Romaeque ius dicit, Ib. 9, 1, 2.



**(Rutilius) Lupus** familiaris Ciceronis et D. Bruti, ad fam. 11, 5, 1. Ib. 11, 6, 1. Ib. 11, 7, 1. Ib. 11, 12, 1. Ib. 11, 25, 1.

**P. Rutilius Sp. F. Sp. N. Rufus**, de fin. 1, 3, 7. — Eius adolescentiam ad opinionem et innocentiae et iuris scientiae P. Mucii Scaevolae cos. a. u. c. 621. commendavit domus, de off. 2, 13, 47. — P. Rutilius Rufus tribunus plebi factus non est, pro Plancio 21, 52. — Panaetium audierat, Posidonii ad eum epistola, de off. 3, 2, 10. — Homo doctus et philosophiae deditus, reprehendit orationem L. Crassi et Servium Galbam, quod hic populi misericordiam concitasset, de orat. 1, 53, 227. — Componitur cum M. Aemilio Scauro, Brut. 29, 110. — Rutilii laudes, Ib. 30, 113. — Panaetii auditor, prope perfectus in Stoicis, Ib. 30, 114. — In iudicium vocatus a. u. c. 662. nec L. Crassum nec M. Antonium adhibere voluit, dixit ipse pro sese et pauca C. Cotta, quod sororis erat filius, Ib. 30, 115. — Erat in Stoicis oratoribus Rutilius, Scaurus in antiquis, Ib. 30, 116. cl. ib. 31, 118. — P. Rutilius Rufus de ambitu accusatus a Scauro, de orat. 2, 69, 280. cl. pro Scauro 1, 2. p. 215. — P. Rutilius Rufus exsul Smyrnae, Brut. 22, 85. — Eiusque civitatis factus est civis, pro Balbo 11, 28. — Exemplum innocentiae, non modo supplex iudicibus esse noluit, sed ne ornatius quidem dicere, quam simplex ratio veritatis ferebat, de orat. 1, 53, 229. — Ille ipse homo sanctissimus ac temperantissimus multa audivit in sua causa, quae ad suspicionem stuprorum, ad libidinem pertinerent, pro Fonteio 13, 28. — Eum specimen habuit haec civitas innocentiae. Maior mihi iudicum et rei publicae poena illa visa est quam Rutilii, in Pison. 39, 95. — P. Rutilius, C. Cottae avunculus, vir innocentissimus idemque doctissimus in exsilium pulsus, de n. d. 3, 32, 80. — P. Rutilius Rufus quum a Mithridate Mytilenis oppressus esset, crudelitatem regis in togatos vestitus mutatione vitavit, pro Rab. Postumo 10, 27. — P. Rutilius persona librorum de re publica, ad Att. 4, 16, 2. — Ab eo Zmyrnae Scipionis eiusque amicorum de re publ. disputationem sibi expositam fingit Cicero, de r. p. 1, 8, 13. — Apud Numantiam in militia Africani minoris comes, Ib. 2, 11, 17. — P. Rutilius in caede Saturnini a. u. c. 654. pro salute communi arma cepit, pro C. Rabirio perd. 7, 21.

**Rutuli**, de r. p. 2, 3, 5.

**Sabazia**, sacra Sabazii, dei Phrygii, coniuncti postea cum Διονύσῳ, de n. d. 3, 23, 58.

**Sabazius (Bacchus)** ab Aristophane e civitate eiectus tamquam deus peregrinus, de leg. 2, 15, 37.

**Sabellius**. L. Caesulenus ab L. Sabellio mulctam lege Aquilia damni iniuria petivit, Brut. 34, 131.

**Sabidius** et Panthera: homines obscuri, amici C. Antonii, competitoris Ciceronis in praetura et in consulatu, quod ad tabulam quos poneret non habebat, Q. Cic. de pet. cons. 2, 8.

**Sabinae virgines** Romuli iussu Consualibus raptae, de r. p. 2, 7, 12. — Romulus curias trigiuta descripsit, quas curias earum nomine nuncupavit, quae ex Sabinis virgines raptae postea fuerant oratrices pacis et foederis, de r. p. 2, 8, 14.
**Sabini**. Sabini, severissimi homines, eorum tribus Sergia, in Vatinium 15, 36. — Cum Sabinis de imperio dimicabatur, de off. 1, 12, 38. — Sabinum foedus a Romulo ictum, pro Balbo 13, 31. — Romulus Sabinorum conubia coniunxit, de orat. 1, 9, 37. — Sabini in civitatem recepti, pro Balbo 13, 31. de off. 1, 11, 35.
**Sabinius**, homo Reatinus, ex operis Clodianis, a quibus P. Sestius prope interfectus est, pro Sestio 37, 80. V. **Titius Sabinus.**
**Sabinus** ager, flos Italiae ac robur rei publicae, pro Ligario 12, 32. de lege agr. 2, 25, 66. de sen. 7, 24.
**Sabinus Albius**. V. **Albius Sabinus.**
**Sabinus**, Trebonii, ad fam. 15, 20, 1.
**Sacer mons**, Brut. 14, 54.
**Sacerdos**. V. **C. Licinius Sacerdos.**
**Sacerdos**, Archelaus Comanorum sacerdos, ad fam. 15, 4, 6.
**Sacra Via**, ad Att. 4, 5, 3. pro Plancio 7, 17.
**Sadala**, rex Thraciae, Verr. accusat. 1, 24, 63.
**Safinius Atella**. Staienus causam bonorum Safinii Atellae recepit, pro Cluentio 25, 68. — Hinc Safinianum iudicium, Ib. 36, 99.
**Sagitta**, sidus, Arat. v. 325.
**Sagittipotens**, Sagittarius caelestis, Arat. v. 311.
**Sagra**, fluvius Bruttiorum inter Locros et Cauloniam in Magna Graecia. Ad eum Crotoniatas Locri maximo proelio devicerunt, de n. d. 2, 2, 6. Ib. 5, 3, 11 et 13.
**Saguntini** parentes suos liberos emori quam servos vivere maluerunt, parad. 3, 2, 24.
**Saguntus**, urbs Hispaniae Tarraconensis. — Belli Punici secundi causa fuit Sagunti oppugnatio, Philipp. 5, 10, 27. — Saguntus ab Hannibale capta, de divin. 1, 24, 49.
**Saïtae** Aegyptii colunt Minervam secundam, Nilo ortam, de n. d. 3, 23, 59.
**Salacia** Neptuni a Salo dicta. — Salacia (*Τηθὺς*) Oceanusque Caeli satu Terraeque conceptu generati, Tim. 11.
**Salaminii**. Homerum suum Salaminii repetunt, pro Archia 8, 19.
**Salaminii** Cyprii vexati a M. Scaptio, ad Att. 5, 21, 10 sqq. — Eorum civitas in M. Catonis et M. Bruti fide locata, Ib. 6, 1, 5. Ib. 6, 2, 7.
**Salamis** insula, Xerxis clade nobilis. — Ante Salamina ipsam Neptunus obruet quam Salaminii tropaei memoriam, Tuscul. 1, 46, 110. de off. 1, 18, 61.
**Salamis**, Cypri urbs, ad Att. 6, 1, 6.
**Salapini**, incolae oppidi Apuliae Salapinae. — Salapinorum pestilentiae fines, de lege agr. 2, 27, 71.
**Salaria** via in agro Crustumino, de n. d. 3, 5, 11.
**Salarius** occisus a L. Vareno, Varen. fragm. 6. p. 244.
**Q. Salassus**, P. Curtii a Cn. Pompeio filio a. u. c. 709. occisi frater, ad fam. 6, 18, 2.



**Salentini**, populus Calabriae, quorum caput Salentia, pro Sex. Roscio 46, 132.
**Salernum**, oppidum Picentinorum in Magna Graecia, hodie *Salerno*, ad Her. 4, 51, 64.
**Salii** Martis sacerdotes. — Saliorum versus, de orat. 3, 51, 197. — Saliorum curia, quae est in Palatio, in ea situs erat Romuli lituus, de divin. 1, 17, 30. — Epulati sumus Saliarem in modum, ad Att. 5, 9, 1.
**Salinator**. V. **M. Livius Salinator.**
**Sallustius**. V. **Salustius.**
**Salmacis** Nympha fontis cognominis apud Halicarnassum, iuncta cum Hermaphrodito, probrum in semivirum, de off. 1, 18, 61.
**Sex. Saltius** et L. Considius practores (dummviri iuri dicundo) Capuae coloniae, de lege agr. 2, 34, 92.
**Salus** dea, de leg. 2; 11, 28. de n. d. 2, 23, 61. — Eius natalis Nonis Sextilibus celebrabatur, pro Sestio 63, 131. ad Att. 4, 1, 4. — Salutis augurium, de divin. 1, 47, 105. — Proverbium; 'Ipsa Salus te servare non potest', Verr. accusat. 3, 57, 131. — Caesarem *σύνναον* Quirino mavult Cicero quam Saluti, ad Att. 12, 45, 3.
**Salustius**, Salustii Empedoclea, ad Q. fr. 2, 9 (11), 4.
**C. Salustius Crispus** (historicus), trib. pl. a. u. c. 702. — Caesar etiam Salustio ignovit, ad Att. 11, 20, 2.
**Cn. Salustius**, ut videtur, Ciceronis cliens. Homo litteratus, ad Q. fr. 3, 5, 1. — Eum restituere in Luceii veterem gratiam Cicero non potuit, ad Att. 1, 3, 3. Ib. 1, 11, 1. Ib. 11, 11, 2. — Cn. Salustius officio vincit omnes, ad fam. 14, 4, 6. — Cicero cum Salustio Ciceronem suum ad Caesarem mittere cogitabat, ad Att. 11, 17, 1. cl. ad fam. 14, 11. — Aiunt non nulli, item Salustius, Ciceronem oportuisse accusare Gabinium a. u. c. 700., ad Q. fr. 3, 4, 2 et 3. — Consilium dat Ciceroni de componendis libris de re publica, Ib. 3, 5, 1. de divin. 1, 28, 59.
**C. Salustius**, ad fam. 2, 17, 1.
**P. Salustius**, ad Att. 11, 11, 2.
**Q. Salvidienus Rufus**, Octaviani studiosissimus, Ep. ad Brut. 1, 17.
**Salvius** libertus depravavit Hortensium filium, ad Att. 10, 18, 1.
**Salvius**, servus librarius Attici, ad Att. 13, 44, 3. — Anagnosta Attici, ad Att. 16, 2, 6. ad fam. 9, 10, 1. ad Att. 9, 7, 1. ad Q. fr. 3, 1, 6. §. 21. Ib. 3, 2, 1.
**Samarobriva**, oppidum Galliae, ad fam. 7, 11, 2. Ib. 7, 12, 1. Ib. 7, 16, 3.
**Samiae** capedines, Laelio in oratione memoratae, de r. p. 6, 2, 2.
**Samiarius** exsul, Dolabellae iussu tortor et carnifex Trebonii, Philipp. 11, 2, 5.
**Samnites**. Cum Samnitibus de imperio dimicabatur, de off. 1, 12, 38. — Eis dediti a. u. c. 433. T. Veturius et Sp. Postumius coss., Ti Numicius, Q. Maelius, de off. 3, 30, 109. — De auro Samnitium responsum M'. Curii, paradox. 6, 48. — Quondam hostes, postea clientes M'. Curii, de r. p. 3, 28, 40. — M'. Curius de Samnitibus triumphavit, de sen. 16, 55. — Foedus cum iis factum, de inv. 2, 30, 91. — Eorum castra ante Nolam a Sulla capta, de div. 1, 33, 72.

**Samnites**, genus gladiatorum, quod armis Samniticis utebatūr, Tusc. 2, 17, 41. — Samnitium magister cotidie commentatur, de orat. 3, 23, 86. — Samnites vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur, de orat. 2, 80, 325.

**Samnium**, regio Italiae inter Volcos, Pelignos, Campanos, Apulos, Lucanos, pro Cluentio 69, 197. ad Att. 14, 20, 2. Ib. 16, 11, 6.

**Samos**. V. **Samus.**

**Samothracia**, insula. Mysteria Cabirum ibi celebrata, de n. d. 1, 42, 119. — Samothraciae plurimae tabulae votivae, Diagorae de iisdem dictum facetum, Ib. 3, 37, 89. — Memoratur etiam in Pison. 36, 89.

**Sampsiceramus** nomine reguli Emesenorum per iocum Pompeius vocatur, ad Att. 2, 14, 1. Ib. 2, 16, 2. Ib. 2, 17, 2. Ib. 2, 23, 3.

**Samus.** — Fanum Iunonis Samiae expugnatum et spoliatum a C. Verre, Verr. accusat. 1, 19, 50. — Samus, Cnidus, Colophon a praedonibus Ciliciensibus captae, de imp. Cn. Pomp. 12, 33. — Samus, Ioniae nobilissima civitas a Q. Cicerone recreata, ad Q. fr. 1, 1, 8. §. 25.

**Sando**, Athenodori Stoici pater, ad fam. 3, 7, 5.

**Sanga**. V. **Fabius Sanga**.

**Sannio** servile nomen, ad Her. 4, 50, 63.

**Saocondarius**, Deiotari gener, pro Deiotaro 11, 30.

**Sapala**, Catilinae amicus, praeco, infimo loco natus, Q. Cic. de pet. cons. 3, 10.

**Sappho**, Silanionis opus, sublatum de prytanio Syracusano a C. Verre, Verr. accusat. 4, 57, 152.

**Saras**, Cleopatrae reginae libertus, ad Att. 15, 15, 2. cf. ib. 15, 17, 1.

**Sardanapallus**, rex Assyriae: eius epigramma, in quo gloriatur se omnes secum libidinum voluptates abstulisse, derisum ab Aristotele, de fin. 2, 32, 106. cl. Tusc. 5, 35, 101. — Sardanapallus, rex Assyriorum: vitiis multo quam nomine ipso deformior, de r. p. 3. fragm. p. 315.

**Σαρδάνιος γέλως**, ad fam. 7, 25, 1.

**Sardes**, urbs praecipua Lydiae, cuius incolae Sardiani, de sen. Cato 17, 59. fragm. p. 260.

**Sardi**, incolae Sardiniae insulae in mari Ligustico. A Poenis admixto Afrorum genere Sardi non deducti in Sardiniam atque ibi constituti, sed amandati et repudiati coloni, pro Scauro 19, 42. p. 235. — Magnam Sardorum esse partem sine fide, sine societate et coniunctione nominis Romani res ipsa declarat, Ib. 16, 44. — Sardorum mastrucca, Ib. 19, 45. pro Scauro fragm. 17, 38. p. 234. 239. — 'Sardi venales, alius alio nequior' proverbium, ad fam. 7. 24, 2. — Eis agris stipendioque mulctatis virtute adipisci licet civitatem, pro Balbo 18, 41. — A Sardis rogatus C. Iulius Caesar a. u. c. 651. ad accusandum T. Albucium accessit, Divinat. in Q. Caecil. 19, 63. cl. de off. 2, 14, 50.

**Sardiani**, Sardium incolae, ad fam. 13, 55, 1.

**Sardinia**. Sardiniam a. u. c. 705. Cotta tenebat, ad Att. 10, 16. 3. — Sardinia habet profecto quiddam ad recordationem praeteritae memoriae, ad Q. fr. 2, 2, 1. — Sardinia nullam habet amicam



populo Romano ac liberam civitatem, pro Scauro 19, 44. p. 235.

**Sardinienses** advenae in Sardiniam, pro Scauro fragm. p. 239.

**Sarpedon**, Iovis filius, a Patroclo occisus, de divin. 2, 10, 25.

**Saserna** alter, Antonianus, Philipp. 13, 13, 28. — Cum Matio et Postumio procurator ludorum Octavii a. u. c. 716., ad Att. 15, 2, 3.

**Sassia**, mater A. Cluentii Aviti, mulier scelerata, nubit genero A. Aurio Melino, pro Cluentio 5, 13. deinde Oppianico, Ib. 9, 28. — Familiariter utitur Sex. Attio, Ib. 62, 175. — Filio insidiatur, Ib. 63, 176. — Uxor generi, noverca filii, filiae pellex, Ib. 70, 199.

**Satricum**, oppidum Latii antiqui ad viam Appiam, ad Q. fr. 3, 1, 2. §. 4.

**Satrius**, legatus C. Trebonii, Ep. ad Brut. 1, 6.

**M. Satrius**, filius sororis L. Minucii Basili, atque ipse ab avunculo adoptatus postea L. Minucius Basilus, quem vide. — Patronus agri Piceni et Sabini, de off. 3, 18, 74.

**P. Saturius**, patronus Chaereae, qui pro eo contra Q. Roscium comoedum dixit, pro Rosc. Com. 1. 4. Ib. 6, 15. — Veterator, Ib. 8, 22. — Iudex diligens et religiosus in causa Oppianici, pro Cluentio 38, 107. Ib. 65, 182.

**Satrius**. V. **Caninius Satrius**.

**Saturnalia**, in Catil. 3, 4, 10. ad Att. 5, 20, 1. — Secundis Saturnalibus, ad Att. 13, 51, 1.

**Saturnii** versus 'quos olim Fauni vatesque canebant', Ennius, Brut. 18, 71.

**Saturninus**. V. **Annius Saturninus**.

**L. Saturninus**. V. **L. Appuleius Saturninus**.

**Saturnius**, id est, Iuppiter, de div. 2, 30, 64. — Saturnius Iuppiter, Tuscul. 2, 10, 73.

**Saturnus**, pater Iovis tertii, Cretensis, de n. d. 3, 21, 53. — Saturnus est appellatus, quod saturaretur annis, de n. d. 2, 25, 64. cl. ib. 3, 24, 62. — Eum vulgo maxime colunt ad occidentem, de n. d. 3, 17, 44. — Vetus haec opinio Graeciam opplevit, exsectum Caelum a filio Saturno, vinctum autem Saturnum ipsum a filio Iove, de n. d. 2, 24, 63. cl. ib. 3, 24, 62. — Saturni stirps, Tim. 11.

**Saturnus**, stella. Stella Saturni Martisve ad ortus puerorum contraria, de divin. 1, 39, 85. — Saturni stella φαίνων, de n. d. 2, 20, 52. Ib. 2, 46, 119. — Saturni signum, ad fam. 7, 23, 2.

**Satyri** an di, de n. d. 3, 17, 43.

**Satyriscus**, de divin. 1, 20, 39.

**Satyrus**, Tarentinorum heros indiges, apud eos in aede Vestae colitur, Verr. accusat. 4, 60, 135.

**Satyrus**, Attici servus litteratus, ad Att. 12, 22, 2.

**C. Saufeius**, adsecula Saturnini et Glauciae, pro C. Rabirio perd. 7, 20.

**L. Saufeius**, eques Rom., Epicurius, Attici familiaris, in studiis laboriosus, ad Att. 1, 3, 1. Ib. 2, 8, 1. Ib. 4, 6, 1. Ib. 6, 9, 4. Ib. 7, 1, 1. — Eius liber, ad Att. 14, 18, 4. Ib. 15, 4, 3.

**Saxa**. V. **L. Decidius Saxa.**

**Saxa rubra**, locus inter urbem et Veios prope Cremeram fluvium, Philipp. 2, 31, 77.

**Saxum sacrum**, rupes Aventini montis, de domo sua 53, 136.

**Scaeva**, servus Q. Crotonis. Scaevae, qui occidit L. Saturninum, libertas data est, pro C. Rabirio perd. 11, 31.

**Scaeva** Caesarianus, Cassius Scaeva, ad Att. 13, 23, 3. Ib. 14, 10, 2.

**Scaevola**. V. in **Muciis**.

**Scamander**, libertus C. et L. Fabriciorum Aletrinatium, qui venenum dare voluerat Cluentio, pro Cluentio 16, 47. — Defensus a Cicerone adversus P. Cannutium, Ib, 18, 50. — Condemnatus, Ib. 20, 55.

**P. Scandilius**, eques Rom., vexatus a C. Verre Syracusis, Verr. accusat. 3, 58, 135 sqq.

**Scantia**, mulier, vexata a P. Clodio, pro Milone 27, 75.

**Scantia**, silva, de lege agr. 1, 1, 3. Ib. 3, 4, 15.

**Scantinia** lex, de nefanda Venere. Ea M. Caelius Appium censorem postulavit a. u. c. 704., Caelius ad fam. 8, 12, 3. Ib. 8, 14, 4.

**M. Scaptius**, M. Bruti familiaris. Eius lis cum Salaminiis, ad Att. 5, 21, 10 sqq. — Appius Claudius eum habuerat praefectum. Cicero autem ei, ut negotiatori, praefecturam deferre noluit, Ib. cl. ib. 6, 1, 5 sqq. Ib. 6, 2, 7. Ib. 6, 3, 5. — Matinius, Scaptius merae nugae, Ib. 6, 3, 5. ad Att. 15, 13, 4. Ep. ad Brut. 1, 18. Ib. 2. 4.

**Scapula**. — In Hispania bellum commotum a Scapula, postea confirmatum a Sex. Pompeio, ad fam. 9, 13, 1. cl. ad Att. 12, 38, 4. — Horti Scapulani, ad Att. 12, 40, 4.

**P. Scapula** fenerator. Ei pecuniam C. Quinctius debebat, pro Quinct. 4, 17.

**Scato**, homo sua virtute egens, Clodianus, e Marsis, sub cuius nomine P. Clodius aedes Q. Seii in Palatio nobilissimas emit, de domo sua 44, 116.

**Scauri**. V. in **Aemiliis Scauris** et in **Aureliis Scauris**.

**Scepsius**, a Scepsi, Mysiae oppido, Metrodorus Scepsius, Tuscul. 1, 24, 59.

**Scherini**, civitas parva in Sicilia, Verr. accusat. 4, 43, 103.

**Scipiones**. V. in **Corneliis Scipionibus**.

**Scopas**, fortunatus homo, princeps Thessalus, eius avaritia in Simonidem vindicata, de orat. 2, 86, 352.

**Scopas**, eximius scalptor, natus in insula Paro. Eius praestantia, de divin. 1, 13, 23.

**Scorpios** Oriona occidit, Arat. v. 317. 678. de n. d. 2, 44, 113.

**C. Scribonius Curio** (avus), praetor a. u. c. 633. Consulatum adeptus non est. — Eius laudes et orationes, Brut. 32, 122. cl. ib. 32, 124. — Eius oratio pro Fulvio, de inv. 1, 43, 80. — Eloquentissimus temporibus suis, de orat. 2, 33, 98. — Laus eloquentiae eius, Ib. 2, 23, 98. qui consul fuit cum Cn. Octavio a. u. c. 678.

**C. Scribonius Curio**, pater, in caede Saturnini a. u. c. 654., cum consulibus fuit, pro C. Rabirio perd. 7, 21. — Eius mortem a. u. c. 701. Cicero nunciat C. filio, ad fam. 2, 2. — Ex Macedonia triumphum de Dardanis egit a. u. c. 683., in Pison. 19, 44. — Quum Hortensius consul designatus esset, C. Verri maxima voce gratulatus est, quod eum absolutum iri putavit, Verr. accusat. 1, 7, 18. — Male Curio, quum causam Transpadanorum aequam esse dicebat, semper addebat: 'Vincat utilitas rei publ.', de off. 3, 22, 88. — C. Curio favebat legi Maniliae, de imp. Cn. Pomp. 23, 68. — P. Clodium in senatu iuvare frustra studet a. u. c. 693., ad Att. 1, 14, 5. — Curio de animadversione in Catilinarios dixit ante Catonem, Ib. 12, 21, 1. — Consulatum Ciceronis ἀποθέωσιν vocabat, ad Att. 1, 16, 13. cl. Philipp. 2, 5, 12. — Quid ei Cicero de filio suaserit, Ib. 18, 45. — C. Curionem cum filio principe iuventutis L. Vettii indicio delere voluit P. Vatinius, tribunus pl. a. u. c. 695., in Vatinium 10, 24. C. Curio, pontifex a. u. c. 697., de harusp. resp. 6, 12. — Bonis adnumeratur a. u. c. 698., ad Q. fr. 2, 3, 2. — Quo modo se gesserit in causa Ptolemaei regis Aegypti a. u. c. 698., ad fam. 1, 4, 1. — Curio pater, privata in causa magna - - quum coepisset respondere, subito adsedit, quum sibi venenis ereptam memoriam diceret, orat. 37, 129. — Eum quondam contio reliquit, Brut. 51, 192. Ib. 29, 110. Ib. 58, 210. — Orator Latine non pessime loquebatur, sed erat indoctus, memoria nulla, actione ridiculus, Ib. 59, 213 sqq. 60, 216. 217. 220. Ib. 66, 234. Ib. 89, 305. — Eius liber adversus Caesarem, Ib. 60, 218. — Dicebat se omnia, quae haberet amplissima, sine ullo munere adeptum esse, de off. 2, 17, 59. Contra eum dixit Cicero in oratione in Clodium et Curionem, fragm. p. 201 sqq.

**C. Scribonius C. F. Curio**, ad fam. 8, 8, 5 et 6. — Ad eum sunt scriptae ep. ad fam. 2. ep. 1—8. — De eius ingenio et facultate dicendi, Brut. 81, 280. — Curio filius C. Curionis, ab hoc loquens inductus in libro, quo Caesaris res gestas reprehendit, Brut. 58, 210. Ib. 60, 218. — C. Curio amator M. Antonii, Philipp. 2, 2, 3. Ib. 2, 18, 44. — Eius uxor Fulvia, nupta postea Antonio, Ib. 2, 5, 11. — Curionis filiola, ad Att. 1, 14, 5. Ib. 1, 15, 1. — Clodii, Caesaris, Pompeii inter ipsos dissensionis Cicero quaedam initia sensit ex Curione a. u. c. 695., ad Att. 2, 7, 3. — Curio Caesari, Pompeio, Crasso inimicus a. u. c. 695., ad Att. 2, 8, 1. — Vettius index Caesari pollicitus est sese curaturum, ut in aliquam suspicionem facinoris Curio filius adduceretur etc. a. u. c. 695., ad Att. 2, 24, 2 sqq. — Curio filius iratus P. Clodio tribunatum pl. petenti a. u. c. 695., ad Att. 2, 12, 2. — Ei plausus, salutatio aliaque benevolentiae signa a bonis impertiuntur, quia Caesari et Pompeio adversatur, Ib. 2, 18, 1. — Caesar quum ludis Apollinaribus a. u. c. 695. venisset mortuo plausu, Curioni filio summus favor factus est. Tulit Caesar graviter, ad Att. 2, 19, 3. — Axius non ita laudat Curionem, Ib. 3, 15, 3. — Eius oratio, Ib. 3, 20, 2. — Eius merita in Ciceronem tempore Clodiano, ad fam. 2, 1, 2. — Ei pater decedit a. u. c. 701., Ib. 2, 2. — Eius libertus Rupa excusatur, quod in funere patris ludos non promiserit, Ib. 2, 3, 1. — Eum Cicero ad studium summae laudis cohortatur, Ib. 2, 4. — Ei ex provincia in Italiam adventanti Milonis causa consulatum petentis commendatur, Ib. 2, 6. — Eius theatrum in funebri patris munere exstructum,

ad fam. 8, 2, 1. — C. Curio tribunatum pl. petiit a. u. c. 703. in locum Servii (Polae) trib. pl. designati, condemnati, Caelius ad fam. 8, 4, 2. — Eum non mediocriter Caesar contempsit. — Nihil consilio facit, Ib. ead. §. Ib. 8, 5, 3. — Ei Cicero tribunatum plebis gratulatur, ad fam. 2, 7, 1. — Petit pontificatum, Ib. 2, 7, 3. — Eius auxilium exposcit, ne sibi provincia prorogetur, Ib. 2, 7, 4. — Curioni tribunatus conglaciat, Caelius ad fam. 8, 6, 3. — Ferventissime concerpitur, Ib. 8, 6, 4. — Levissime, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum et pro Caesare loqui coepit: legemque viariam, non dissimilem agrariae Rulli, et alimentariam, quae iubet aediles metiri, iactavit a. u. c. 704., Ib. 8, 6, 5. Prius vero a. u. c. 703. se contra Caesarem totum pararat, Ib. 8, 8, 10. Ib. 8, 9, 1 et 3. — Operam dat, ut aliquid Caesari adimat, inde ut aliquid Pompeio tribuat, quodvis quamlibet tenue munusculum, Ib. 8, 10, 3. — Eius actiones de agro Campano, Ib. 8, 10, 4. — Curio Ciceronis cupidissimus negabat se ullo modo pati posse decerni supplicationes a. u. c. 704., Ib. 8, 11, 1. — Deinde se suarum actionum cursu Ciceronis causa deflexit, Ib. 8, 11, 2 sqq. — Lautum intercessionis de provinciis exitum habuit, Ib. 8, 13, 2. Ib. 8, 14, 4. — C. Curionis amicitia Caelium paullatim in perditam causam Caesarianam imposuit, Caelius ad fam. 8, 17, 1. — Caesarem a. u. c. 704. defendit Curio, ad fam. 2, 13, 3. — Favet Cicero Curioni, Caesarem honestum esse cupit, pro Pompeio emori potest, Ib. 2, 15, 3. — Curio de Memmio restituendo cogitabat a. u. c. 704., ad Att. 6, 1, 23. cf. ib. 6, 1, 25. — Exactis urbanis intelligebat Cicero Curionis constantia omnia potius actum iri quam de provinciis, Ib. 6, 2, 6. — Ad Ciceronem odiosa adferebantur de Curione, Ib. 6, 3, 4. — Curio cupidissimus Ciceronis a. u. c. 704., ad fam. 15, 14, 5. ad Att. 7, 7, 5. — Curionis litterae ad Furnium, quibus irridet L. Caesaris legationem a. u. c. 705., Ib. 7, 19. — Caesar minaces ad senatum et acerbas litteras misit, et Curio illum incitabat. Antonius quidem et Q. Cassius nulla vi expulsi ad Caesarem cum Curione profecti sunt a. u. c. 705., ad fam. 16, 11, 2. — Curio a. u. c. 705. praesidia, quae in Umbria et Tuscis erant, contraxit et ad Caesarem iter fecit, ad Att. 8, 12. C. 1. Caesar solebat dicere nihil Curionem se duce facere, quod non Cn. Pompeius Sulla duce fecisset, ad Att. 9, 14, 2. Ib. 9, 15, 1. — Si vicerit Pompeius ipsum Curionem ad eum transiturum putat Cicero, ad Att. 10, 8, 2. — Natura, non patris culpa Curionem corrupit, Ib. 10, 4, 6. — Eius colloquium cum Cicerone, Ib. 10, 4, 7. Ib. 10, 7, 1. — Antonio vult Cicero se tam facili uti posse et tam bono in se quam Curione a. u. c. 705., ad. Att. 10, 8, 10. — Laudatur, Ib. 10, 10, 3. — Mox ipse quoque suspectus, ib. 10, 12, 1 sqq.

**(Scribonius) Largus.** Dictum in eum, de orat. 2, 59, 240.

**(Scribonius) Largus,** studiosus A. Caecinae, ad fam. 6, 8, 1.



**L. Scribonius Libo,** praetor a. u. c. 550. Puteal in foro construxit, cuius putealis in vicinia argentarii s. feneratores habebant tabernas suas, pro Sestio 8, 18.

**L. Scribonius Libo.** Quaerit Cicero L. Libo, qui Ser. Galba rogationem tulit, quod praetor Lusitanos contra interpositam fidem occidisset, Censorinone et Manilio a. u. c. 605. an T. Quinctio M'. Acilio coss. a. u. c. 704. tribunus pl. fuerit, ad Att. 12, 5, 3. — L. Scribonius Libo trib. pl. a. u. c. 605. rogationem in Ser. Sulpicium Galbam privilegii similem tulit, Brut. 23, 89. de orat. 2, 65, 263. — Libonem non infantem fuisse, idque ex orationibus eius intelligi posse, Brut. 23, 90. — Eius dictum, de orat. 2, 65, 263. — Eius liber annalis, ad Att. 13, 30, 3. Ib. 13, 32, 3. Ib. 13, 44, 3.

**L. Scribonius Libo,** cuius filiam Sex. Pompeius Cn. F. uxorem habebat, quo modo (trib. pl.) se gesserit in causa Ptolemaei regis a. u. c. 698., ad fam. 1, 1, 3. — L. Libo familiaris Ciceronis et Varronis, Acad. post. 1, 1, 3. — L. Libo amicus M. Marii et Ciceronis a. u. c. 708., ad fam. 7, 4. — Libo, socer Sexti Pompeii, Caesarem fugit a. u. c. 705., ad Att. 7, 12, 2. — Libo, Pompeianus a. u. c. 705., Ib. 8, 11 B., 2. — Non laudatur, Ib. 9, 11, 4. — Libo, familiaris D. Bruti, ad fam. 11, 7, 1. — Libo, debitor Ciceronis a. u. c. 709., ad Att. 12, 18, 3. Ib. 12, 19, 2. — Libo a. u. c. 710. Sex. Pompeii amicus, ad Att. 16, 4, 1.

**(C. Scribonius) Rupa,** C. Curionis filii libertus, ad fam. 2, 3, 1.

**Scrofa.** V. **Cn. Tremellius Scrofa.**

**Scylax** Halicarnasseus, familiaris Panaetii, excellens in astrologia idemque in regenda sua civitate princeps, totum Chaldaicum praedicendi genus repudiavit, de div. 2, 42, 88.

**Scylla,** saxum, pro Sest. 8, 18.

**Scylla** canibus succincta. Ei comparatur C. Verres, Verr. accusat. 5, 56, 146. cf. de harusp. resp. 27, 59. de n. d. 1, 38, 108.

**Scyllaeum** fretum, tropice de angustiis aeris alieni dictum, pro Sest. 8, 18.

**Scyron** Epicurius, tempore Ciceronis, omnia meminit Epicuri δόγματα, Acad. pr. 2, 33, 106.

**Scyrus,** insula maris Aegaei, ad Att. 5, 12, 1.

**Scythae,** Verr. accusat. 5, 58, 150. fragm. p. 253. — Scythes Anacharsis, Tuscul. 5, 32, 90. V. **Anacharis.**

**Scythia,** in Pison. 8, 18. de n. d. 2, 34, 88.

**Scythicum** tegimen, Tuscul. 5, 32, 90.

**Sebosus,** Catuli familiaris, molestus Ciceroni, ad Att. 2, 14. Ib. 2, 15, 3.

**Sedulius** de operis Clodianis, de domo sua 30, 79. Ib. 31, 81.

**Segavianus,** nomen corruptum, ad fam. 10, 17, 3.

**Segesta** est oppidum pervetus in Sicilia. Eius incolae Segestani non solum perpetua societate atque amicitia, verum etiam cognatione se cum populo Romano coniunctos esse arbitrabantur. Eis Karthaginem ablatum Dianae simulacrum ex aere redditum est a P. Scipione Africano minore, Verr. accusat. 4, 33, 72 sqq. — Id ablatum est a C. Verre, Ib. —

Segestana Diana, orat. 62, 210. — Segesta, immunis civitas, Verr. accusat. 3, 40, 92. — Segestana civitas sine foedere immunis ac libera, Ib. 3, 6, 13. — Segestana et Centuripina civitas quum officiis, fide, vetustate, tum etiam cognatione populi Romani nomen attingunt. Ib. 5, 32, 83.

**Segulius Labeo**, homo nequam, ad fam. 11, 20, 1. Ib. 11, 21, 1.

**Segusiani**, populi Galliae Lugdunensis, pro Quinct. 25, 80.

**Seius**, homo perditus, Antonianus, Philipp. 12, 6, 14.

**M. Seius L. F.** Ne M. quidem Seio (aedili a. u. c. 680.) vitio datum est, quod in caritate annonae asse modium populo dedit, de off. 2, 17, 58. — M. Seium, qui ne equestrem quidem splendorem incolumem a calamitate iudicii retinere potuit, in aedilitate petenda populus praetulit M. Pupio Pisoni, pro Planc. 5, 12. — Seius, amicus Ciceronis, ad fam. 9, 7, 1. — Seius, Attici familiaris, ad Att. 5, 13, 2. — Incendio Plaetoriano ambustus, Ib. 5, 20, 8. — Eius mortem luget a. u. c. 709., ad Att. 12, 11.

**M. Seius**, familiaris et, ut videtur, legatus D. Bruti, ad fam. 11, 7, 1.

**Q. Seius Postumus**, eques Rom. Quum is P. Clodio domum vendere noluisset, ab eo veneno sublatus est, de domo sua 44, 115. Ib. 50, 139. de harusp. resp. 14, 30.

**Selene** (etiam Cleopatra dicta), filia Ptolemaei Physconis, soror Lathyri, uxor Antiochi *τοῦ Εὐσεβοῦς*, a Tigrane a. u. c. 684. Seleuceae interempta. Eius filii duo sunt Antiochus Asiaticus et Seleucus Cybiosactes, Verr. accusat. 4, 27, 61.

**Seleucea Pieria**, urbs Syriae ad Euphratem, ad Att. 11, 20, 1.

**Seleucea**, regia Parthorum, ad fam. 8, 14, 1.

**Seleucus Cybiosactes**, filius Antiochi *τοῦ Εὐσεβοῦς* et Selenes, frater Antiochi, Verr. act. 4, 27, 61. V. **Antiochus** et **Selene**.

**Seleucus** Q. Leptae, ad fam. 6, 18, 1.

**Selicia**, ad Att. 15, 13, 4.

**Seliciana uncia**, Q. Selicii feneratoris, ad Att. 4, 18, 3.

**Seliciana** villa, ad fam. 9, 16, 10.

**Q. Selicius**, fenerator, ad Att. 1, 12, 1. — Q. Selicius, amicus P. Lentuli Spintheris, quo utebatur ad omnia Cicero in causa Ptolemaei regis, ad fam. 1, 5. a., 3 et 4. V. **Seliciana uncia.**

**P.** et **C. Selii**, familiaris L. Luculli, docti hominis, qui Philonem Romae audierant, Acad. pr. 2, 4, 11.

**Selius**, familiaris Ciceronis, ad fam. 7, 12, 1.

**Selius**, infans homo, circa a. u. c. 703., ad fam. 7, 32, 2. cl. ib. 7, 12, 4.

**Semele**, Liberi mater, Tuscul. 1, 12, 28. de n. d. 2, 24, 62.

**Semiramis**. Semiramin invidiose vocat Cicero A. Gabinium, ut mollitiem eius notet, de prov. cons. 4, 9.

**Semproniae leges**, leges a C. Graccho latae frumentariae, agrariae, iudiciariae, Philipp. 1, 7, 18.

**Sempronia** lex frumentaria, Brut. 62, 222. Tuscul. 3, 20, 48.

**Semproniae** leges de capite civium Romanorum, Verr. accusat. 5, 63, 163. in Catil. 4, 5, 10. cl. ib. 1, 11, 28.

**Sempronia** lex, postea Cornelia, ne



quis iudicio circumveniatur, pro Cluent. 56, 151.

**Sempronia** lex de provinciis consularibus, ad fam. 1, 7, 10. de domo sua 9, 24. pro Balbo 27, 61. de provinc. cons. 2, 3.

**Sempronia** lex de provincia Asia, Verr. accusat. 3, 6, 12. cl. ad Att. 1, 17, 9.

**A. Sempronius** et **Marcus** eius frater. — Vargulae in eos dictum: 'musca quaesturae', de orat. 2, 60, 247.

**P. Sempronius Asellio**, historicus Latinus, de leg. 1, 2, 6.

**L. Sempronius Atratinus**, consul cum L. Papirio Mugillano a. u. c. 310., cum eodem censor a. u. c. 312., ad fam. 9, 21, 2.

**L. Sempronius Atratinus** pater. Eum de ambitu postulavit M. Caelius, absolutum iterum accusavit, pro Cael. 1, 1.

**L. Sempronius Atratinus** filius, accusator M. Caelii, pro Cael. 1, 1. Ib. 1, 2. Ib. 3, 7. — Disertus adolescens, Ib. 7, 15.

**(Sempronius) Gracchus** insitivus, i. e. Equitius, qui se Ti. Gracchi filium simulabat, tribunus a. u. c. 658., quem Q. Metellus Numidicus contra vim multitudinis incitatae censu prohibuit, pro Sest. 47, 101. — 'Ille ex compedibus atque ergastulo Gracchus', pro C. Rab. perd. 7, 20.

**P. Sempronius Gracchus**, pater Ti. Gracchi cos., avus T. et C. Gracchorum, de divin. 1, 18, 36.

**Ti. Sempronius Gracchus P. F.**, is, qui bis consul a. u. c. 577. et 591. et censor a. u. c. 585. fuit. Eius est oratio Graeca apud Rhodios, quem civem quum gravem tum etiam eloquentem constat fuisse, Brut. 20, 79. cl. ib. 46, 170. — Claudii invidiam Gracchi (collegae in censura) caritas deprecata est, de r. p. 6, 2, 6. — Eum populus Rom. ob id, quod insciente collega in censura nihil egisset, post censuram consulem fecit, de inv. 1, 30, 48. — Cos. iterum a. u. c. 591. quum P. Scipionem C. Figulum coss. a. u. c. 592. crearet, vitio tabernaculum cepit, de n. d. 2, 4, 10. — Gracchus augur, postea quam in Sardiniam venit, recordatus est quid sibi in Campo Martio comitia consulum habenti contra auspicia accidisset, ad Q. fr. 2, 2, 1. cl. de divin. 1, 17, 33. Ib. 2, 35, 74. — De duobus anguibus domi Gracchi comprehensis et de augurio ex ea re capto, Ib. 1, 18, 36. — Ti. Gracchus, pater, Scipionis Africani minoris socer, de am. 27, 101. — Memoratur etiam de inv. 1, 49, 91. — Rei publicae rector et consilii publici auctor, de orat. 1, 48, 211. — Homo prudens et gravis, haudquaquam eloquens, et saepe alias et maxime censor a. u. c. 585. saluti rei publ. fuit, libertinis in urbanas tribus translatis, Ib. 1, 9. 38. — Pater Gracchorum, de fin. 4, 24, 65. — de off. 2, 12, 43. — Is tribunus pl. solus ex toto illo collegio L. Scipioni auxilio fuit, inimicissimus ipsius et fratris eius Africani, iuravitque in contione se in gratiam non redisse, sed alienum sibi videri dignitate imperii, quo duces essent hostium Scipione triumphante ducti, eodem ipsum duci, qui triumphasset, de prov. cos. 8, 18. — In proelio cum Lucanis cecidit, Tuscul. 1, 37, 89.

**Ti.** et **Sempronii Gracchi**, exceptis L. Crasso et M. Antonio,

omnium eloquentissimi, eloquentia civitatem dissipaverunt, de orat. 1, 9, 38. — Gracchi, Africani nepotes, ad Her. 4, 5, 7. Ib. 4, 31, 42. Ib. 4, 54, 67. de inv. 1, 4, 5. Ib. 1, 49, 91. — Nullum umquam in contione habebant conductum, pro Sest. 49, 105. — Eos agrariae contentiones perdiderunt, de off. 2, 23, 80. — Etiam in Gracchorum ferocitate leges Aelia et Fufia vixerunt, in Vatin. 9, 23. — Ti. et C. Gracchos plebem in agris publicis constituisse, qui agri a privatis antea possidebantur, eorum tamen consiliis, sapientia, legibus multas esse rei publ. partes constitutas, de lege agr. 2, 5, 10. — Campanus ager per sese et Sullanae dominationi et Gracchorum largitioni restitit, de lege agr. 1. 7, 21. cl. ib. 2, 29, 81.

**Ti. Sempronius Gracchus Ti. F. P. N.** — Is M. Aemilium Lepidum Porcinam audire solitus est, Brut. 25, 96. — Propter turbulentissimum tribunatum, ad quem ex invidia foederis Numantini a. u. c. 617. bonis iratus accesserat, ab ipsa re publ. est interfectus, Brut. 27, 103. cl. de har. respons. 20, 43. — Summus orator. — Diligentia Corneliae matris a puero doctus et Graecis litteris eruditus. — Eius magister Diophanes Mytilenaeus, Brut. 27, 104. Ib. 86, 296. — Gracchi in contionibus multo faciliore et liberiore genere dicendi quam superiores, Ib. 97, 333. — Ti. Gracchus convellit statum civitatis, de harusp. resp. 19, 41. — A Ti. Gracchi aequitate et pudore longissime remotus est P. Rullus, de lege agr. 2, 12, 31. — Ei P. Crassum et P. Scaevolam fratres aiunt auctores legum fuisse, alterum (Crassum), ut videmus, palam, alterum, ut suspicantur, obscurius, Acad. pr. 2, 5, 13. cl. ib. 2, 5, 15. — Ti. Gracchus iustus esse perseveravit in civibus, sociorum nominisque Latini iura neglexit ac foedera, de r. p. 3, 29, 41. — De agraria Ti. Gracchi lege, pro Sest. 48, 103. — In primis ei molestus fuit Q. Aelius Tubero, quod indicat Gracchi in hunc oratio. Sunt etiam in Gracchum Tuberonis, Brut. 31, 117. cl. de am. 11, 37. — Ti. Gracchus de M. Octavio detulit sitellam, de n. d. 1, 38, 106. — Ti. Gracchus collegae M. Octavio magistratum per seditionem abrogavit, pro Mil. 27, 72. de leg. 3, 10, 24. Ib. 3, 11, 26. — Eum iniuria accepta fregit patientia M. Octavius, Brut. 25, 95. — Iterum tribunus pl. fieri voluit, in Catil. 4, 2, 4. — Eum sequebantur C. Carbo, C. Cotta, de am. 11, 39. — Regnum occupare conatus est vel regnavit is quidem paucos menses, Ib. 12, 41. — Ti. Gracchi tribunatus nihil iuris bonis viris reliquit, de leg. 3, 9, 20. — Eius mors rhetorice narrata, ad Her. 4, 55, 68. — Eius conatus perditos vindicavit P. Scipio Nasica, de off. 1, 30, 109. cl. Brut. 58, 212. — P. Scipio, pontifex maximus, Ti. Gracchum mediocriter labefactantem statum rei publ. privatus interfecit, in Catil. 1, 1, 3. cl. de off. 1, 22, 76. — Illi, qui cum Graccho fuerunt deiecti ex Capitolio, pro Caec. 30, 87. — Scipioni Africano minori iuri caesus videbatur, de orat. 2, 25, 106. cl. pro Mil. 3, 8. Ib. 5, 14. — P. Mucius Scaevola arma, quae privatus P. Scipio sumpserat, ea Ti. Graccho interempto iure optimo sumpta esse defendit, pro Planc. 36, 88. — Rem publ. administrantem indigna prohibuit nex diutius in ea commorari, ad Her. 4, 22, 31. — Mors Ti. Gracchi et iam ante tota illius ratio tribunatus divisit populum unum in duas partes, de r. p. 1, 19, 31. — De sacerdotibus populi Rom. post caedem Ti. Gracchi ad Cererem placandam Hennam profectis, Verr. accusat. 4, 49, 108. — Memoratur etiam de r. p. 2, 27, 49. — Cornel. sec. fragm. 4. p. 214. Philipp. 8, 4, 13. V. **P. Scipio Nasica.**



**C. Sempronius Gracchus.** Tanto erat ingenio, tanta vi, tanta gravitate dicendi, ut dolerent boni omnes non illa tanta ornamenta ad meliorem mentem voluntatemque esse conversa, de harusp. resp. 19, 41. — Damnum illius immaturo interitu res Romanae Latinaeque litterae fecerunt, Brut. 33, 125 sqq. — C. Gracchus quaesturam petiit a. u. c. 627. Eius somnium narratum a Caelio Antipatro, de divin. 1, 26, 56. — Quaestor fuit M. Lepido et L. Oreste consulibus, Brut. 28, 109. — Eius tribunatus, de am. 12, 41. — Eum mors fraterna, pietas, dolor, magnitudo animi ad expetendas domestici sanguinis poenas excitavit, de harusp. resp. 20, 43. — Legem tulit, ne de capite civium Romanorum iniussu Quiritium iudicaretur, pro C. Rab. perd. 4, 12. — Cum fratre concordissime vixit, Ib. 5, 14. — Legem NE QUIS IUDICIO CIRCUMVENIRETUR tulit, pro Cluent. 55, 151. — Frumentariam legem C. Gracchus ferebat. — Repugnabant boni, quod et ab industria plebem ad desidiam avocari putabant et aerarium exhauriri videbatur, pro Sest. 48, 103. Ib. 67, 140. — C. Gracchi frumentaria magna largitio a. u. c. 631. exhauriebat aerarium, de off. 2, 21, 72. — C. Gracchus, quum largitiones maximas fecisset et effudisset aerarium, verbis tamen defendebat aerarium. Eius altercatio cum L. Pisone Frugi, Tuscul. 3, 20, 48. — C. Gracchus, provincias consulares non modo non abstulit ab senatu, sed etiam, ut necesse esset quotannis constitui per senatum decretas, lege sanxit, de domo sua 9, 24. — C. Gracchus agrarios concitare conatus est, in Catil. 4, 2, 4. — C. Gracchus omnem rei publ. statum permutavit, de leg. 3, 9, 20. — Gracchus de P. Popillio tulit, ut ei aqua et igni interdiceretur, de domo sua 31, 82. — P. Popillium vi C. Gracchi expulsum restituit L. Bestia a. u. c. 633., Brut. 34, 128. — Ei restitit M. Scaurus, pro Sest. 47, 101. — Quae C. Gracchus rei publicae vulnera imponebat, eadem M. Livius Drusus sanabat, de fin. 4, 24, 66. — Tribunus iterum fractus est a M. Druso, Brut. 28, 109. — Ipse lator legis Semproniae iussu populi poenas rei publicae dependit, in Catil. 4, 5, 10. — Ei occisio oblata est, quae virum rei publ. amantissimum subito de sinu civitatis eripuit, ad Her. 4, 22, 31. — Tumultus domesticos comparavit, Ib. 4, 28, 38. — Decrevit quondam senatus, ut L. Opimius consul videret, ne quid res publica detrimenti caperet. Nox

nulla intercessit: interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus, clarissimo patre, avo, maioribus, in Catil. 1, 2, 4. — Interfectus a L. Opimio, Brut. 34, 128. Philipp. 8, 4, 14. V. **L. Opimius.** — Iurene eum occiderit Opimius, part. or. 30, 104 et 106. — Exempla ab eo sumenda in artibus rhetoricis Latinis, ad Her. 4, 1, 2. — Eiusdem facultas oratoria, Ib. 4, 2, 2. — Eius orationes, de orat. 1, 34, 154. — Fragmentum orationis habitae apud Censores, quum e quaestura Sardiniensi redux reus factus esset a M. Iunio Penno trib. pl. a. u. c. 627., orat. 70, 233. — Agitatus a M. Penno, Brut. 28, 109. — Eius oratio, in qua permulta in L. Pisonem Frugi turpia ac flagitiosa dicuntur, pro Font. 13, 29. — Fragmentum ex incerta eius oratione, de orat. 3, 56, 214. — Eius fistulator, Ib. 3, 60, 225. — Quid de patre, Ti. Graccho cos., ad M. Pomponium scriptum reliquerit, de divin. 1, 18, 36. Ib. 2, 29, 62. — C. Fannii oratio in eum, Brut. 26, 99 et 100. — Oratio a C. Fannio adversus eum habita, Idem p. 224. 261. Brut. 29, 110. Cornel. sec. fragm. 4. p. 214.

**Ti. Sempronius Longus** cum P. Scipione Africano maiore cos. a. u. c. 560., Cornel. prim. fragm. 12. p. 210.

**C. Sempronius Rufus.** Rufus accusatus a M. Tuccio, calumniam maximo plausu tulit a. u. c. 703., Cael. ad fam. 8, 8, 1. — *Εὐήθειαν* Sempronii Rufi cognovit Cicero ex epistola Attici Corcyraea, a. u. c. 704., ad Att. 6, 2, 10. — Sempronius laesus a Q. Cornificio a. u. c. 710., ad fam. 12, 22, 4. et 25, 3 et 5. — Sempronianum senatus consultum, quo laedebatur Q. Cornificii dignitas, Ib. 12, 29, 2.

**Sempronius Tuditanus**, adfinis Catuli, insanus, Acad. pr. 2, 28, 89. — Tuditanus cum palla et cothurnis nummos populo de Rostris spargere solebat, Philipp. 3, 6, 16.

**C. Sempronius C. F. Tuditanus**, pater eius, qui proxime sequitur, proavus Hortensii oratoris. Eum plane non norat Cicero, ad Att. 13, 6, 4. — Unus ex decem legatis L. Mummii aut quaestor aut tribunus mil. etc., Ib. 13, 33, 3.

**C. Sempronius C. F. Tuditanus** (filius). Num inter decem legatos L. Mummii fuerit, ad Att. 13, 30, 3. — Praetor fuit P. Popillio P. Rupilio cos. a. u. c. 622., Ib. 13, 32, 3. — C. Sempronius Tuditanus consul a. u. c. 625. quum omni vita atque victu excultus atque expolitus tum eius elegans est habitum etiam orationis genus, Brut. 25, 95. — C. Sempronius Tuditanus cos. cum M. Aquilio a. u. c. 625. Iis coss. sol geminatus, de n. d. 2, 5, 14. de r. p. 1, 9, 15.

**M. Sempronius Tuditanus** consul cum C. Claudio Centone a. u. c. 514., Brut. 18, 72. Tuscul. 1, 1, 3. de sen. 14, 50.

**P. Sempronius Tuditanus** consul cum M. Cornelio Cethego a. u. c. 550., Brut. 15, 60. de sen. 4, 10.

**Semurium**, ager a Larentia populo Romano legatus, Philipp. 6, 5, 13.

**Senectus** dea, de n. d. 3, 17, 44.

**Senense proelium**, id est, apud Senam, Etruriae oppidum, quo M. Livius Salinator cum collega C. Claudio Nerone coniunctus Hasdrubalem, Hannibalis fratrem cecidit a. u. c. 547., Brut. 18, 73.



**Seniae** balneae fuerunt Romae et quidem publicae, pro Cael. 25, 61.

**C. Sentius Saturninus**, praetor obtinuit Macedoniam, Verr. accusat. 3, 93, 217. in Pison. 34, 84.

**Seplasia**, platea Capuae, in qua unguentarii negotiari erant soliti, de lege agr. 2, 34, 94. pro Sest. 8, 19. in Pison. 11, 24.

**Septem aquae**, lacus agri Reatini, ad Att. 4, 15, 5.

**Septem sapientes** illi non suo, sed populorum suffragio omnium nominati sunt, de fin. 2, 3, 8. — Septem sapientes omnes praeter Milesium Thalen civitatibus suis praefuerunt, de orat. 3, 34, 137. cl. de r. p. 1, 7, 12. — Eos, qui ista subtilius quaerunt, in numero sapientium non habent, de am. 2, 7. Tuscul. 5, 3, 7.

**Septem triones**, Arat. v. 28. de n. d. 2, 41, 104. cl. Acad. pr. 2, 20, 66.

**Septimia**, uxor, ut videtur, Siccae, ad Att. 16, 11, 1.

**C. Septimius**, praetor a. u. c. 697. favebat Ciceroni, post red. in sen. 9, 23. — C. Septimius, augur a. u. c. 709., ad Att. 12, 13, 2. Ib. 12, 14, 1. — C. Septimius T. F. Quirina, ad fam. 8, 8, 5 et 6.

**C. Septimius**, Bibuli consulis a. u. c. 695. scriba, ad Att. 2, 24, 2.

**L. Septimius** orator deridetur, Varro. fragm. 8. p. 244.

**P. Septimius Scaevola.** Septimio senatore damnato Q. Hortensio praetore a. u. c. 682. de pecuniis repetundis, lis aestimata est eo nomine, quod ille ob rem indicandam pecuniam accepisset, Verr. Act. 1, 13, 38. pro Cluent. 41, 115. — Condemnatus aliis criminibus, Ib. 41, 116.

**P. Septimius**, testis in L. Flaccum, pro Flacco 4, 11, Ib. 35, 88.

**Q. Septicius**, honestissimus eques Rom. Verris in eum peculiare edictum, Verr. accusat. 3, 14, 36.

**L. Septumuleius**, Anagninus. Ei pro C. Gracchi capite aurum repensum, salse derisus a Q. Mucio Scaevola augure, quum praefecturam ab eo in Asia peteret, de orat. 2, 67, 269.

**Sepyra**, vicus Ciliciae in ea parte montis Amani, sub cuius radicibus arae Alexandri erant, ad fam. 15, 4, 9.

**Sequani** permale pugnarunt cum Aeduis a. u. c. 694., ad Att. 1, 19, 2.

**Serapio.** V. in **Corneliis Scipionibus Nasicis.**

**Serapio**, Antiochenus, scriptor geographicus. Serapionis librum ad Ciceronem misit Atticus, ad Att. 2, 4, 1. — Valde Eratosthenes a Serapione reprehenditur, Ib. 2, 6, 1.

**Serapio** Attici, ad Att. 10, 17, 1.

**Serapis** et Aesculapius potest praescribere per somnium curationem valetudinis, de divin. 2, 59, 123. — Eius templum Syracusis, Verr. accusat. 2, 66, 160. cf. de n. d. 3, 19, 47.

**Sergia** tribus, in Sabinis, Marsis, Pelignis, in Vatin. 15, 36.

**Sergius** mimus. Ei equos vectigales tradidit M. Antonius, Philipp. 2, 25, 62.

**Cn. Sergius**, decumanus improbus, Verr. accusat. 3, 43, 102.

**L. Sergius**, scriba Ciceronis in quaestura Siciliensi, Verr. accusat. 3, 78, 182.

**L. Sergius**, armiger Catilinae. de domo sua 5, 13. Ib. 33, 89.

Q. Sergius, senator, inter sicarios damnatus, pro Cluent. 7, 21.

L. **Sergius Catilina**. — Catilina bis absolutus, in Pison. 39, 95. ad Att. 1, 15, 9. — Africam praetor obtinebat a. u. c. 688. Sequente anno causam de pecuniis repetundis dixit. Deinceps fuit annus, quo Cicero consulatum petivit, petebat Catilina una, pro Cael. 4, 10. — Habuit Catilina permulta maximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum. . . Flagrabant vitia libidinis apud illum: vigebant etiam studia rei militaris etc., Ib. 5, 12 sqq. — Ciceronem ipsum quondam paene decepit, Ib. 6, 14. — Catilina, si iudicatum erit meridie non lucere, certus erit competitor consulatus, ad Att. 1, 1, 1. — Catilinam, competitorem nostrum, defendere cogitamus, Ib. 1, 2, 1. — Catilinae scelera et flagitia enumerantur a Q. Cicerone, de pet. cons. 2, 9 sqq. — Eius amicissimi ex curia Curii et Annii, ab atriis Sapalae et Carvilii, ex equestri ordine Pompilii et Vettii, Ib. 3, 10. — Eius vultus erat plenus furoris, oculi sceleris, sermo adrogantiae sic, ut ei iam exploratus et domi conditus consulatus videretur, pro Mur. 24, 49 sqq. — Dixit duo corpora esse rei publicae, unum debile, infirmo capite, alterum firmum sine capite: huic, quum ita de se meritum esset, caput se vivo non defuturum, Ib. 25, 51. Ib. 37, 78. Ib. 39, 83. — L. Manlius Torquatus, reo de pecuniis repetundis Catilinae quum esset advocatus, post delatam ad eum primam illam coniurationem, indicavit se audisse aliquid, non credidisse, pro Sulla 29, 81. — De priore eius coniuratione cum Cn. Pisone a. u. c. 689. inita v. **Cn. Calpurnius Piso** et cf. Cat. 1, 1, 1 sqq. — Quibus auxiliis a se oppressa sit coniuratio Catilinae exponit Cicero, Philipp. 2, 7, 16. — Catilina, homo audacissimus a Cicerone in senatu accusatus obmutuit, orat. 37, 129. — Cicero L. Catilinam caedem senatus, interitum urbis non obscure, sed palam molientem egredi ex urbe iussit etc., in Pison. 2, 5. — De eius coniuratione conf. pro Sest. 3, 8, sqq. Ib. 5, 12. — Locus in primis memorabilis de sententiis in P. Lentulum caeterosque coniuratos a Caesare et a Catone dictis, ad Att. 12, 21, 1. — Barbatuli iuvenes, totus ille grex Catilinae, favebant P. Clodio a. u. c. 693., Ib. 1, 14, 5. — A Catilina P. Clodius pecuniam accepit, ut turpissime praevaricaretur, de harusp. resp. 20, 42. — Catilina, amator Gabinii, post red. in sen. 4, 10. — Nullum sine L. Vargunteio Catilina facinus admisit, pro Sulla 6, 16. Ib. 25, 70. Ib. 27. 76. — Cum Catilina comparatur M. Antonius, Philipp. 4, 6, 15. parad. 4, 1. 27. — C. Antonii damnatione sepulcrum L. Catilinae floribus ornatum, hominum audacissimorum ac domesticorum hostium conventu epulisque celebratum est, iusta Catilinae facta sunt, pro Flacco 38. 95.

C. **Sergius Orata** s. **Aurata**, de off. 3. 16, 67. de orat. 1, 39, 178. — Omnium deliciosorum hominum magister Orata. de fin. 2, 22, 70. — Homo amoenissimus, deliciosissimus, fragm. p. 282 sqq.

T. **Sergius Gallus** (sic enim Sergi pro Sestii legendum videtur), pro Mil. 31, 86.

**Seriphius** quidam quod responsum tulerit a Themistocle, de sen. 3, 8.

**Seriphus**, parva insula in mari Aegaeo inter Cycladas. Eius lepusculi et vulpeculae, de n. d. 1, 31, 89.

**Serranus**. V. in **Attiliis**.

**Cn. Sertius**, eques Rom., Verr. accusat. 2, 48, 119.

**Sertoriana** tempora. Hispaniarum vectigal temporibus Sertorianis nullum fuit, de lege agr. 2, 30, 83.

**Sertoriani** milites, Verr. accusat. 5, 28, 72. Ib. 5, 56, 146. Ib. 5, 58, 152 sqq.

**Sertoriani** duces. Classis magna et ornata, quae ducibus Sertorianis ad Italiam studio inflammata rapiebatur, a L. Lucullo superata, de imp. Cn. Pomp. 8, 21.

**Q. Sertorius**, is qui bellum contra Sullanos, a quibus fuerat proscriptus ab a. u. c. 677—682. sustinuit et viriliter administravit. Omnium oratorum sive rabularum, qui aut plane indocti et inurbani aut rustici etiam fuerunt, solutissimus in dicendo et acutissimus senatorii ordinis Q. Sertorius, equestris C. Gargonius, Brut. 48, 180. — Ad eum in Hispaniam legatos ac litteras misit Mithridates, de imp. Cn. Pomp. 4, 9. cf. pro Mur. 15, 32. — Sertorianum bellum a senatu Pompeio privato datum est, Philipp. 11, 8, 18.

**Servaeus**, de cohorte M. Fonteii vel portitor, pro Font. 5, 9.

**Servilia** lex iudiciaria. In suasione legis Serviliae L. Crassus summis ornat senatum laudibus, pro Cluent. 51, 140. — Eam suasit L. Crassus, Brut. 43, 161. Ib. 44, 164. Ib. 86, 296. Ib. 87, 298. de orat. 2. 55, 223.

**Servilia** lex de pecuniis repetundis, pro Scauro 1, 2. Rab. Post. 4, 9. pro Balbo 24, 54.

**Servilia**, femina primaria, socrus Q. Hortensii, Verr. accusat. 2, 8, 24.

**Servilia**, Catonis Uticensis soror, mater M. Bruti et Tertullae, uxoris C. Cassii. — Mulier timida, ad fam. 12, 7, 1. — Indignatur Cicero Pontii Neapolitanum a matre tyrannoctoni possideri, donatum scilicet sibi a Caesare, ad Att. 14, 21, 3. — Serviliae, Tertullae, Porciae, Bruti, Cassii, Favonii, Ciceronis colloquium, Ib. 15, 11, 1. — Servilia sublaturam ex S. C. se esse dicebat rem frumentariam, Ib. 13, 12, 1. — Servilia prudentissima et diligentissima femina, ep. ad Brut. 1, 18. cf. ib. 1, 17, 2. ad Att. 5, 4. 1. Ib. 6, 1, 10. Ib. 13, 11. 2. Ib. 13. 16, 2.

**Servilia**, Cn. Caepionis, qui naufragio periit, filia, Claudii uxor, ad Att. 12, 20, 2.

**Servilii**. Antiqui illi Servilii, qui gemini fuerunt, prorsus similes, ut dignosci vix possent, Acad. pr. 2, 18, 56. Sunt **P. Servilius Geminus** (bis consul cum C. Cotta a. u. c. 502. et 506.) et **Q. Servilius Geminus**, Ib. 2, 26, 84.

**Servilii** duo, interfectores Caesaris. — Cascae an Ahalae, Philipp. 2, 11, 27. V. **P. Servilius Casca**.

**Serviliorum** sepulcra ad portam Capenam, Tuscul. 1, 7, 13.

**Servilius** lacus Romae, a Servilio quodam dictus, pro Sex. Roscio 32, 89.

**C. Servilius**. L. Philoni quaestori in C. Servilium praetorem suum

nominis deferendi potestas non est data, divin. in Q. Caecil. 19, 63.

**C. Servilius**, civis Rom. e conventu Panhormitano, Verr. accusat. 5, 54, 140.

**M. Servilius**, Ruscae legem annalem dissuasit, quae a. u. c. 623. lata est, de orat. 2, 65, 261.

**M. Servilius.** — Is neque absolutus neque damnatus de pecuniis repetundis saucius Pilio tradetur a. u. c. 703., Cael. ad fam. 8, 8, 3. — Orationem Q. Metelli Celeris sibi vult Cicero mitti contra M. Servilium, ad Att. 6, 3, 10. — Trib. pl. a. u. c. 649., Brut. 77, 269.

**M. Servilius**, tribunus pl. a. u. c. 710. produxit Ciceronem in contionem, quo tempore Philippicam XI, dixit, ad fam. 12, 7, 1. — M. Servilius, ep. ad Brut. 2, 7. — M. Servilius, vir fortissimus, Philipp. 4, 6, 16.

**P. Servilius**, eques Rom., magister scripturae Siciliensis, a. u. c. 684., Verr. accusat. 3, 71, 167.

**Sex. Servilius** deprecatus est pro Catilio pirata, ad fam. 5, 10, 1.

**C. Servilius Ahala.** L. Quinctii Cincinnati dictatoris iterum a. u. c. 315. iussu magister equitum Ahala Sp. Maelium regnum appetentem occupatum interemit, de sen. 16, 56. Catil. 1, 1, 3. pro Mil. 3, 8. — Eius offensio, de r. p. 1, 3, 6. de domo sua 32, 86. Philipp. 2, 11, 27. V. **P. Servilius Casca.** — *Φιλοτέχνημα* Attici, quod erat in Parthenone, Ahala et Brutus, ad Att. 13, 40, 1. — Ahala, Ala, Axila, orat. 45, 153.

## STEMMA SERVILIORUM CAEPIONUM,

a Reinesio propositum.

1. Cn. Servilius Cn. F. Cn. N. Caepio cos. a. u. c. 501.
2. Cn. Servilius Cn. F. Cn. N. Caepio cos. a. u. c. 551. pontifex.
3. Cn. Servilius Caepio, praetor a. u. c. 579. cos. a. u. c. 585.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 4. Q. Fabius Maximus Servilianus, adoptatus a Q. Fabio Maximo, Verrucosi F.; cos. a. u. c. 612., censor a. u. c. 619. | 5. Cn. Servilius Cn. F. Caepio cos. a. u. c. 613. censor a. u. c. 628. | 6. Q. Servilius Cn. F. Caepio cos. a. u. c. 614., censor a. u. c. 634. | |
| | | 8. Cn. Servilius Q. F. Cn. N. Cn. pronepos. | |
| | 7. Q. Servilius Q. F. Cn. N. Caepio, praetor Hispaniam ulteriorem obtinuit a. u. c. 644., pro praetore de Lusitanis triumphavit a. u. c. 646., consul a. u. c. 648. Contra Cimbros et Teutonos infeliciter pugnavit. Eius propterea (a. u. c. 659.) damnati bona iussione populi Romani publicata sunt. Liv. epit. 63. | 9. Q. Servilius Cn. F. Q. N. quaestor a. u. c. 654. Contra M. Livium Drusum trib. pl. stetit pro equitibus a. u. c. 663. Florus 3, 17. Legatus Rutilii cos. occisus bello sociali a. u. c. 664. Ex uxore Livia Drusi sorore genuit. | 10. Servilia Claudii. |
| | | 11. Q. Caepionem, qui obiit in Asia ante quaesturam. Plutarch. Cat. min. 11. Hic Q. Caepio est, qui sororis filium, M. Iunium Brutum, ideo Q. Caepionem Brutum appellatum, adoptavit. | 12. 13. Servilia, M. Iunii Bruti uxor; Servilia L. Luculli uxor. Plut. Cat. min. 24. Manutius et Reinesius eamdem putant. |
| | | | 14. Lucullus puer, cui tutor M. Cato Uticensis. |



**Cn. et Q. (Servilii) Caepiones.** Cives Cn. et Q. Caepionibus, L. et Q. Metellis testibus in Q. Pompeium, hominem novum, non crediderunt, pro Font. 7, 13. — Cn. et Q. Caepiones multum clientes consilio et lingua, plus auctoritate tamen et gratia sublevabant, Brut. 25, 97. cl. orat. 48, 160.

**Cn. Servilius Caepio** consul cum Q. Marcio Philippo a. u. c. 585., Brut. 20, 78.

**Cn. Servilius Caepio**, cos. a. u. c. 613., ad Att. 12, 5, 3. — Ei quaestio decreta est in L. Tubulum, de fin. 2, 16, 54. — Censor a. u. c. 628., Verr. accusat. 1, 55, 143.

**Cn. Servilius Caepio.** Vult certior fieri Cicero, Cn. Caepio, Serviliae Claudii pater, vivone patre suo naufragio perierit an mortuo, ad Att. 12, 20, 2.

**Q. Servilius Caepio** consul cum C. Laelio a. u. c. 614., Brut. 43, 161.

**Q. Servilius Caepio** cos. a. u. c. 648. vir acer et fortis, cui fortuna belli (Cimbrici) crimini, invidia populi a Norbano in eum concitata calamitati fuit. Damnatus de pecuniis repetundis Smyrnae exsul vixit. — In numero est habitus disertorum, Brut. 35, 135. — Caepionis lex iudiciaria, de inv. 1, 49, 92. — Q. Servilius Caepio diripuit Tolosanum aurum, de n. d. 3, 30, 74. — Exercitum amisit adversus Cimbros pugnans a. u. c. 649., de orat. 2, 28, 124. — Eius defensio ad tribunos pl. de amissione exercitus, ad Her. 1, 14, 24. — Caepio turbulentius accusatus a C. Vibio Norbano, part. or. 30, 105. — Q. Caepio accusatus a Norbano, laudatus a L. Crasso oratore, tunc consule a. u. c. 659., Brut. 44, 162. — Crudelitas tribunicia in Caepionis gravi miserabilique casu, de orat. 2, 47, 197. — Damnatus, exsul Smyrnae vixit eiusque civitatis factus est civis, pro Balbo 11, 28. cl. Tusc. 5, 5, 14.

**Q. Servilius Caepio** quaestor urbanus a. u. c. 654. — Q. Caepio, quod quaestor urbanus L. Saturnino legem frumentariam contra salutem rei publ. ferenti restiterat, arcessitur maiestatis, ad Her. 1, 12, 21. — A T. Betucio Barro Asculano accusatus defendit se oratione a L. Aelio scripta, Brut. 46, 169. Ib. 56, 207. — M. Drusi tribuni pl. a. u. c. 663. inimicus, cui antea adeo fuerat familiaris, ut matrimonium cum eo commutaverit. — Nimis equestri ordini deditus a senatu dissedit, Brut. 62, 223. — Ei orationes scripsit L. Aelius, Ib. 56, 206. — Q. Servilius Caepio M. Aemilium Scaurum patrem reum fecit lege Servilia, pro Scauro 1, 2. Ib. 2, 45. h. — Q. Servilius Caepio, inimicus M. Livii Drusi, tribuni pl. a. u. c. 663., de domo sua 46, 120. — Avus L. Luculli pueri, de fin. 3, 2, 8.

**(Servilius) Caepio**, ut videtur, M. Iunius Brutus, ad Q. fr. 1, 3, 7. V. **Q. Servilius Caepio Brutus.**

**Q. Servilius Caepio**, adfinis Appii Claudii Pulcri, cuius uxor erat Servilia, ad fam. 3, 10, 2. Ib. 3, 11, 1. Ib. 3, 12, 4.

**Q. (Servilius) Caepio Brutus** est M. Iunius Brutus *τυραννοκτόνος*, ita dictus, quia a Q. Servilio Caepione, Serviliae matris fratre germano, adoptatus fuerat iam a. u. c. 695., Philipp. 10, 11, 25. ad Att. 2, 24, 2. ad fam. 7, 21. ad Q. fr. 1, 3, 7. de fin. 3, 2, 8. V. **M. Servilius Caepio.**

**P. Servilius Casca.** Cascae tribunatus a. u. c. 710., ad Att. 16, 15, 3. Philipp. 13, 15, 31. ad Att. 13, 44, 3. — Casca, Caesaris interfector, male a Cicerone reprehensus, ep. ad Brut. 1, 17. — Casca, Caesaris percussor, Ib. 1, 18. cl. Philipp. 2, 11, 27.

**Cn. Servilius Geminus**, consul a. u. c. 537., occidit in proelio Cannensi, Tuscul. 1, 37, 89.

**M. Servilius Geminus** trib. pl. a. u. c. 694., ad Att. 6, 3, 10. Brut. 77, 269. V. **M. Servilius.**

**C. Servilius Glaucia**, longe post homines natos improbissimus, sed peracutus et callidus cum primisque ridiculus. Is praetor eodem die, quo Saturninus tribunus pl., Mario et Flacco coss. a. u. c. 654. publice est interfectus, Brut. 62, 224. — Glaucia solebat populum monere, ut, quum lex aliqua recitaretur, primum versum attenderet: si esset DICTATOR, CONSUL, PRAETOR, MAGISTER EQUITUM, ne laboraret; sciret nihil ad se pertinere, sin autem: QUICUMQUE POST HANC LEGEM, videret, ne qua nova quaestione adligaretur, pro Rab. Postumo 6, 14. — Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus, Verr. accusat. 1, 9, 26. — Dictum eius in C. Sestium Calvinum, de orat. 2, 61, 249. — in Metellum Numidicum, Ib. 2, 65, 263. — Glaucia 'stercus curiae' putide dictus ab oratore aliquo, de orat. 3, 41, 164. — Religio C. Mario non fuit, quo minus C. Glauciam, de quo nihil nominatim erat decretum, praetorem occideret, in Catil. 3, 6, 15. — Interfectus una cum L. Appuleio Saturnino, pro C. Rab. perd. 7, 20. in Catil. 1, 2, 4. Philipp. 8, 5, 15. de harusp. resp. 24, 51.

**P. Servilius Globulus** tribunus pl. a. u. c. 687. Asiae praetor, Ciceronis necessarius, pro Flacco 32, 76.

**L. Servilius Postumus** heres Q. Turii, ad fam. 12, 16, 1.

**P. Servilius Rullus**, tribunus pl. consule Cicerone a. u. c. 691., legem agrariam tulit, quam Cicero tribus orationibus dissuasit, de lege agr. 1, 1, 1 sqq. — Eius legis agrariae non dissimilis erat viaria, a C. Curione a. u. c. 704. iactata, Cael. ad fam. 8, 6, 5.

**P. Servilius C. F. M. N. Vatia**, qui postea **Isauricus** appellatus est. — Nepos Q. Metelli Macedonici, de domo sua 47, 123. — P. Servilius Vatia Isauricus, gravissimus et sanctissimus civis, pro Flacco 40, 100. — In Saturnini nece a. u. c. 654. cum consulibus fuit, pro C. Rab. perd. 7, 21. — Iudex Verris a. u. c. 684., Verr. accusat. 3, 90, 21. — Agros Attalensium atque Olympenorum populo Rom. Servilii victoria adiunxit, de lege agr. 1, 2, 5. cl. ib. 2, 19, 50. — Unus plures praedonum duces vivos cepit quam omnes antea, Verr. accusat. 5, 26, 66. cl. ib. 5, 30, 79. — Quae signa atque ornamenta ex urbe hostium belli lege atque imperatorio iure sustulit, ea populo Rom. apportavit, per triumphum vexit, in tabulas publicas ad aerarium perscribenda curavit. — Iudex in causa C. Verris, Ib. 1, 21, 56. — Favebat legi Maniliae, de imp. Cn. Pomp. 23, 68. — Triumphavit a. u. c. 680., in Pison. 24, 58. — Ciliciae proconsul usuras Graecorum, quas partionibus ascripserant servavit, ad Att. 6, 1, 16. — Inimicitias Lucullorum atque Servilii non solum exstinxit res publica dignitasque ipsorum, sed etiam ad amicitiam consuetudinemque traduxit, de prov. cos. 9, 22. — Servilius Isauricus de animadversione in Catilinarios dixit ante Catonem, ad Att. 12, 21, 1. — P. Servilius, quotienscumque ei locus dicendi ac potestas fuit, Gabinium et Pisonem non solum sententia sua, sed etiam verborum gravitate esse notandos putavit, de prov. cons. 1, 1 sqq. — P. Servilius dixit opera Ciceronis rem publ. incolumem magistratibus deinceps traditam, post red. ad Quir. 7, 17. — P. Servilius Q. Metellum Nepotem cum Cicerone reconciliavit, post red. in sen. 10, 25. — P. Servilius pontifex a. u. c. 697., de harusp. resp. 6, 12. — Eius sententia in causa Ptolemaei regis Aegyptii, ad fam. 1, 1, 3. — P. Servilius, de harusp. resp. 1, 2. Ib. 6, 12. — P. Servilius Isauricus a Q. Cicerone Caesari commendatus a. u. c. 700., ad Q. fr. 3, 1, 6. §. 20. — Senex a. u. c. 710., ad fam. 16, 23, 2. — P. Servilius Vatia Isauricus mortuus a. u. c. 710., Philipp. 2, 5, 12. cf. fragm. p. 346.



**P. Servilius Vatia Isauricus**, praecedentis filius. — Aemulator Catonis, ad Att. 2, 1, 10. cl. ib. 1, 19, 9. — Servilius filius bonis adnumeratur a. u. c. 698., ad Q. fr. 2, 3, 2. cl. ib. 2, 1, 1. — Servilius, Isaurici filius, praetor a. u. c. 700. prohibiturum se minabatur triumphum C. Pomptinii, Ib. 3, 4, 6. — Servilius praetor obviam it Pomptinio triumphare volenti, ad Att. 4, 16, 12. — P. Servilius P. Isaurici F. cos. cum Caesare 706. — Fractus a Cicerone in contentione de dignitate L. Planci, ad fam. 10, 12, 3 et 4. — Aliae eius actiones, Ib. 10, 16, 1. — P. Servilius Vatia Isauricus procos. provinciae Asiae a. u. c. 708. Ad eum sunt ad fam. 13. ep. 66—72. — P. Servilius, Ciceronem consecutus, invectus est in Antonium, ad fam. 12, 2, 1. — Ei adsentitur Cicero, Philipp. 7, 8, 27. — P. Servilius sepulcrum publice decernendum Ser. Sulpicio censuit, statuam non censuit, Ib. 9, 6, 14. — L. Caesar volebat, ut P. Servilio privato tunc homini a. u. c. 711. bellum contra P. Dolabellam deferretur, improbante Cicerone, Philipp. 11, 8, 19. — Eius verissimis gravissimisque sententiis omni est non solum dignitate, sed etiam spe salutis spoliatus Antonius, Ib. 12, 2, 5. Ib. 12, 7, 18. — Reprehenditur, ut nimis lenis in Antonium eiusque adseculas, Ib. 14, 3, 7. Ib. 14, 4, 11. ad Att. 4, 15, 9. Ib. 11, 5, 3. — P. Servilius dixit de Ventidio et ut Cassius persequeretur Dolabellam, ep. ad Brut. 1, 5. — P. Servilius a. u. c. 711. homo furiosus et insolens, ep. ad Brut. 2, 2.

**Servius** frater L. Papirii Paeti, ad fam. 9, 16, 4. V. **Ser. Clodius.**

**Servius.** Servius, designatus tribunus pl., condemnatus, cuius in locum C. Curio petiit a. u. c. 703., Cael. ad fam. 8, 4, 2. cl. ib. 8, 12, 2.

**Servius Tullius.** V. **Tullius.**

**Sestiana** dicta, ad fam. 7, 32, 1.

***Σηστιωδής***, Sestii similis. Cicero nihil umquam legit scriptum *σηστιωδέστερον*, quam responsum

Cn. Pompeii ad mandata C. Caesaris, ad Att. 7, 17. 2.

**L. Sestius** pater P. Sestii, a Cicerone defensi. — Tribunus pl. factus omisit caeteros honores, pro Sest. 3, 7.

**L. Sestius**, filius P. Sestii, ex C. Albinii filia, ad fam. 13, 8, 1. V. **P. Sestius.**

**L. Sestius Pansa.** Eius postulationi restitit Q. Cicero, pro praetore Asiae a. u. c. 700., ad Q. fr. 2, 9 (11), 2.

**P. Sestius L. F.**, adolescens optimus, in Catil. 1, 8, 21. L. F. ad fam. 5, 6. — Eum Cicero defendit, pro Sest. 1, 1 sqq. — Gener C. Albinii et postea L. Scipionis Asiatici cos. a. u. c. 671., pro Sest. 3. §§. 6 et 7. — Quaestor C. Antonii cos. a. u. c. 691. M. Aulanum et C. Marcellum Catilinarios Capua eiecit, Ib. 4, 9. — Romam arcessitus a Cicerone, Ib. 4. 11. — Eius adventu reliquae coniurationis impetus et conatus sunt retardati, Ib. 5, 11. — Postea cum suo exercitu summa celeritate est C. Antonium consecutus, eique stimulos admovit, adiutor M. Petreii, Ib. 5, 12. — Pro quaestore fuit in Macedonia. Eius integritas, Ib. 5, 13. — Eius tribunatus a. u. c. 697., Ib. 6, 14 sqq. — Tribunus designatus iter ad C. Caesarem pro Ciceronis salute suscepit. Ib. 33, 71. — Tribunus pl. concisus plurimis vulneribus ab operis Clodianis, Ib. 37, 79. — Ciceronis salutis, publicae causae defensor, propugnator, actor, Ib. 69, 144. — P. Sestius quaestor cunctis suffragiis factus, in Vatin. 5, 11. — In re publ. administranda T. Annio Miloni cum P. Sestio consiliorum omnis societas fuit, Ib. 17, 41. — P. Sestius L. F. C. Antonii pro quaestore in Macedonia a. u. c. 692. Ei Cicero scribit se diligenter egisse in senatu, ne ei succederetur, ad fam. 5. 6. — Eius uxor Cornelia, Ib. 17, 1. — Eius promissa, ad Att. 3, 19, 2. — Eius rogatio de abroganda lege Clodia neque dignitatis satis habet nec cautionis, quia et nominatim de Cicerone ferre oportebat et de bonis Ciceroni restituendis diligentius scribi, Ib. 3, 20, 3. — Eius lex Ciceroni non placet, Ib. 3, 23, 4. — Ciceronem Pomponius et Sestius et Piso Thessalonicae retinuerunt, a. u. c. 695., ad Q. fr. 1, 4, 2. — De novis tribunis pl. est in Ciceronem officiosissimus Sestius, Ib. §. 3. et 5. — P. Sestius a. u. c. 697. furit, quod in senatu, quum de comitiis Clodii aediliciis ageretur, Metellus calumnia dicendi tempus eximeret, proscripsitque, si ista comitia flant, se per omnes dies comitiales de caelo servaturum, ad Att. 4, 3, 3. — P. Sestius vulneratus in turba a P. Clodio concitata, pro Mil. 14, 38. — Amplissimae eius laudes propter merita in Ciceronem exsulem, post red. in sen. 8, 20. Ib. 12, 30. post red. ad Quir. 6, 15. — A. d. IV. Id. Febr. (a. u. c. 698.) Sestius ab indice Cn. Nerio, Pupinia, de ambitu est postulatus: et eodem die a quodam M. Tullio de vi. Is erat aeger. Domum ad eum statim venit Cicero eique se totum tradidit, idque fecit praeter hominum opinionem, qui eum illi iure suscensere putabant, ad Q. fr. 2, 3, 5. — Sestius absolutus est a. d. V. Id. Mart. et, quod vehementer interfuit rei publicae, nullam videri in eius modi



causa dissensionem, omnibus sententiis absolutus est. . . In defendendo moroso homini cumulatissime satis fecit Cicero, ad Q. fr. 2, 4, 1. — P. Sestius laudatus a Cn. Pompeio, ad fam. 1, 9, 7. — Praetor fuit a. u. c. 701. — Eius litterae ad Ciceronem missae a. u. c. 703., ad Att. 5, 17, 4. — Cupit Cicero Sestium expeditum videre, Ib. 6, 1, 23. — Pecuniam, quam L. Mescinius Rufus in fano deposuerat, pro praetore Ciliciae abstulit a. u. c. 705., ad fam. 5, 20, 5. — Cicero accusavit secum ipse Pompeium, qui responsa ad mandata Caesaris a. u. c. 705. Sestio scribendas dederit, ad Att. 7, 17, 2. V. **Σηστιωδής.** — Quia cum imperio est, ius habet cum Pompeio in Graeciam transeundi a. u. c. 705., Ib. 8, 15, 3. — Sestio non putat Cicero suos lictores esse concessos, sed a Caesare datos, Ib. 11, 7, 1. — Sestius Ariarathen, Cappadociae regem, parochis publicis occupavit a. u. c. 709., Ib. 13, 2, 1. Ib. 13, 7, 1. — De Buciliano Sestium putat Cicero non moleste ferre a. u. c. 710., Ib. 15, 17, 2. — Eius luculenta navigia, Ib. 16, 4, 4. — Eo die, quo de Sestio nostro lege Pompeia de ambitu in consilium iri necesse erat etc., Ib. 13, 49, 1. Ib. 14, 1, 2. ad fam. 7, 24, 2. — Magni fit a Cicerone. Gener C. Albinii senatoris a. u. c. 709., Ib. 13, 8, 1. — Litteras dedit Cicero a. u. c. 710. ad Sestium scriptas *πάνυ φιλοστόργως*. Ille autem, quod Puteolos prosequitur, humane; quod queritur, iniuste, ad Att. 15, 27, 1. ep. ad Brut. 2, 7. — De Sestii insolentia, Pseudocic. in Sall. 4, 12.

**Sestius**, amicus Trebonii, ad fam. 6, 10, 1.

**P. Sestius P. F.** diversus a P. Sestio L. F. Ad eum est ad fam. 5, 17. in qua eius filius item P. commemoratur, Ib. §. 2.

**Sestius**, Pompeianus, diversus a Publio, ad Att. 8, 15, 3. cl. ib. 11, 7, 1.

**T. Sestius Gallus.** V. **T. Sergius Gallus.**

**Setinus** ager, a Setia, Latii oppido, de lege agr. 2, 25, 66.

**Sextia** tabula, argentarii cuiusdam Sextii, pro Quinct. 6, 25.

**Sextiana** dicta. V. **Sestiana.**

**Sextilius**, Etruscus, C. Iulii Caesaris Strabonis proditor, de orat. 3, 3, 10.

**Sextilius Andro** Pergamenus, pro Flacco 34, 84.

**A. Sextilius**, homo improbus, pro Flacco 15, 35.

**C. Sextilius**, M. Lurconis sororis filius, homo et pudens et constans et gravis, pro Flacco 36, 89.

**C. Sextilius Rufus**, necessarius P. Lentuli, quaestor Cypri a. u. c. 707. — Ad eum scripta est ad fam. 13. ep. 48. — A. u. c. 711. praeerat classi C. Cassii, Ib. 12, 13, 4. — Discruciatur Cicero Sextilii fundum a verberone Curtilio possideri, ad Att. 14, 6, 1.

**P. Sextilius**, quaestor a. u. c. 693., pro Flacco 13, 30.

**P. Sextilius Rufus** callida improbitate cepit hereditatem Q. Fadii Galli, de fin. 2, 17, 55.

**Q. Sextilius**, amicus Milonis, ad Q. fr. 2, 1, 3.

**Sextius.** V. **Sestius.**

**Sextius**, C. Verris proximus lictor, carnifex crudelissimus, Verr. accusat. 3, 67, 156. Accusat. 5, 45, 118. Ib. 5, 54, 142.

**C. Sextius Calvinus**, orator ingenio et sermone eleganti, valetudine incommoda: itaque consilio eius, quum volebant, homines utebantur, patrocinio, quum licebat, Brut. 34, 130. — Idem videtur C. Sextius, C. Caesaris Strabonis amicus, qui luscus fuit, de orat. 2, 60, 246. — Glauciae dictum in eum, Ib. 2, 61, 249.

**P. Sextius**, praetor designatus a. u. c. 654. accusante T. Iunio, damnatus est ambitus, Brut. 48, 180.

**T. Sextius Gallus.** V. **T. Sergius Gallus.**

**Sibylla.** Naturae vis Sibyllam incitabat, de divin. 1, 36, 79. — De auctoritate versuum Sibyllae, de divin. 2, 54, 110. — Sibyllae ἀκροστιχίς, Ib. 2, 54, 111 sq. — Pulsus regno Ptolemaeus dolosis consiliis, ut Sibylla dixit, Romam venit, pro Rab. Post. 2, 4. — Sibyllae placere, ut Ptolemaeus sine multitudine reduceretur, homines religiosi dixerunt, ad fam. 1, 7, 4. — Cum eius versibus responsa haruspicum congruebant, divin. 1, 43, 97 et 98. — Sibyllae interpretes, de n. d. 3, 2, 5. — Sibylla Erythraea concitatione quadam animi futura praesensit, de divin. 1, 18, 34. — Sibyllina fata, in Catil. 3, 4, 9. — Sibyllinae vaticinationes, de n. d. 2, 3, 10. — Sibyllini libri consulti Ti. Graccho occiso a. u. c. 621., Verr. accusat. 4, 49, 108. — Sibyllinis versibus furoris divinationem maxime contineri arbitrati, eorum decem interpretes delectos e civitate esse voluerunt Romani, de divin. 1, 2, 4.

**Sicca**, Ciceronis familiaris, Brundisio discessit, ad fam. 14, 4, 6. — Sicca a L. Domitio Cn. Pompeio litteras attulit et mandata, ad Att. 8, 12. C. 4. — A. u. c. 709. ad Siccam scripsit Cicero, quod utitur L. Cotta, Ib. 12, 23, 3. — Idem fecit a. u. c. 710., Ib. 14, 19, 5. — Apud Siccam fuit Cicero tamquam domi suae scilicet a. u. c. 710., Ib. 16, 6, 1. — Antonium perstringere vult Cicero sine ulla contumelia Siccae aut Septimiae, Ib. 6, 11, 1. — Eius fundus, ad Vibonem, Ib. 3, 2. Ib. 3, 4.

**Sicilia.** Siciliae laus in Accusationis secundo, orat. 62, 210. — Sicilia insula Cereris, ubi primum fruges inventae esse dicuntur, Verr. accusat. 5, 38, 99. — Vetus est opinio insulam Siciliam totam esse Cereri et Liberae consecratam, Ib. 4, 48, 106. — Hennensium nemus umbilicus Siciliae, Ib. — Sicilia tulit quondam multos et crudeles tyrannos, Ib. 5, 56, 145. — Sicilia loquax, in P. Clodium et Cur. 3, 2. — Omnem utilitatem opportunitatemque provinciae Siciliae, quae ad commoda populi Rom. adiuncta sit, consistere in re frumentaria maxime, Verr. accusat. 3, 5, 11. — Siciliae provinciae laudes insignes: — illud et rei frumentariae subsidium et receptaculum classibus nostris patet, Ib. 2, 1, 2. — M. Cato Sapiens cellam penariam rei publ., nutricem plebis Romanae Siciliam nominabat, Ib. 2, 2, 5. — Sicilia agri cultione et aratorum numero ac nomine continetur, Ib. 3, 97, 226. — Quum bellis Karthaginiensibus Sicilia vexata est, et post, quum bis in ea provincia magnae fugitivorum copiae versatae sunt, tamen aratorum interitio facta nulla est, Ib. 3. 54, 125. — Siciliae civitatibus bello fugitivorum M'. Aquilius etiam mutuum frumentum dedit, de lege agr. 2, 30, 83. — Post illud bellum, quod M'. Aquilius confecit a. u. c. 654., nullum fuit in Sicilia fugitivorum bellum, Verr. accusat. 5, 2, 5. — Siciliae commune, Ib. 2, 46, 114. — Sicilia quinto quoque anno tota censetur, Ib. 2, 56, 139. — Censores autem legibus fiebant delecti a suis civitatibus, quibus, si quid commisissent, poena legibus erant constitutae, Ib. 2, 56, 138. — Siciliae agrorum vectigalium ratio exponitur, Ib. 3, 6. 12 sqq. — Tyndaritani libenter praedicant: 'Nos in septemdecim populis Siciliae numeramur' etc., Ib. 5, 47, 124. — Sicilia tota Marcellorum nomini adiuncta est, divin. 4, 13. Verr. accusat. 2, 14, 36. — Sicilia per triennium a C. Verre vastata, vexata, perdita, Verr. act. 1, 4, 12.



**Siciliense fretum**, de n. d. 3, 10, 24. — Siciliensis annus Ciceronis est annus, quo Lilybaei pro quaestore fuit a. u. c. 679., Brut. 92, 318.

**Sicinius**, ad Att. 5, 4, 3.

**C. Sicinius**, Q. Pompeii (Rufi) illius, qui censor fuit, ex filia nepos, quaestorius mortuus est, probabilis orator, iam vero etiam probatus, Brut. 76, 263.

**Cn. Sicinius**, trib. pl. a. u. c. 678., homo impurus, sed admodum ridiculus neque aliud in eo oratoris simile quidquam, eius iocus in C. Curionem, Brut. 60, 217.

**Siculi.** — Siculi acuta gens et controversa natura, Brut. 12, 46. — Siculi in facetiis excellunt, de orat. 2, 54, 217. cf. Verr. accusat. 4, 43, 95. Tuscul. 1, 8, 15. — Siculi alicuius facetum dictum, de orat. 2, 69, 278. — Siculi oratores propter infractos concisosque numeros reprehensi, orat. 69, 230. — Siculi quo iure sint exponitur, Verr. accusat. 2, 13, 32. — De Caesaris lege, qua Siculi cives Romani fiunt, ad Att. 14, 12, 1.

**Sicura**, Felicis servus, ad Q. fr. 3, 9, 8.

**Sicyon**, una de septem civitatibus veteribus Graeciae in Peloponneso prope Isthmum, ad fam. 13, 21, 1. — Quinquaginta annorum tyrannidem passa, de off. 2, 23, 81. ad Att. 1, 13, 1.

**Sicyonii.** — Sicyonii in Attici aere alieno erant, ad Att. 1, 19, 9. Ib. 1, 20, 4. Ib. 2, 1, 10. Tuscul. 3, 22, 53.

**Sicyonii** calcei, ad Her. 4, 3, 4. de orat. 1, 54, 231.

**Sicyonius** magistratus. Eum nummos poposcit Verres, Verr. accusat. 1, 77, 44.

**Sida**, urbs Pamphyliae, ad fam. 3, 6, 1. Ib. 3, 12, 4. — Extrema regio provinciae Asiae, ad fam. 12, 15, 5.

**Sidicini** (a Sidicino, colonia agri Campani) vexati a M. Antonio, quod C. Cassium et Brutos patronos adoptassent, Philipp. 2, 41, 107.

**Sidon**, urbs Phoenices, ad Att. 9, 9, 2.

**Sigeum**, Troadis promontorium, cum portu eodem nomine et oppido, in quo promontorio Achillis tumulus, pro Arch. 10, 24. ad fam. 5, 12, 7.

**Sila** silva in Bruttiis, ubi picariae. Caedes ibi facta, Brut. 22, 85.

**Silanio**, Atheniensis, Lysippi aequalis circa exitum Alexandri

Magni. Sappho, Silanionis opus perfectum, elegans, elaboratum e prytanio Syracusano sublatum a C. Verre, Verr. accusat. 4, 57, 125.

**Silanus.** V. in **Iuniis.**

**Silenus**, Bacchi comes. — Fabula de Sileno a Mida capto, quem docet quid sit optimum homini, Tuscul. 1, 48, 114. — Silenus regi Midae vaticinatur, fragm. p. 291.

**Silenus** Calatianus incertae aetatis historicus scripsit de rebus Siculis. Eum sequitur Caelius Antipater: eius narratio de Hannibalis somnio, de divin. 1, 24, 49.

**A. Silius**, ad Att. 10, 13, 3. Ib. 12, 18 a. 2. Ib. 12, 22, 3. Ib. 12, 24, 1. Ib. 12, 25, 1. Ib. 13, 50, 5.

**P. Silius Nerva**, propraetor Bithyniae et Ponti a. u. c. 703. Ad eum scriptae sunt ad fam. 13. ep. 47 et 61—65. — In provincia Bithynia administranda valde se honeste gerit a. u. c. 704., ad Att. 6, 1, 13. — Attici perfamiliaris, Ib. 7, 1, 8. — Eius causa (a. u. c. 710.) celebrata apud ICtos, ad fam. 7, 21. cl. ad Att. 15, 23. Ib. 15, 24.

**Silus** testis in Pisonem, de orat. 2, 70, 285.

**Silva Scantia.** V. **Scantia Silva.**

**Silvanus** deus. — Eius melos apud Accium, de n. d. 2, 35, 89.

**Silvanus.** V. **M. Plautius Silvanus.**

**Simo**, persona comica, ad Her. 1, 9, 14.

**Simonides** Ceus natus Olympiade sexta et quinquagesima, de r. p. 2, 10, 20. — Eum non coëgit in suis studiis obmutescere senectus, de sen. 7, 23. — Eius sermo cum tyranno Hierone, cui, rogatus quid aut quale sit deus, post multorum dierum deliberationem respondit, quo diutius consideret, tanto sibi rem videri obscuriorem, de n. d. 1, 22, 60. — Eximia eius memoria, Tuscul. 1, 24, 59. — Eum primum ferunt artem memoriae protulisse, de orat. 2, 86, 351. cf. ib. 2, 87, 357. — Simonides Themistocli artem memoriae pollicitus, quod responsum tulerit, de fin. 2, 32, 104. — Eius epigramma in Lacedaemonios, qui Thermopylis occiderunt, Tuscul. 1, 42, 101.—Ignotum quemdam mortuum sepelit et ab eo per quietem monetur, ne naviget, de divin. 1, 27. 56. Ib. 2, 75, 134.

**Simulans**, fabula togata Africani, pro Sest. 55, 118.

**Sinope**, Ponti oppidum, Verr. accusat. 1, 34, 87. — Sinope atque Amisus, quibus in oppidis erant domicilia Mithridatis, a L. Lucullo capta, de imp. Cn. Pomp. 8, 21. de leg. agr. 2, 20, 53.

**Sinuessa**, oppidum et colonia Latii in finibus Campaniae trans Lirim fluvium, ad Att. 9, 15. A. Ib. 9, 16. — Sinuessanum deversoriolum, ad fam. 12, 20. ad Att. 14, 8, 1. Ib. 14, 15, 1. B. 1.

**Sipontum**, oppidum Apuliae, *Σιποῦς*, *Σιποὐντιοι*, Sipontini, ad Att. 6, 2, 3. Ib. 9, 15, 1. Ib. 10, 7, 1. — Inde 'Sipontini siccitas', de lege agr. 2, 27, 71.

**Sipylus** in Magnesia. — Magnetes a Sipylo, ad Q. fr. 2, 9 (11), 2.

**Siregius**, ad Att. 15, 17, 1.

**Sirenes**, de fin. 5, 18, 49.

**Sisapo**, urbs in Hispania Baetica, Philipp. 2, 19, 48.

**Sisenna.** V. **L. Cornelius Sisenna.**

**P. Siser**, ad Att. 11, 13, 1.

**Sisyphus** versat saxum sudans nitendo neque proficit hilum, Tusc.



1, 5, 10. — Eius prudentia, Tusc. Ib. 1. 41, 98.

**Sittiana syngrapha**, Caelius ad fam. 8, 2, 2. Ib. 8, 4, 5. Ib. 8, 8, 10. Ib. 8, 9, 3. Ib. 8, 11, 4.

**P. Sittius** Nucerinus a P. Sulla in ulteriorem Hispaniam missus, pro Sulla 20, 56. — Vetus amicus et hospes Ciceronis, Ib. §. 58. cfr. ad Att. 15, 17, 1.

**Smyrna**, urbs fidelissimorum antiquissimorumque sociorum, Philipp. 11, 2, 5. — Smyrnae et multi cives Romani sunt et ius a nostro magistratu dicitur, pro Flacco 29, 71. — Cfr. etiam Brut. 22, 85. de lege agr. 2, 15, 39. ad Att. 9, 9, 2.

**Smyrnaei** Homerum suum esse confirmant, itaque etiam delubrum eius in oppido dedicaverunt, pro Archia 8, 19.

**Socrates** parens philosophiae iure dici potest, de fin. 2, 1. 1. — Socrates fons et caput philosophiae, de orat. 1, 10, 43. — Socrates Apollinis iudicio sapientissimus indicatus, Acad. post. 1, 4, 16. de am. 2, 7. de sen. 21, 78. — Socrates, id quod constat inter omnes, primus a rebus occultis et ab ipsa natura involutis avocavit philosophiam et ad vitam communem adduxit, Acad. post. 1, 4, 15. — Socrates primus philosophiam devocavit e caelo et in urbibus collocavit et in domos etiam introduxit et coëgit de vita et moribus rebusque bonis et malis quaerere, Tuscul. 5, 4, 10 et 11. —Socrates omnem caelestium curam deposuit, eaque, quae de natura quaererentur, aut maiora quam hominum ratio consequi posset, nihil omnino ad vitam hominum attinere dixit, de r. p. 1, 10, 15. cl. tamen ib. 8, 16. — Illam Socraticam dubitationem de omnibus rebus reliquerunt Academici et Peripatetici. Ita facta est, quod minime Socrates probabat, ars quaedam philosophiae, Acad. post. 1, 4, 17. — Rerum obscuritas ad confessionem ignorationis adduxit Socratem, Ib. 1, 12, 44. — Consuetudo iudicium suum nullum interponendi ab eo tradita, quam tenent Academici, de divin. 2, 72, 150. — Ei nihil est visum sciri posse. Excepit unum tantum 'scire se nihil se scire', Acad. pr. 2, 23, 74. — Socrates nihil rerum naturalium sciri putat posse, Ib. 2, 39, 123. — Eius doctrina de immortalitate animorum, de am. 4, 13. cl. Tuscul. 1, 29, 71. Ib. 1, 30, 74. — Socrates et Socratici genus argumentandi, quod per inductionem sumitur, maxime tractarunt, de inv. 1, 35, 61. — *Ἐπαγωγῇ*, inductione, plurimum est usus in sermonibus Socrates, topic. 10, 42. — Hoc a Socrate acceptum diligenter Stoici retinuerunt, omnes insipientes esse non sanos, Tuscul. 3, 5, 10. — Eius somnium apud Platonem in Critone, de divin. 1, 25, 53. — Paene in manu iam mortiferum tenens poculum locutus ita est, ut non ad mortem trudi, verum in caelum videretur ascendere, Tuscul. 1, 29, 71. Ib. 1, 30, 74. — Plato ad Pythagorios profectus est, ut quum Socratem expressisset, adiungeret Pythagoriorum disciplinam eaque, quae Socrates repudiabat, addisceret, de fin. 5, 29, 87. — Primum de virtute quaeri coeptum est a Socrate, Ib. 5, 29, 88. — De Socra-

tis et Platonis summa auctoritate, de divin. 1, 30, 62. — Nemo, si quid Socrates aut Aristippus contra morem consuetudinemque civilem fecerint locutive sint, idem sibi arbitretur licere, de off. 1, 41, 147. — Eum doctum et sapientem virum fuisse memoriae proditum est, parad. 3, 2, 23. — Socrates a Platone expressus, ita tamen, ut maius quiddam de illo suspicemur, de orat. 3, 4, 15. — Ab eo profecta Academia, de n. d. 1, 5, 11. — Socrates opposuit se sophistis et subtilitate quadam disputandi refellere eorum instituta solebat verbis, Brut. 8, 31. — Gorgiam et caeteros sophistas ab eo lusos esse, de fin. 2, 1, 2. — Socrates stupidus, bardus, mulierosus iudicatus a Zopyro physiognomone, de fato 5, 10. cl. Tuscul. 4, 37, 80. — Socrates fidibus canere senex dicidit, de sen. 8, 26. cl. ad fam. 9, 22, 3. — Socrates, quum XXX. tyranni essent, pedem porta non extulit, ad Att. 8, 2, 4. — Eius *δαιμόνιον*, de divin. 1, 54, 122 sqq. — Socrates, quod ad divinationem attinet, mansit in antiquorum philosophorum sententia, de divin. 1, 3, 5. — Praeclare Socrates hanc viam ad gloriam proximam et quasi compendiariam dicebat esse, si quis id ageret, ut qualis haberi vellet, talis esset, de Off. 2, 12, 43. — Socrates dicere solebat omnes in eo, quod scirent, satis esse eloquentes, de orat. 1, 14, 63. — A principe philosophiae Socrate satis dictum est de ubertatibus virtutis et copiis, de n. d. 2, 66, 167. — Eum accepimus exsecrari solitum eos, qui primum honestum et utile natura cohaerentia opinione distraxissent, de off. 3, 3, 11. cl. de leg. 1, 12, 33. Ib. 1, 21, 56. — Socratis et C. Laelii aequabilitas in omni vita et idem semper vultus eademque frons, de off. 1, 26, 90. cl. Tuscul. 3, 15, 31. — Parvis contentus, Ib. 3, 23, 56. — Quum alind diceret, aliud sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Graeci *εἰρωνείαν* vocant, Acad. pr. 2, 5, 15. cl. de off. 1, 30, 108. de orat. 2, 67, 270. Brut. 85, 292. — Socrates quum rogaretur, cuiatem se esse diceret, 'Mundanum' inquit, Tusc. 5, 37, 108. — Socrates dicebat cibi condimentum esse famem, potionis sitim, de fin. 2, 28, 90. — Socratem ferunt, quum usque ad vesperam contentius ambularet quaesitumque esset ex eo, qua re id faceret, respondisse se, quo melius cenaret, opsonare ambulando famem, Tuscul. 3, 34, 97. Socrates, in pompa quum magna vis auri argentique ferretur; 'Quam multa non desidero!' inquit, Ib. 5, 32, 91. — Socrates Alcibiadi persuasit eum nihil hominis esse etc., Ib. 3, 32, 77. — Non sine causa, quum Orestem fabulam doceret Euripides, primos tres versus revocasse dicitur Socrates, Ib. 4, 29, 63. — Socratem aiunt dicere perfectum sibi opus esse, si qui satis esset concitatus cohortatione sua ad studium cognoscendae percipiendaeque virtutis, de orat. 1, 47, 204. — Omnis eius oratio in virtute laudanda et in hominibus ad virtutis studium cohortandis consumebatur, Acad. post. 1, 4, 16. — Quo modo in iudicio capitis pro se ipse dixerit, de orat. 1, 54, 231. — Summa eius in morte obeunda constantia, Tuscul. 1, 40, 97 sqq. Ib. 1, 43, 103. de n. d. 3, 33, 82. — Illius verae elegantisque philosophiae, quae ducta a Socrate in Peripateticis adhuc permansit — nulla fere sunt aut pauca admodum Latina monumenta, Tusc. 4, 3, 6. — Socrates princeps fuit eorum, qui a re civili animi quodam iudicio abhorrerent, dicendi exercitationem exagitarent atque contemnerent etc., de orat. 3, 16, 59. — Litteram nullam reliquit, Ib. §. 60. — Dissociati a Socrate diserti a doctis et deinceps a Socraticis item omnibus, philosophi eloquentiam despexerunt, oratores sapientiam, de orat. 3, 19, 72. — Socrates in dialogo Aeschinis, de inv. 1, 31, 51. — Socrates in Platonis Gorgia cavillatur oratorem, de orat. 3, 31, 122. — Eius iudicium de Archelai falsa beatitudine in Platonis Gorgia, Tuscul. 5, 12, 34. — Quid disputet in Platonis Phaedone, pro Scauro 2, 4. — Socrates, qui est in Phaedro Platonis etc., de orat. 1, 7, 28. — In Phaedro sophistas *λογοδαιδάλους* appellat, orat. 12, 39. — In eodem dialogo laudat Isocratem, Ib. 13, 41. — Socrates apud Platonem sibi rem publ. ipse finxit, de r. p. 2, 1, 3. Ib. 2, 11, 22. Ib. 2, 29, 51. Ib. 2, 30, 52. — Socrates in Platonis Politia, de divin. 1, 29, 60. — Socrates cum Critobulo loquitur in Xenophontis Oeconomico, de sen. 17, 59. — Socrates scurra Atticus dictus a Zenone Epicurio, de n. d. 34, 93. Tuscul. 5, 9, 26. de n. d. 1, 2, 6, 18. Ib. 3, 11, 26. de off. 3, 19, 77. fragm. p. 266. Ib. p. 285.



**Socratica ratio** contra alterius opinionem disserendi, Tusc. 1, 4, 8.

**Socratici** philosophi, de orat. 3, 19, 72 et 73. — Eorum quasi familiae dissentientes inter se et multum disiunctae, Ib. 3, 16, 61. — Manent in antiquorum philosophorum sententia de divinatione, de divin. 1, 3, 5. — Socraticorum libri, Acad. post. 1, 4, 16. — Urbanis et facetis dictis philosophorum Socraticorum libri referti sunt, de off. 1, 29, 104. — Socratici in sermonis lepore maxime excellunt, Ib. 1, 37, 134. — Eos legunt omnes, etiam qui eorum doctrinam non probant, Tuscul. 2, 3, 8. — Socratici sermones, de orat. 3, 18, 67. — Socrates et Socratici viri, ad Att. 14. 9, 1. de inv. 1, 35, 61.

**Sol.** Sol unde dictus, de n. d. 2, 27, 68. — Sol deus, eum Apollinem Graeci putant, Ib. 3, 20, 51. — Sol, pater Circes, Pasiphaës, Aeetae, avus Medeae et Absyrti, Ib. 3, 19, 48. — Sol in currum filium Phaëthontem sustulit, Ib. 3, 31, 76. — Sol et Phaëthon, de off. 3, 25, 94. — Sol princeps et moderator luminum reliquorum, mens mundi et temperatio, de r. p. 6, 17, 17. — Solis circumvectio, Tim. 9. — Eius cursus, de n. d. 2, 40, 102. — Solis proprietates, Tim. 9. — Soles multi a theologis proferuntur, de n. d. 3, 21, 54.

**Solentini.** V. **Soluntini.**

**Soli**, urbs Ciliciae, ubi Alexander deposuisse pecuniam dicitur, de leg. 2, 16, 41.

**Solon**, Atheniensis, qui et sapientissimus fuit ex septem et legum scriptor solus ex septem, rem publicam duabus rebus contineri dixit, praemio et poena, ep. ad Brut. 1, 15. — Opinio est Solo-

nem valuisse dicendo, Brut. 7, 27. cl. de orat. 1, 13, 58. — Servio Tullio regnante viguit, Ib. 10, 39. — In primis versutum et callidum factum Solonis, de off. 1, 30, 108. — Eius σεισάχθεια significatur, de r. p. 2, 34, 59. — Solon orientem tyrannidem multo ante prospexit, de divin. 1, 49, 111. — Solonis, Lycurgi, Draconis legibus Romanas praefert L. Crassus, de orat. 1, 44, 197. — Solonis scripta ex Stoicorum sententia non erant leges, Acad. pr. 2, 44, 136. — Solonis lex, qui capite sanxit, si qui in seditione non alterius utrius partis fuisset, ad Att. 10, 1, 2. — Solon primus constituit Areopagitas, comparatus cum Themistocle, de off. 1, 22, 75. — De Solonis fere legibus translata sunt caetera, quae in XII. minuendi sunt sumptus lamentationisque funeris, de leg. 2, 23, 59. Ib. 25, 64. — Quum, ut scribit Phalereus, sumptuosa fieri funera et lamentabilia coepissent, Solonis lege sublata sunt, Ib. 2, 25, 64. — Solon quum interrogaretur cur nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset, respondit se id neminem facturum putasse, pro Sex. Roscio 25, 70. — Responsum ab eo datum Pisistrato, de sen. 20, 72. — Eius elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum et lamentis vacare, Ib. §. 73. — Duo eius versus in Latinum conversi, Tuscul. 1, 49, 117. — Solon versibus gloriatur se cotidie aliquid addiscentem senem fieri, de sen. 8, 26. Ib. 14, 50. — Memoratur etiam de orat. 3, 15, 56. de fin. 2, 27, 87. Tuscul. 1, 46, 110. de leg. 1, 22, 57. de r. p. 2, 1, 2.

**Solonium** campus agri Lanuvini, ibi Q. Roscius educatus, de divin. 1, 36, 79. — Ibi ad focum angues nundinari solent, Ib. 2, 31, 66. ad Att. 2, 3, 3.

**Soluntini** rectius quam Solentini, Verr. accusat. 2, 42, 102. Ib. 3, 43, 103.

**Somnia**, numina divina, de n. d. 3, 17, 44.

**Sopater** Halicyensis, a C. Verre condemnatus, Verr. accusat. 2, 28, 68.

**Sopater**, proagorus Tyndaritanorum, testis in Verrem, Verr. accusat. 4, 39, 85.

**Sophistae.** Iis se opposuit Socrates, Brut. 8, 31. — Sophistae a Socrate apud Platonem illusi, Ib. 85, 292. — Sophistarum dicendi genus, orat. 19, 65. — Sophistae in genere ἐπιδεικτικῷ elaborarunt, Ib. 11, 37.

**Sophocles**, incola Colonei loci, de fin. 5, 1, 3. — Mollissimum eius carmen de Oedipode, Ib. — Sophocles a filiis in iudicium vocatus, propter Oedipum Coloneum in iudicio recitatum a iudicibus liberatus, de sen. 7, 22. — Sophocles in somnio vidit Herculem dicentem quis pateram suam auream surripuisset, de divin. 1, 25, 54. — A Pericle collega in praetura reprehenditur, quod pulcrum puerum admiraretur, de off. 1, 40, 144. — Eius dictum de rebus venereis, de sen. 14, 47. Pacuvius lamentationem Ulixi melius expressit quam Sophocles, Tuscul. 2, 21, 49. — Eius versiculus, ad Att. 2, 7, 4. — Alii, Ib. 2, 17, 2. — Sophoclis versus ex Aiace Locro a Cicerone in Latinum conversi, Tuscul. 3, 29, 71. — Versus ex Trachiniis a Cicerone in Latinum conversi, Tuscul. 2, 8, 20. — Συνδείπνους Σοφοκλέους, quamquam a Q. fratre actam fabellam vidit esse festive, nullo modo probavit Cicero, ad Q. fr. 2, 15 (16) 3. — Summus poëta tragicus, orat. 1, 4, — cl. etiam opt. gen. or. 6, 18.



**Sophocles** Agrigentinus, Verr. accusat. 3, 88, 204.

**Sopolis** pictor, ad Att. 4, 16, 12.

**Sora**, Romanorum colonia ad Lirim sita, Arpino vicina, incolae Sorani, de orat. 3, 11, 43. pro Plancio 9, 22. V. **Soranus.**

**Soranus** augur per irrisionem dictus App. Claudius Pulcher, de divin. 1, 47, 105.

**Soranus.** V. **Valerius.**

**Sosia**, servile nomen, ad Her. 4, 50, 63. — Persona Terentiana, de inv. 1, 19, 27. Ib. 1, 23, 33.

**Sosippus** et Epicrates fratres Agyrinenses, vexati a Verre, Verr. accusat. 2, 9, 25.

**Sosis.** V. **L. Manlius Sosis.**

**Sositheus** Entelinus, Verr. accusat. 3, 87, 200.

**Sositheus.** Anagnostes Ciceronis, decessit eumque plus, quam servi mors debere videbatur, commovit a. u. c. 693., ad Att. 1, 12, 4.

**C. Sosius**, quaestor M'. Lepidi, ad Att. 8, 6, 1. — C. Sosius praetor a. u. c. 705. primum Pompeianus, cum P. Lupo ad Caesarem transit Romaeque ius dicit, ad Att. 9, 1, 2.

**Q. Sosius**, Italico bello tabularium incendit, de n. d. 3, 30, 74.

**Sostratus**, Centuripinus ab Apronio miserum in modum vexatus, Verr. accusat. 3, 23, 57.

**Sosus**, liber Antiochi contra Philonem sic inscriptus, Acad. pr. 2, 4, 12.

**Sotericus Marcius**, libertinus homo, de quo L. Crassus Tusculanum emit, pro Balbo 25, 56.

**Sparta.** Apollo Pythius oraculum edidit, Spartam nulla re alia nisi avaritia esse perituram, de off. 2, 22, 77. — Spartae pueri quam fortiter se gerant, Tuscul. 2, 14, 34. Ib. 2, 20, 46. — Spartae rapere pueri et clepere discunt, de r. p. 4, 5, 5. de n. d. 3, 38, 91. — Spartae reges fuerunt Lycurgi legibus, ut prius Romae, de r. p. 2, 23, 43. V. **Lacedaemon.**

**Spartacium** bellum Cn. Pompeii adventu sublatum ac sepultum, de imp. Cn. Pomp. 11, 30. — Spartacium bellum tangitur Verr. accusat. 5, 2, 5.

**Spartacus.** Cum Spartaco minus multi quam quinquaginta primo fuerunt, ad Att. 6, 2, 8. — Cum eo comparatur M. Antonius, Philipp. 4, 6, 15. — Memoratur etiam parad. 4, 2, 30. de harusp. resp. 12, 26.

**Spartiatae**, fortes et duri, Tuscul. 1, 43, 102. — Spartiatae pueri non ingemescunt verberum dolore laniati, Ib. 5, 27, 77. — Spartiatae etiam corpora feminarum firmari labore voluerunt, Ib. 2, 15, 36. — Spartiatarum agmen procedit ad tibiam nec adhibetur ulla sine anapaestis pedibus hortatio, Ib. 2, 16, 37. — Portentum iis oblatum ante pugnam Leuctricam, de divin. 1, 34, 76. — Spartiatae Atheniensium potiti sunt, ad Her. 4, 25, 34. V. **Lacedaemonii.**

**Spes** dea a Calatino consecrata est,

de leg. 2, 11, 28. de n. d. 2, 23, 61. Ib. 3, 18, 47.

**Speusippus.** Speusippum, sororis filium, Plato philosophiae quasi heredem reliquit, Acad. post. 1, 4, 17. — Speusippus, Platonem avunculum subsequens, deum vim quamdam dicit, qua omnia regantur, eamque animalem, de n. d. 1, 13, 32. — Speusippus et Xenocrates, qui primi Platonis rationem acceperant, et post hos Polemo et Crates unaque Crantor in Academia congregati diligenter ea, quae a superioribus acceperant, tuebantur, Acad. post. 1, 9, 34. — Speusippus, Platonis sororis filius, et Xenocrates, qui Platonem audierat, et qui Xenocratem, Polemo et Crantor nihil ab Aristotele, qui una audierat Platonem, magno opere dissensit, copia fortasse et varietate dicendi pares non fuerunt, de orat. 3, 18, 67. — Speusippus, Aristoteles, Xenocrates, veteres Platonis auditores, deinde eorum Polemo, Theophrastus, satis et copiose et eleganter habuerunt constitutam disciplinam, ut non esset causa Zenoni, quum Polemonem audisset, cur et ab eo ipso et a superioribus dissideret, de fin. 4, 2, 3. Ib. 5, 1, 2. Ib. 5, 3, 7. de leg. 1, 13, 38. Tuscul. 5, 10, 30. Ib. 5, 13, 39. Ib. 5, 31, 87.

**Sphaerus** Bosporanus, Zenonis discipulus, homo in primis bene definiens, ut putant Stoici, Tuscul. 4, 24, 53.

**Spino**, parvum flumen prope Romam, de n. d. 3, 20, 52.

**Spintharus**, Ciceronis scriba, ad Att. 13, 25, 3.

**Spinther.** V. **P. Cornelius Lentulus Spinther.**

**Spoletum** sive **Spoletium**, oppidum Umbriae, colonia Latina, pro Balbo 21, 48.

**Spongia**, iudex Clodianus a. u. c. 693., ad Att. 1, 16, 6.

**Spurinna Vestricius** haruspex, ad fam. 9, 24, 2. — Quid Caesari praedixerit, de divin. 1, 52, 119.

**Stabianum**, villa M. Marii ad Stabias, Campaniae oppidum, ad fam. 7, 1, 1.

**Staienus.** V. **C. Aelius Staienus.**

**Staseas** Neapolitanus, nobilis Peripateticus. Eum multos annos habuit apud se M. Pupius Piso, de fin. 5, 3, 8. cl. de orat. 1, 22, 104. — Adsensus est iis, qui multum in fortuna secunda aut adversa, multum in bonis aut malis corporis ponerent, Ib. 25, 75.

**Stata** dea, de leg. 2, 11, 28.

**Statiellenses**, incolae oppidi Liguriae inter Dertonam et Vada Sabatia, quae dicebantur, Aquae Statiellae, vel Aqua Statiellenses vel Aquae Statiellorum, ad fam. 11, 11, 2.

**Statilius**, pessimus histrio a. u. c. 677., pro Rosc. Com. 10, 30.

**L. Statilius**, augur a. u. c. 709., ad Att. 12, 13, 2. Ib. 12, 14, 1.

**L. Statilius**, Catilinarius, in Catil. 3, 3, 6. Ib. 3, 6, 14.

**Statius**, servus Q. Ciceronis, Q. Ciceroni carus, ad fam. 16, 16, 2. — Marco minime probatus, ad Att. 6, 2, 1. ad Q. fr. 1, 2, 1—4. — Quinto erat ab epistolis, Ib. 1, 3, 8. cl. ad Att. 12, 5, 1. — De Statio manu misso, ad Att. 2, 18, 4. Ib. 3, 19, 1.

**Statius** comicus. V. **Caecilius Statius.**

**Statius Albius Oppianicus.** V. **Albius.**

**L. Statius Murcus.** Rumor Murcum perisse naufragio a. u. c. 708., ad Att. 12, 2, 1. — L. Murcus et Q. Crispus, imperatores, in Syria exercitus C. Cassio tradiderunt a. u. c. 711., Cassius ad fam. 12, 11, 1. cl. ep. ad Brut. 2, 5. — L. Statius Murcus procos., Philipp. 11, 12, 30.



**Sex. Statius**, negotiator, necessarius Cn. Pompeii. Ei praefecturam negavit Cicero, ad Att. 6, 1, 6.

**Stellas** campus in mediterranea Campania. Eum dividi iubebat P. Rullus, de lege agr. 1, 7, 20. — Stellatis ager, Ib. 2, 31, 85.

**Sterope**, Pleias, Arat. v. 270.

**Stesichorus.** Eum non coëgit in suis studiis obmutescere senectus, de sen. 7, 23. — Stesichori poëtae statua quae, erat Thermis, senilis incurva, cum libro, summo artificio facta, Verr. accusat. 2, 35, 87. — Stesichori versiculus, ad Att. 9, 13, 1.

**Sthenius** Thermitanus, Verr. accusat. 2, 34, 83. Ib. 2, 36, 88. Ib. 2, 46, 113. Verr. accusat. 2, 5, 42, 109. Ib. 2, 49, 128. Ib. 3, 7, 18.

**Stilpho**, persona Terentiana, orat. 47, 157.

**Stilpo** Megarensis, Zenonis Cittiei praeceptor. — Stilpo, Diodorus, Alexinus, molesti Academicis veteribus, sed minuti philosophi, quorum sunt contorta et aculeata quaedam *σοφίσματα*, Acad. pr. 2, 24, 75. — Stilpo, Megaricus philosophus, acutus sane homo, de fato 5, 10.

**Stoici** ab Antisthene, de orat. 3, 17, 62. — Stoici ex omnibus philosophis plurima novaverunt, de fin. 3, 2, 5. — Vera elegansque philophia ducta a Socrate in Peripateticis adhuc permansit et idem alio modo dicentibus Stoicis, quum Academici eorum controversias disceptarent, Tuscul. 4, 3, 6. Ib. 4, 5, 9. Ib. 4, 6, 12. — Stoici quum a Peripateticis et Academicis omnia transtulissent, nominibus aliis easdem res secuti sunt, de fin. 5, 8, 22. — Stoici a Peripateticis et Academicis verbis magis quam sententiis differunt, Acad. pr. 2, 5, 15. — Inter eos et Academicos est non de terminis, sed de tota possessione contentio, Acad. pr. 2, 43, 132. — Verum non esse, quod contendit Antiochus, Stoicis cum Peripateticis re concinere, verbis discrepare, de n. d. 1, 7, 16. — Stoici maxime forti et, ut ita dicam, virili utuntur ratione atque sententia, Tuscul. 3, 10, 22. — Sunt Socratica pleraque mirabilia Stoicorum, quae *παράδοξα* nominantur, Acad. pr. 2, 44, 136. — Percipiendi vis ita definitur a Stoicis, ut negent quidquam posse percipi nisi tale verum, quale falsum esse non possit, de fin. 5, 26, 76. — Stoici multa falsa esse dicunt longeque aliter se habere ac sensibus videantur, Acad. pr. 2, 31, 101. — Stoici iudicandi vias diligenter persecuti sunt ea scientia, quam *διαλεκτικὴν* appellant, inveniendi artem, quae *τοπικὴ* dicitur, — totam reliquerunt, topic. 2, 6. cl. de fin. 4, 4, 10. — Stoici soritem et *ψευδόμενον* plagas ipsi contra se texuerunt, Acad. pr. 2, 48, 147. — Breviter astringere solent argumenta, Tuscul. 3, 6, 13. — Stoici irridentur, de orat. 3, 18, 65 sqq. — Stoici traducti a disputando ad dicendum plerumque inopes reperiuntur, Brut. 31, 118.

— Eorum astrictior est oratio aliquantoque contractior, quam aures populi requirunt, Brut. 31, 120. — Stoicorum obscuritas, de fin. 4, 1, 2. — Stoicorum dumeta, Acad. pr. 2, 35, 112. — Stoicorum laquei, Tuscul. 5, 27, 76. — Stoicorum ineptiae in notationibus vocabulorum, fragm. p. 293. — Nova verba fingunt, deserunt usitata, de fin. 4, 3, 7. — Stoica haeresis nullum sequitur florem orationis neque dilatat argumentum, sed minutis interrogatiunculis quasi punctis quod proposuit efficit, parad. prooem. 2. cl. Tuscul. 2, 18, 42. — Eorum πρόνοια anus fatidica a Velleio Epicurio dicta atque irrisa, de n. d. 1, 8, 18. Ib. §. 20 sqq. cl. de divin. 2, 7, 19. Ib. 2, 8, 21. Ib. 2, 10, 24. Ib. 2, 14, 33. Ib. 2, 17, 40. — Ex genere causarum ex aeternitate pendentium fatum a Stoicis nectitur, topic. 15, 59. — Stoicorum arx: si divinatio est, di sunt, et si di sunt, est divinatio, de divin. 1, 6, 10. — Eorum sententia de divinatione, de divin. 1, 3, 5 sqq. — Eorum ratiocinatio de divinatione, de divin. 1, 38, 82. Ib. 2, 49, 101. — Eorum sententiae de divinatione passim refutatae, de divin. 2, 19, 44. — Nimis superstitiosa eorum de divinatione sententia, Ib. 2, 48, 100. — Stoici negant quemquam nisi sapientem divinum esse posse, de divin. 2, 63, 129. — Omnia fato fieri dicunt, unde iis consentaneum est oracula caeteraque, quae ad divinationem pertinere dicuntur, comprobare, de fato 15, 33. — Ab iis genera divinandi artificiosa defenduntur, a Peripateticis improbantur, de divin. 1, 33, 72. — Eorum sententia de extispicio, Ib. 1, 52, 118. — Stoicorum doctrina de mundo singulisque eius partibus, quas deos esse dicunt, Acad. pr. 2, 37, 119. — Stoici et deos esse et quattuor ex rebus omnia constare dixerunt etc., de fin. 4, 5, 12. — Eis aether videtur summus deus, mente praeditus, qua omnia regantur, Acad. pr. 2, 41, 126. — Stoici omnia solent ad igneam vim referre, Heraclitum sequentes, de n. d. 3, 14, 35. — Stoici solent, quum artificium effingunt fabricamque divinam, quam sint omnia in hominis figura non modo ad usum, verum etiam ad venustatem apta, describere, Ib. 1, 18, 47. — Placet Stoicis quae in terris gignantur, ad usum hominum omnia creari, homines autem hominum causa esse generatos, de off. 1, 7, 22. — Stoicum est nec admodum credibile nullum esse pilum omnibus rebus talem, qualis sit alius pilus, nullum granum, Acad. pr. 2, 26, 85. — Stoicorum facilis conclusio est, ut, cuius in potestate summum bonum, in eiusdem vita beata sit: ita fit semper vita beata sapientis, Tuscul. 5, 28, 82. Ib. 5, 29, 83. — Stoicis finis consentire naturae, quod esse volunt e virtute, id est, honeste vivere etc., de fin., 2, 11, 34. cl. Tuscul. 5, 30, 84. — Stoici 'praecipua' vel 'producta' dicunt, quae bona Peripatetici, Tuscul. 5, 16, 47. — Facere omnia, ut adipiscamur quae secundum naturam sint, etiam si ea non adsequamur, id esse et honestum et solum per se expetendum et solum bonum Stoici dicunt, de fin. 5, 7, 20. — Eorum doctrina de honesto, de off. 3, 3, 11. cl. de fin. 2, 21, 68. — Stoici duas contrarias sententias obtinere volunt, et quod honestum sit, solum id bonum esse dicunt, quum tamen appetitionem rerum ad vivendum accommodatarum a natura profectam dicant, de fin. 4, 28, 79. — Stoici mihi in hoc iocari videntur interdum, quum ita dicunt, si ad illam vitam, quae cum virtute degatur, ampulla aut strigilis accedat, sumpturum sapientem eam vitam potius, cui haec adiecta sint, nec beatiorem tamen ob eam causam fore, Ib. 4, 12, 30. — Stoicorum et Peripateticorum controversiam de finibus bonorum solebat tamquam honorarius arbiter iudicare Carneades, Tuscul. 5, 41, 119. — Stoici negant fugere sapientes, ep. ad Brut. 1, 15. — Stoici et sapientem amaturum esse dicunt et amorem ipsum conatum amicitiae faciundae ex pulcritudinis specie definiunt, Tuscul. 4, 34, 72. — Stoici contortulis quibusdam ac minutis conclusiunculis nec ad sensus permanantibus effici volunt non esse malum dolorem, Ib. 2, 18, 42. cl. Ib. 2, 12, 29. — Stoici amorem negant stupri esse, Ib. 4, 33, 70. — Stoici censent sapientes sapientibus etiam ignotis esse amicos, de n. d. 1, 44, 121. — Hoc a Socrate acceptum diligenter Stoici retinuerunt, omnes insipientes esse non sanos, Ib. 3, 5, 10. cl. Ib. 4, 24, 54. — Stoici sapientem omnia recte facere dicunt, Ib. 4, 16, 36. — Stoici dicunt omnes esse divites, qui caelo et terra frui possint, ad fam. 7, 16, 2. — Probe definitur a Stoicis fortitudo, quum eam virtutem esse dicunt propugnantem pro aequitate, de off. 1, 19, 62. — Stoici urbanitatem virtutem esse rectissime putant, ad fam. 3, 7, 5. — Definitiones perturbationum animi ab iis constitutae, Tusc. 4, 6, 11 sqq. — Placet Stoicis omnia peccata esse paria, Acad. pr. 2, 43, 133. — In quaestione de officiis Cicero potissimum Stoicos sequitur, de off. 1, 2, 6. — Nequaquam audiendi sunt Cynici aut si qui fuerunt Stoici paene Cynici, qui reprehendunt et irrident, quod ea, quae re turpia non sint, verbis flagitiosa ducamus, Ib. 1, 35, 128. — Stoici contendebant scripta Lycurgi, Solonis, XII. tabulas nostras non esse leges, Acad. pr. 2, 44, 136. — Stoicorum doctrina magis gustata quam potata delectat, Tuscul. 5, 5, 13. Ib. 5, 7, 18. — Utrum poëtae Stoicos depravarint an Stoici poëtis dederint auctoritatem, non facile dici potest: portenta enim ab utrisque et flagitia dicuntur, de n. d. 3, 38, 91.



**Sex. Stola**, primarius vir, iudex in L. Flacci causa, pro Flacco 20, 46.

**Strabo**, augur ad Att. 12, 17. Ib. 12, 14, 1.

**Strabo** nescio qui, qui in scholis nominari solet, mille et octoginta stadia quod abesset, videbat, Acad. pr. 2, 25, 81. cl. fragm. p. 349.

**Strato**, Lampsacenus, Theophrasti auditor, quamquam fuit acri ingenio, tamen a disciplina Peripateticorum omnino semovendus est, qui quum maxime necessariam partem philosophiae, quae posita est in virtute et in moribus, reliquisset totumque se ad investigationem naturae contulisset, in ea ipsa plurimum discedit a suis,

Acad. post. 1, 9, 34. cl. de fin. 5, 5, 13. — Negat opera deorum se uti ad fabricandum mundum: quaecunque sint, docet omnia effecta esse natura, Acad. pr. 3, 38, 121. — Strato omnem vim divinam in natura sitam esse censet, quae causas gignendi, augendi, minuendi habeat, sed careat omni sensu et figura, de n. d. 1, 13, 35.

**Strato**, medicus, servus A. Rupilii medici, pro Cluentio, 63, 176. Ib. 64, 179. Ib. 66, 187.

**Stratocles**, rhetor et historicus Graecus, Brut. 11, 42.

**Stratonicus** citharista, de n. d. 3, 19, 50.

**Stratus**, Aetoliae oppidum, in Pison. 37, 91.

**Strenia** dea, ad Att. 15, 26, 4.

**Styx**, de n. d. 3, 7, 43.

**Suada**. *Πειϑὼ* quam vocant Graeci, Suadam appellavit Ennius, Brut. 15, 59. — Suadae medullam Ennius dixit M. Cethegum, de sen. 14, 50.

**C. Subernius** Calenus, ad fam. 9, 13, 1.

**Suburana** tribus urbana, de lege agr. 2, 29, 79.

**Sucronense proelium**, ad Sucronem fluvium Hispaniae, hodie *Xucar*, commissum in bello Sertoriano a. u. c. 678., pro Balbo 2, 5.

**Suessa Aurunca**, Campaniae oppidum, inter Teanum Sidicinum et Minturnas, Philipp. 3, 4, 10. Ib. 4, 2, 4. Ib. 13, 8, 18.

**Suessa Pometia**, urbs opulenta Volscorum, capta a Tarquinio Superbo, de r. p. 2, 24, 44.

**L. Suetius**, testis contra Verrem, Verr. accusat. 1, 5, 14. Ib. 2, 12, 31. Ib. 5, 47, 147.

**Sufenas**, Pompeianus, ad Att. 4, 15, 4. Ib. 8, 15, 3.

**Num. Suffucius**, Praenestinarum sortium inventor, de divin. 2, 41, 85.

**Sulla.** V. **L. Cornelius Sulla.**

**Sulmo**, oppidum in Pelignis, hodie *Sermoneta*, ad Att. 8, 4, 3. Ib. 8, 12. A., 2.

**Sulpicius** patronus C. Sulpicii Olympi, Verr. accusat. 1, 48, 125.

**C. Sulpicius**, praetor Cicerone consule a. u. c. 641., in Catil. 3, 3, 7.

**Serv. Sulpicius Camerinus** consul cum M'. Tullio Longo a. u. c. 254., Brut. 16, 62. pro Murena 7, 16.

**C. Sulpicius Galba**, Ser. F., P. Crassi Muciani gener, orator Romanus, Brut. 26, 98.

**P. (Sulpicius) Galbus**, iudex reiectus a C. Verre a. u. c. 684., Verr. accusat. 1, 7, 18. — Idem videtur esse qui P. Sulpicius, iudex tristis et integer dicitur, act. in C. Verr. 1, 10, 30. — P. Galba, competitor Ciceronis in consulatu a. u. c. 689., Q. Cic. de pet. cons. 2, 7. — ad Att. 1, 1, 1. pro Murena 8, 17. P. Galba, pontifex a. u. c. 697., de harusp. resp. 6, 12. — Galba, augur a. u. c. 705., ad Att. 9, 9, 3.

**Serv. Sulpicius Galba**, praetor a. u. c. 603., consul a. u. c. 610. — Divinus homo in dicendo, rudis in iure civili, de orat. 1, 10, 39. — Dicendi gloria praestitit, Ib. 1, 13, 58. — In dicendo atrocior acriorque Laelio, lepida de eo narratio, Brut. 22, 86. cl. ib. 23, 89. — Lusitani ab eo propraetore a. u. c. 605. contra interpositam fidem interfecti, accusatus ideo a L. Scribonio Libone, trib. pl. Brut.



23, 89. quo modo absolutus sit, Ib. §. 90. — Iudicium de eius orationibus, Ib. §. 91. Ib. 24, 93. — Ei cedebat Cato senior, Ib. 97, 333. — Populi misericordiam concitavit C. Sulpicii Galli propinqui sui Q. pupillum filium ipse paene in humeros suos extollens, de orat. 1, 53, 227. — Lepida de eo narratiuncula, Ib. 1, 56, 239. — Contra eum M. Cato ad populum summa contentione dixit, Brut. 20, 80. ad Attic. 12, 5, 3. — Eum M. Catoni Censorio, incumbenti ad eius perniciem, populus Rom. eripuit, pro Murena 28, 59. — Quamquam praestitit dicendo, tamen exiliores eius orationes fuerant et redolentes magis antiquitatem quam aut Laelii aut Scipionis aut etiam ipsius Catonis, itaque aetate Ciceronis exaruerunt, vix iam ut apparerent. — Oratio eius pro publicanis a. u. c. 616. habita, Brut. 21, 82. Cfr. ib. 33, 127. Ib. 86, 295. — Asperitatem habuit, de orat. 3, 7, 28. — Sulpicius nihil leniter dixit, orat. 30, 106. — In dicendo lateribus et clamore contendebat, de orat. 1, 60, 155. — Eum doctum fuisse traditum est, Tusc. 1, 3, 5. — Eum Laelius, quoad vixit, omnibus anteponebat, de r. p. 3, 30, 43. — Vicinus Ennii, Acad. pr. 2, 16, 51. — Eius dicta, de orat. 2, 65, 263. Ib. 2, 2, 9. ad Her. 4, 5, 7.

**Ser. Sulpicius Ser. F. Ser. N. Galba**, praecedentis filius, consul a. u. c. 646., in caede Saturnini a. u. c. 654. pro salute communi arma cepit, pro C. Rabirio perd. 7, 21.

**Ser. Sulpicius Galba** nepos Galbae oratoris Caesarianus. – Proelium Mutinense a. u. c. 711. exponit ad fam. 10, 30. — Praeesse is solebat legioni Martiae, Ib. §. 1. — Familiaris D. Bruti, ad fam. 11, 18, 1. — Vituperatur ab Antonio, Philipp. 13, 16, 33. — Sponsor pro Cn. Pompeio filio, ad fam. 6, 18, 3.

**C. Sulpicius Olympus.** Eius testamentum irritum factum a C. Verre praetore urbano a. u. 680., Verr. accusat. 1, 48, 125.

**C. Sulpicius Gallus.** Eius filius Q. Sulpicius Gallus praematura morte exstinctus, de orat. 1, 53, 228. — Constanter ipse filii pueri mortem tulit, de am. 2, 9. Ib. 6, 21. ad fam. 4, 6, 1. — C. Sulpicius Gallus maxime omnium nobilium Graecis litteris studuit, isque et oratorum in numero est habitus et fuit reliquis rebus ornatus atque elegans, Brut. 20, 78. cl. ib. 23, 90. — C. Sulpicius Gallus, cos. a. u. c. 588. cum M. Claudio Marcello. — Doctissimus homo, astrologiae peritus, de r. p. 1, 14, 21. cl. de sen. 14, 49. de am. 27, 101. de off. 1, 61, 19. — In primis L. Aemilio Paullo Macedonico probatus, eius legatus in Macedonia a. u. c. 587., Ib. 15, 23.

**Q. Sulpicius Gallus**, filius C. Sulpicii Galli, de orat. 1, 53, 228. Brut. 23, 90.

**C. (Sulpicius) Gallus** senator, Verr. accusat. 3, 65, 152.

**P. Sulpicius Rufus**, natus a. u. c. 630., M. Livii Drusi trib. pl. a. u. c. 663. maxime familiaris, et in quo magnam tum spem maiores natu dignitatis suae collocabant, de orat. 1, 7, 25. — Eius laudes, Ib. 1, 29, 131. — Fortissimo animi impetu, verborum ea gravitate

et copia, ut unus ad dicendum instructissimus a natura esse videretur, de orat. 3, 8, 31. cl. de harusp. resp. 19, 41. — P. Sulpicius cum C. Cotta inter suos aequales facile primas tulit, Brut. 49, 183. — Maxime omnium grandis et tragicus orator, Ib. 55, 203. — Sulpicii orationes, quae feruntur, eas post mortem eius scripsisse P. Canutius putatur. Ipsius Sulpicii nulla oratio est, Ib. 56, 205. Ib. 57, 207. Ib. 86, 297. Ib. 89, 304. Ib. 89, 306. — Sulpicii nullum exstat ardentis orationis exemplum, orat. 38, 132. — Iudicium de eius genere dicendi, de orat. 2, 21, 88. — Accusavit C. Norbanum quaestorem M. Antonii oratoris, a. u. c. 660., Ib. §. 89. cl. de off. 2, 14, 49. — Luxuries eius generis dicendi, de orat. 2, 23, 96. Tribunus pl. capitali odio a Q. Pompeio, qui tum a. u. c. 666. erat consul, dissidebat, quocum coniunctissime et amantissime vixerat, de am. 1, 2. — P. Sulpicius tribunus pl. a u. c. 666. cum Antistio minus acute causam agebat contra C. Iulii Caesaris Strabonis consulatus petitionem extraordinariam, Brut. 64, 226. cl. de har. resp. 20, 43. — Sulpicius intercesserat, ne exsules reducerentur etc., ad Her. 2, 28, 45. — Etiam in contentione Sulpicii leges Aelia et Fufia vixerunt, in Vatinium 9, 23. — Eius tribunatus, Cornel. sec. fragm. 4. p. 214. — Ei ad summam gloriam eloquentiae efflorescenti ferro erepta vita est, de orat. 3, 3, 11. — P. Sulpicium Rufum ne depellere quidem a se sine ferro potuit res publ., de leg. 3, 3, 20. — Sulla cum Sulpicio de iure legum, quas per vim latas Sulla dicebat, bellum civile gessit, Philipp. 8, 2, 7. Eum oppressit L. Sulla, in Catil. 3, 10, 24. cl. Brut. 63, 227. — P. Sulpicium, cui paullo ante omnia concedebant, brevi spatio non modo vivere, sed etiam sepeliri prohibuerunt, ad Herenn. 4, 22, 31. — Eius interfector facinus suum iussu consulum defendit, ad Her. 1, 15, 25.

**P. Sulpicius Rufus**, Caesarianus. Imperator dictus a. u. c. 709. Ad eum est ad fam. 13. ep. 77.

**Ser. Sulpicius Q. F. Lemonia Rufus** (Philipp. 9, 7, 15.), iure consultus illustris. — Partim cum Scaevola, partim cum Cicerone comparatur, Brut. 40, 150. — Rhodum profectus, quo melior esset et doctior, et, inde ut rediit, videtur in secunda arte (in iure civili) primus esse maluisse quam in prima (eloquentia) secundus, Ib. 41, 151 sqq. — L. Lucilio Balbo et C. Aquilio Gallo operam dedit, Ib. 42, 154. — Exsulem Sami audivit M. Brutus, Ib. §. 156. — Ab eo uno nunc ius civile summa auctoritate et scientia sustinetur, de leg. 1, 5, 17. — Quid responderit in causa Siliana, ad fam. 7, 21. — Ser. Sulpicius quo modo v. postliminium explicarit, topic. 8, 36. — Ei praetori sorte quaestio peculatus evenerat: in provinciam ire noluit, pro Murena 20, 42. — Ser. Sulpicius L. Murenam de ambitu accusavit, Ib. 3, 7 sqq. — Eius pater equestri loco, avus nulla illustri laude celebratus, Ib. 7, 16. — Ser. Sulpicio M. Marcello coss. a. u. c. 703. renovatum foedus cum Rhodiis, ad fam. 12, 15, 2. — Caelius, Ib. 8, 8, 5. — Servius cunctator, Ib.



8, 10, 3. — Eius moderatione in certamine inter Caesarem et Pompeium contentus erat Atticus a. u. c. 704., ad Att. 7, 3, 3. Ib. 8, 1, 3. — Servium exspectat Cicero. Ab eo quidquam ὑγιές, Ib. 20, 12. 4. Ib. 10, 13. 2. — Perturbatus metu, Ib. 10, 14, 1. — Tardus est ad exeundum: odiosus scrupulus de filii militia Brundisium, Ib. §. 3. Ib. ep. 15, 1. — Servius filium misit ad effligendum Cn. Pompeium aut certe capiendum cum Pontio Titiniano. ad Att. 9, 19, 2. Ib. 10. 3, 2. Ib. 10, 7, 2. — Eius filius in Caesaris comitatu a. u. c. 705., ad Att. 9, 18. 2. — Questus erat cum Caesare quod non idem sibi quod Ciceroni remisisset, Ib. 10, 3, 2. — Sulpicii consilium etsi non tam gloriosum dicitur quam Catonis, tamen et periculo vacuum est et dolore a. u. c. 706., ad Att. 11, 7, 4. Ib. 11, 13, 1. — Servius num consularis a. u. c. 709., ad Att. 13, 10, 1. — Ser. Sulpicium Graeciae praefecit Caesar, ad fam. 6, 6, 10. cl. ib. 6, 1, 6. Ib. 10. 4, 5. — Ciceronis epistolae ad eum scriptae, Ib. 13. ep. 17—28 a. — Ser. Sulpicius Ciceronem consolatur de obitu Tulliae a. u. c. 709., Ib. 4, 5. — De M. Marcelli caede a P. Magio Cilone patrata Athenis a. u. c. 709. τὰ κατὰ μέρος perscribit Ciceroni, ad fam. 4, 12. — Ser. Sulpicius, pro Deiotaro 11. 32. — Censuit, ne qua tabula post Idus Martias ullius decreti Caesaris aut beneficii figeretur, Philipp. 1, 1, 3. — In Servii oratione Cicero plus timoris videt quam consilii. Sed ei tamen adsentitur, ad Att. 14, 19, 4. — Servius proficiscens desperanter cum Attico locutus est, a. u. c. 710., Ib. 14, 18, 3. — Ser. Sulpicius et summa auctoritate et optime sentiens, ad fam. 12, 2, 3. — Eius morte magnum praesidium amissum, Ib. 12, 5, 3. cl. ib. 20, 28, 3. — In legatione ad M. Antonium a. u. c. 711. mortuus, amplissimae eius laudes, Philipp. 9, 1, 1 sqq. — Mirifice maiorum continentiam diligebat: huius saeculi insolentiam vituperabat, Philipp. 9, 6, 13. — Decretum honorificentissimum de statua pedestri aënea in Rostris ei ponenda etc. propositum a Cicerone, Philipp. 9, 7, 15 sqq. — Memoratur praeterea. Philipp. 8, 7, 22. ad fam. 3, 3, 1. Ib. 7, 31, 2. ad Att. 2, 5, 2. Ib. 5, 4, 1. Ib. 5, 21, 9.

**Ser. Sulpicius Rufus**, filius praecedentis, adolescens ingeniosus et bonus. Subscriptor accusationis L. Murenae, pro Murena 26, 54. Ib. 27, 56. — A. u. c. 705. erat in Caesaris comitatu, ad Att. 9, 18, 2. Ib. 9, 19, 2. Ib. 10, 14, 3. — Consobrinus D. Bruti, ad fam. 11, 7, 1. Ib. 11, 24, 2. Philipp. 9, 5, 12. ad fam. 4, 2, 1. — Eius laudes, Ib. 4, 4, 5. V. **Postumia**.

**Sunium**, Atticae promontorium, ad Att. 7, 3, 10. Ib. 13, 10, 3.

**Sura**, ad fam. 5, 11.

**Sybaris**, oppidum in Graecia magna, postea Thurii dictum. — Eo pervenit Pythagoras, de r. p. 2, 15, 28.

**Sybota**, insulae tres prope Corcyram, ad Att. 5, 9, 1.

**Syllus**, Academicus ignotus, tempore Zenonis Epicurii, de n. d. 1, 34, 93.

**Symmachus** Venerius, decumanus, Verr. accusat. 3, 40, 92.

**Synephebi**, Menandri et Caecilii

Statii fabulae, Tuscul. 1, 14, 31. de opt. gen. or. 6, 18. de fin. 1, 2, 4. de n. d. 1, 6, 13. Ib. 3, 29, 72.

**Synnada** sive **Synnas**, oppidum Phrygiae Salutaris, celebratum propter marmor, ad fam. 3, 8, 5. ad Att. 5, 15, 2. Ib. 5, 20, 1. — Synnadense forum, Ib. 5, 21, 9. ad fam. 15, 4, 2.

**Syracusae**, Siciliae urbs primaria. Earum laudes atque accurata descriptio, Verr. accusat. 4, 52, 117 sqq. Tuscul. 5, 20, 57. — Earum laudes in Timaeo celebratae, de r. p. 3, 31, 43. — Nulla ibi fuit res publ., quum essent tyranni, cl. ib. 3, 33, 45. — Syracusarum situs, orat. 62, 210. cl. Verr. accusat. 5, 10, 26. — Acta Syracusana, Ib. 5, 31, 80. — M. Marcellus habitare in ea parte urbis, quae insula est, Syracusanorum neminem voluit, Ib. 5, 32, 84. — Lautumiae Syracusanae, Ib. 5, 27, 68. Ib. 5, 55, 143. — Plena sunt monumenta Graecorum, quemadmodum sapientissimi viri regna tulerint vel Athenis vel Syracusis, ad fam. 9, 16, 6. — Lex, quae erat Syracusis de sacerdote Iovis in singulos annos sortito capiendo, Verr. accusat. 2, 51, 126. De more, qui fuerit Syracusis, ut, si qua de re ad senatum referretur, ordine diceret qui vellet, Ib. 4, 64, 142 sqq. Brut. 16, 63. — Syracusanae mensae a Platone graviter vituperantur, de fin. 2, 28, 92. — Syracusiae Italicaeque mensae a Platone reprehensae, Tuscul. 5, 35, 100.

**Syracusani**, homines periti et humani, Verr. accusat. 5, 28, 71. — Apud Syracusanos sacerdotium Iovis honos est amplissimus, Ib. 4, 61, 137. — Syracusiorum tyrannus Dionysius, de divin. 1, 20, 39.

**Syri** et Aegyptii. Firmiores erant apud eos opiniones de bestiis quam apud Romanos de sanctissimis templis et simulacris deorum, de n. d. 1, 29, 81. — Syri piscem venerabantur, de n. d. 3, 15, 39, — Syri et Iudaei, nationes natae servituti, de prov. cons. 5, 10. — Syrorum ac Persarum barbari reges solebant, plures uxores habere, his autem uxoribus civitates attribuere etc., Verr. accusat. 3, 33, 76. — Syri venales, ut quisque optime Graece sciebat, ita erat nequissimus, de orat. 2, 66, 265. de divin. 2, 46, 96. — ‘Nemo queritur Syrum nescio quem de grege noviciorum factum esse consulem’, contumeliose de Pisone, in Pison. 1, 1.

**Syria** Tyrosque parentes Veneris quartae sive Astartes, de n. d. 3, 23, 59.

**Syria**. In ea Chaldaei, de divin. 1, 41, 91. de fin. 2, 32, 106. — De Syriae ruribus et transmarinis vectigalibus, de lege agr. 2, 29, 80. — Eunuchi ex Syria, Cornel. sec. fragm. 8., p. 215. — Syria taeterrime administrata ab A. Gabinio a. u. c. 698., de prov. cons. 4, 9. in Pison. 17, 41. — Magnum in Syria bellum a. u. c. 704, ad Att. 6, 4, 1. — Difficile est in Asia, Cilicia, Syria ita versari imperatorem, ut nihil aliud nisi de hoste ac de laude cogitet, de imp. Cn. Pomp. 22, 64. — Syriae reges, Antiochus et Seleucus, Verr. accusat. 4, 27, 61. — Syria pro Assyria, Tuscul. 5, 35, 101. ad fam. 9, 15, 4.

**Syriaci** publicani, ad Q. fr. 2, 11 (13), 2.



**Syro** Epicurius, Ciceronis amicus, ad fam. 6, 11, 2. de fin. 2, 35, 119.

**Syrtis** patrimonii, translatum vitiosum, de orat. 3, 41, 163.

**Syrus** mercator, orat. 70, 232.

**Syrus**, servus litteratus Attici, ad Att. 12, 22, 2. Ib. 15, 17, 1.

**Tabellariae** leges quattuor, Gabinia, Cassia, Papiria, Caelia, de leg. 3, 16, 35 sqq.

**Tabulae duodecim.** In iis antiquitatis effigies, de orat. 1, 43, 193. — Bibliothecas omnium philosophorum unus videtur XII. tabularum libellus et auctoritatis pondere et utilitatis ubertate superare, Ib. 1, 44, 195. — Duodecim tabulae ab omni iudicio poenaque provocari licere indicant compluribus legibus, de r. p. 2, 31, 54. — Tabulae duodecim declarant condi iam tum solitum esse carmen, quod ne liceret fieri ad alterius iniuriam, lege sanxerunt, Tuscul. 4, 2, 4. — Duodecim tabulae usucapionem intra quinque pedes esse noluerunt, de leg. 1, 21, 55. — **Si in ius vocat,** Ib. 2, 4, 9. — Quae in XII. minuendi sunt sumptus lamentationisque funeris, translata de Solonis fere legibus sunt in duodecim tabulas, Ib. 2, 23, 59. Cfr. Ib. 2, 25, 64. — **Hominem mortuum in urbe ne sepelito neve urito**, Ib. 2, 23, 58. — **Si furiosus escit**, Tuscul. 3, 5, 11. fragmenta earum, de orat. 3, 39, 158. de leg. 2, 23, 59. et 24, 60. de off. 1, 12, 37. de r. p. 4, 8, 8. Ib. 4, 10, 12. de leg. 3, 19, 43. pro Tullio §. 47 sqq. pro Milone 3, 9.

**Tabulae** censoriae, orat. 46, 156.

**Tadius**, ad Att. 1, 5, 6. Ib. 1, 8, 1.

**P. Tadius**, argentarius, Verr. accusat. 1, 39, 100. — P. Tadius, Verris legatus, Ib. 2, 20, 49. Ib. 5, 25, 63.

**Q. Tadius**, propter sarta tecta pecuniam dedit C. Verri praetori urbano a. u. c. 680., Verr. accusat. 1, 49, 128. — Q. Tadius, etsi propinquus Verris, testis contra eum, Ib. 4, 13, 31.

**Tages**, auctor haruspicinae disciplinae, de divin. 2, 23, 50.

**Talna.** V. in **Iuventiis Talnis.**

**Tamelastis**, fragm. p. 343.

**Tamisius.** V. **Mustela Tamisius.**

**Tanagra**, oppidum Boeotiae, de domo sua, 43, 111.

**Tantalidae.** Eorum internicio, de n. d. 3, 38, 90.

**Tantalus**, avus Thyestae. Tantalo prognatus sive nepos est Thyestes, Tuscul. 3, 12, 26. — De saxo Tantalo apud inferos impendenti, Ib. 4, 16, 35. — Mors, quasi saxum Tantalo semper impendet, de fin. 1, 18, 60. — Tantalus mento summam aquam attingens, Tuscul. 1, 5, 10. de off. 3, 21, 84.

**Tanusii.** Titiniorum ac Nanniorum ac Tanusiorum capita Galli demetebant, quibus Sulla Catilinam praefecerat, Q. Cic. de pet. cons. 2, 9.

**Tarcondimotus**, regulus partis Ciliciae, socius populi Rom., ad fam. 15, 1, 2.

**Tarentini**, incolae Tarenti, Verr. accusat. 4, 60, 135. de fin. 1, 3, 7. pro Archia 3, 5. ad Att. 5, 19.

**Tarentum**, urbs Calabriae celeberrima, Cat. 4, 11. Ib. 12. Brut. 18, 72. de orat. 2, 67. pro Cluentio 9, 27. ad fam. 7, 12, 4. Ib. 11, 27, 4. ad Att. 9, 15, 1.

**Tarichea**, oppidum Galilaeae, ad fam. 12, 11, 2.
**Tarpeia** et Aternia lex, de r. p. 2, 35, 60.
**Tarpeius** mons, Romae, in quo Capitolium, postea Capitolinus, ad Her. 4, 32, 43.
**Sp. Tarpeius** et A. Aternius coss. a. u. c. 299. gratam illam rem de mulctae sacramento tulerunt, de r. p. 2, 35, 60.
**Tarquiniense** municipium, pro Caecina 4, 11.
**Tarquiniensis** ager in Etruria. In eo Tages exstitit, de divin. 2, 23, 50.
**Tarquinii**, urbs Etruriae florentissima, de r. p. 2, 19, 34.
**L. Tarquinius Priscus.** Eius res gestae, de r. p. 2, 20, 15 sqq. — Eius interitus, Ib. 2, 21, 38. — Ab aquila apex ei impositus, de leg. 1, 1, 4. — Eo regnante floruit Attus Navius augur clarissimus, de divin. 1, 17, 31.
**L. Tarquinius Superbus**, Prisci filius. Eius res gestae copiose expositae, de r. p. 2, 24, 44 sqq. cl. ib. 2, 30, 52. — Significatur, Brut. 14, 53. — L. Tarquinius Superbus, Pythagorae aequalis, de r. p. 2, 15, 28. — Eius somnium, de quo in Bruto Accii loquitur ipse, de divin. 1, 22, 44. — Omnes reges Romani pares inter se praeter Superbum, parad. 1, 2, 11. — Tarquinius superbissimus atque crudelissimus rex, pro C. Rabirio perd. 4, 13. — Omnibus exosus, de am. 8, 28. — De importunitate et superbia Tarquinii, de Tarquinio exacto, de r. p. 1, 40, 62. Ib. 1, 41, 64. — De eius superbia, Philipp. 3, 4, 9. — Supplicia in cives Romanos Tarquinii nulla, Ib. 3, 4, 10. — Sapiens rectius appellabitur rex quam Tarquinius, qui nec se nec suos regere potuit, de fin. 3, 22, 75. — L. Tarquinius Superbus exactus, Philipp. 2, 34, 87. — Male Tarquinius, qui Porsenam, qui Octavium Mamilium contra patriam excitavit, ad Att. 9, 10, 3. — Tarquinium Brutus bello est persecutus, Philipp. 2, 44, 114. — Tarquinius Superbus, quum restitui in regnum nec Veientium nec Latinorum armis potuisset, Cumas se contulisse dicitur inque ea urbe senio et aegritudine esse confectus, Tuscul. 3, 12, 27. — Eum dixisse ferunt, tum exsulantem se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quos infidos, quum iam neutris gratiam referre posset, de am. 15, 53. Tuscul. 1, 36, 88.
**Sex. Tarquinius** vim attulit Lucretiae, de r. p. 2, 25, 45. de leg. 2, 4, 10.
**L. Tarquinius Collatinus**, Lucretiae maritus, de r. p. 2, 25, 45. Quo modo iudicandum de imperio ei a Bruto abrogato, de off. 3, 10, 40. — Significatur Brut. 14, 53.
**L. Tarquitius**, ad Att. 6, 8, 4.
**Tarracina**, Latii oppidum ad mare, prius Anxur dictum, de orat. 2, 59, 240. — ad fam. 7, 23, 3. Ib. 7, 8, 11. ad Att. 7, 5, 3.
**Tarraco**, urbs Hispaniae citerioris, pro Balbo 11, 28.
**Tarsenses** arcessiverunt Dolabellam, C. Cassius ad fam. 12, 13, 4. ad Att. 5, 21, 7.
**Tarsus**, Ciliciae caput, ad fam. 2, 17, 1. ad Att. 5, 20, 3.
**Tartessii.** Eorum rex Arganthonius, de sen. 19, 69.



**Tartessius**, L. Cornelius Balbus Gaditanus, ad Att. 7, 3, 11.
**L. Tarutius** Firmanus, familiaris Ciceronis, in primis Chaldaicis rationibus eruditus, quid de urbis Romae natali die statuerit, de divin. 2, 47, 98. cf. Devit. ad Varr. Sentent. p. 64 sqq.
**T. Tatius**, rex Sabinorum, in versu Enniano, ad Her. 4, 12, 18. — Post bellum ob Sabinas raptas Romulus cum eo foedus icit, de r. p. 2, 7, 13. — Ex eo Titienses, Ib. 2, 8, 14.
**Taurea Iubellius**, Campanus, in Pison. 11, 24. V. **Iubellius.**
**Tauri** in Axino, Galli, Poeni homines immolare et pium et dis immortalibus gratissimum esse duxerunt, de r. p. 3, 9, 15.
**Tauri Pylae**, angustiae, per quas iter patet ex Cappadocia in Ciliciam, ad Att. 5, 20, 2.
**Tauriscus**, histrio Graecus, Theophrasto memoratus, de orat. 3, 59, 221.
**Tauromenitani**, civitas foederata, Verr. accusat. 2, 66, 160. Ib. 3, 6, 13. Ib. 5, 19, 49.
**Taurus** caelestis, Arat. v. 536.
**Taurus.** Cum summa offensione Minotauri, id est, Calvisii et Tauri, ad fam. 12, 25, 1.
**Taurus** mons propter nives ante mensem Iunium transiri non potest, ad Att. 5, 21, 14. ad fam. 2, 15, 5. — Tarcondimotus fidelissimus socius trans Taurum, ad fam. 15, 1, 3. Ib. 15, 2, 2.
**M. Taurus**, vicinus Q. Ciceronis, ad Q. fr. 3, 1, 2. §. 4.
**Taygete**, Pleias, Arat. v. 269.
**Taygetus**, mons Graeciae a mari per totam Laconicam procurrens usque ad Arcadiam, de divin. 1, 50, 112.
**Teanum** Apulorum prope Larinum, ad Att. 7, 12, 2. Ib. 7, 13 b. 7. — Teanum Apulum abest a Larino XVIII. milia passuum, pro Cluentio 9, 27.
**Teanum** Sidicinum in Campania non procul a Calibus, hodie *Teano*, diversum a Teano Apulo, ad Att. 8, 11 B. 2. Philipp. 12, 11. de lege agr. 2, 31, 86. Ib. 2, 35, 96.
**Tebassi**, Scaevae, Frangones, Caesaris adseculae ex infima plebe, latrocinii auctores, ad Att. 14, 10, 2.
**Tecmessa**, Aiacis uxor, apud Pacuvium quasi furibunda mariti mortem deplorat, de divin. 1, 36, 80.
**Tegeatae**, incolae urbis Tegeae in Arcadia. Responsum iis datum a Pythio Apolline, de divin. 1, 19, 37.
**Telamo** Pacuvianus, de orat. 2, 46, 193. — Telamo Ennii, de n. d. 3, 32, 79. — Item Tuscul. 3, 13, 28. Ib. 3, 18, 39. et 43. Ib. 3, 19, 44. Ib. 3, 24, 58. Ib. 3, 29, 71.
**Telephus**, rex Mysorum, pro Flacco 29, 72.
**Tellus** non movetur, infima est, et in eam feruntur omnia nutu suo pondera, de r. p. 6, 17, 17. — Tellus an dea, de n. d. 3, 20, 52. — Eius aedes Romae, ad Att. 16, 14, 1. — Sp. Cassii domus eversa atque in eodem loco aedes posita Telluris, de domo sua 36, 101. — Ad Telluris aedem tuam statuam locavi, ad Q. fr. 3, 1, 4. §. 14. — Telluris armamentarium Romae sublatum ab Appio Claudio Pulcro P. Clodii fratre, de harusp. resp. 14, 31. ad Att. 4, 2.
**Telmessus** in Caria est, qua in urbe excellebat haruspicum disciplina, de divin. 1, 41, 91. Ib. 1, 42, 94.

**Temenites Apollo.** Signum Apollinis, qui Temenites vocatur, pulcherrimum et maximum, Verr. accusat. 4, 53, 119.

**Temnitae**, incolae Temni, urbis Aeolidis ad Hermum fl., pro Flacco 18, 42. — Forma eius civitatis, Ib. 19, 44.

***Τέμπη*** Reatinorum ad Att. 4, 15, 5. dicitur pro regione amoenissima.

**Tempestates** populi Romani ritibus consecratae sunt, de n. d. 3, 20, 51.

**Tempsa** oppidum Bruttiorum occupatum a Spartacii reliquiis et expilatum. Hinc Tempsanum incommodum, Verr. accusat. 5, 15, 39.

**Tenea**, vicus maritimus Achaiae inter Corinthum et Mycenas, ad Att. 6, 2, 3.

**Tenebrae** deae, de n. d. 3, 17, 44.

**Tenedii.** Tenediorum libertas securi Tenedia praecisa est, quum eos praeter Ciceronem et Bibulum et Calidium et Favonium nemo defenderet, ad Q. fr. 2, 9 (11), 2.

**Tenedus**, insula Asiatica ad oram occidentalem agro Troiano opposita, in qua oppidum eiusdem nominis, pro Archia 9, 21. pro Murena 15, 33.

**Tennes** a patre Cycno, Neptuni filio, qui Colonis imperitabat in Troade, propter suspicionem amoris novercae expulsus parvam civitatem Tenediorum condidit, Verr. accusat. 1, 19, 49. — Tennes heros pro deo Tenedi cultus, de n. d. 3, 15, 39.

**Terentia.** Nomen in formula, ad Her. 1, 11, 18.

**Terentia**, Ciceronis uxor. Ad eam scriptae sunt epistolae omnes, ad fam. 14. — L. Iulio Caesare C. Marcio Figulo coss. designatis a. u. c. 689., filiolo Cicero auctus est salva Terentia, ad Att. 1, 2, 1. — Articulorum dolores habet, Ib. 1, 5, 8. — De Terentiae saltu, Ib. 2, 4, 5. — Terentia fidelissima atque optima coniux, ad Q. fr. 1, 3, 3. — Eam Cicero quam primum cupit videre et in suo complexu emori a. u. c. 696., ad fam. 14, 4, 1. — Cicero maximo cum fletu legit, quem ad modum a Vestae ad tabulam Valeriam ducta esset, Ib. 14, 2, 2. — Rogatur a Cicerone, ne fundum vendat, Ib. 14, 1, 5. — De provincia decedens a. u. c. 704. suavissimam et optatissimam eam nominat Cicero, Ib. 14, 5, 2. — Simul cum coniuge e provincia rediens Brundisium introiit Cicero, Ib. 16, 9, 2. — Terentia eodem tempore ad portam Brundisinam venit, quo Cicero in portum, eique obvia in foro fuit a. u. c. 704., ad Att. 7, 2, 2. — Gener est suavis Ciceroni, Tulliae, Terentiae, Ib. 7, 3, 12. Ib. 7, 12, 6. Ib. 7, 13 a. 3. Ib. 7, 22, 2. — Terentia Tironem facit plurimi, ad fam. 16, 9, 2. — Angitur Ciceronis adversa valetudine a. u. c. 705., Ib. 14, 7, 1. — Terentia minus belle se habuit, sed iam convaluit a. u. c. 706., Dolabella ad Cic. Ib. 9, 9, 1. — A Cicerone dimissa est a. u. c. 708. — Cum Camillo communicari vult Cicero, ut Terentia moneatur de testamento. Tempora monent, ut videat, ut satis faciat, quibus debet. Auditum ex Philotimo est eam scelerate quaedam facere. Credibile vix est. Sed certe, si quid est, quod fieri possit, provideri vult Cicero, ad Att. 11, 16, 5. — Tulliam matri erat Cicero remissurus, ad Att. 11, 17, 1. Ib. 11, 21, 1. — Querelae de Terentia, Ib. 11, 24, 3. — De eius testamento, Ib. 12, 18 a. 2. cf. Ib. 12, 19, 3. Ib. 12, 21, 3. — De Terentia, quod sibi omne onus imponat Atticus, non agnoscit Cicero eius in se indulgentiam, a. u. c. 709., Ib. 12, 22, 1. Ib. 12, 23, 2. — De eius perfidia, ad fam. 4, 14, 3. — Terentiae etiam ante diem solvendum, si possit, a. u. c. 710., ad Att. 16, 6, 3. — Ne Terentiae quidem adhuc quod solvatur expeditum est a. u. c. 710., ad Att. 16, 15, 5. Pseudosal. in Cic. 2, 3.



**Terentia** et Cassia lege frumentum aequabiliter emi ab omnibus Siciliae civitatibus oportebat, Verr. accusat. 5, 21, 52. — Memoratur etiam Ib. 3, 70, 163. Ib. 3, 75, 173.

**Terentina** tribus, pro Plancio 8, 21. Ib. 16, 38. ad fam. 8, 8, 5.

**Terentius**, poëta comicus. Iudicium Ciceronis de eo, fragm. p. 338. — Eius fabellae propter elegantiam sermonis putabantur a C. Laelio scribi, ad Att. 7, 3, 10. — Terentii Heautontimorumenos, Tuscul. 3, 27, 65. — Eius Adelphi, de sen. 18, 65. — Eius Chremes, de fin. 1, 1, 3. — Eius Andria, Ib. 2, 4. de opt. gen. or. 6, 18. — Memoratur etiam de opt. gen. or. 1, 3. — Versus ex Adelphis, pro Caelio 16, 38. — Versiculi ex Andria, de inv. 1, 19, 27. Ib. 1, 23, 33. de orat. 2, 40, 172. Ib. 2, 80, 327. ad fam. 9, 7, 1. Ib. 12, 25, 5. de sen. 24, 89. — Versiculi ex Eunucho, ad fam. 1, 9, 19. de n. d. 2, 23, 60. Ib. 3, 19, 27. de am. 25, 93. 26, 99. de off. 1, 42, 150. Tuscul. 4, 35, 76. — Versiculi ex Heautontimorumeno, de fin. 2, 4, 14. Ib. 5, 10, 28 et 29. ad Att. 12, 6, 2. ad fam. 7, 10, 4. de off. 1, 9, 30. de leg. 1, 12, 33. — Versiculi ex Phormione, de n. d. 3, 30, 73. ad Att. 2, 19, 1.

**Terentius**, tribunus plebis a. u. c. 700., ad Att. 4, 16, 6.

**Terentius** Attici, ad Att. 6, 1, 13.

**Terentius Vespa.** Eius salse dictum in Titium, de orat. 2, 61, 253.

**L. Terentius.** L. Terentius discessit ex Africa Paestumque venit. Dicitur per Nasidium emissus esse, ad Att. 11, 17, 3.

**Q. Terentius Culleo**, pontifex minor, de harusp. resp. 6, 12. — Cum eo, quum tribunus plebi esset, locutus erat Atticus de privilegio in Ciceronem lato, ad Att. 3, 15, 5. — Culleo discessit a M. Antonio ad Lepidum, ad fam. 10, 34, 2. — Confer etiam ad Q. fr. 2, 2, 1. ad Att. 8, 12, 5.

**P. Terentius Hispo**, Ciceronis necessarius, operas in portu et scriptura Asiae pro magistro dedit a. u. c. 707., ad Att. 11, 10, 1. ad fam. 13, 65, 1.

**A. Terentius Varro Murena**, testis in causa A. Caecinae, pro Caecina 9, 25. — A. Varro, amantissimus Ciceronis. Ei Tironem commendaverat a. u. c. 705., ad fam. 16, 12, 6. — Varro Murena magno opere T. Manlii causa vult omnia, ad fam. 13, 22, 1.

**C. Terentius Varro**, consul a. u. c. 538., in proelio Cannensi occisus, Brut. 19, 77. — C. Terentii Varronis in Cannensi ignominia temeritatem luit collega L. Paullus, de sen. 20, 75.

**M. Terentius Varro Gibba.** Quaestor M. Bruti, propraetoris Galliae Cisalpinae a. u. c. 708., ad 13, 10, 1. — Vult Cicero M. Varronis mortui ante a. u. c. 709. et Lollii sibi mitti laudationem, ad Att. 13, 48, 2.

**M. Terentius Varro Lucullus,** frater germanus L. Luculli, coss. a. u. c. 681., quo eodem anno in Macedoniam profectus est, testis in Verrem, Verr. accusat. 2, 8, 24. Ib. 1, 23, 60. V. in **Liciniis.**

**M. Terentius Varro**, ad quem sunt ad fam. 9. ep. 1—8., omnes praeter octavam, cuius annus est 709., a. u. c. 708., civili bello et quidem illo ferme tempore scriptae, quo Caesar contra reliquias Pompeianas in Africa pugnavit. — M. Terentius Varro Ciceroni et studiis eisdem et vetustate amicitiae coniunctus, Acad. post. 1, 1, 1. — Antiochum audivit philosophum Academicum, Ib. 1, 3, 12. — Varro antiquitatis Romanae scientiam acceptam a L. Aelio auctamque per sese, vir ingenio praestans omnique doctrina, pluribus et illustrioribus litteris explicavit, Brut. 56, 205. — Varro satis facit Ciceroni, ad Att. 2, 20, 1. Ib. 2, 21, 6. — Multa per Varronem agi posse videntur contra P. Clodium, ib. 2, 22, 4. Ib. 2, 25, 1. — Mirabiliter moratus est, Ib. 2, 25, 1. Ib. 3, 8, 3. — De Cicerone exsule bene meretur, Ib. 3, 15, 1. Ib. 3, 15, 3. Ib. 3, 18, 1. Ib. 4, 2, 5. — Varro, familiarissimus Appii Claudii Pulcri, ad fam. 3, 7, 4. — M. Varro ante bellum profectus erat in Hispaniam, Ib. 9, 13, 1. — M. Varro et M. Cato in bello Pharsalico Dyrrhachii erant. Ibi Varro, vir doctus, perterritus est vaticinio Rhodii cuiusdam remigis, de divin. 1, 33, 68. — In eius fundum Casinatem advolavit M. Antonius, Philipp. 2, 40, 103. cl. ib. 2, 41, 105. fragm. p. 258. — Varronis bibliotheca, ad Att. 4, 14, 1. — De eius scriptis, Acad. post. 1, 2, 8 sqq. — Varro cives suos non modo copia rerum auxit, sed etiam verborum, Acad. post. 1, 7, 26. — De Varronis persona in aliquem locum includenda, ad Att. 4, 16, 2. Ib. 5, 11, 3. — Varro Ciceroni denunciavit magnam sane et gravem *προσφώνησιν*. Biennium praeteriit, quum ille *Καλλιππίδης* adsiduo cursu cubitum nullum processerit. Illam *Ἀκαδημαϊκὴν* ad Varronem transferri vult. Etenim esse *Ἀντιόχεια*, quae iste valde probet, ad Att. 13, 12, 3. cl. ib. 13, 13, 1. Ergo Cicero ad eum scripsit Academica posteriora, quorum exstat liber primus, eosque libros ad Varronem cum epistola misit, quae est ad fam. 9, 8. ad Att. 14, 2. — Homo *πολυγραφώτατος* numquam Ciceronem lacessivit scripto aliquo, Ib. 14, 18 etc. Ib. 14, 25, 3. Ib. 14, 33, 4. Ib. 14, 35, 2. — Varronis *διάλογον* exspectat Cicero, ad Att. 15, 13, 2. — *Πεπλογραφίαν* Varronis Attico probari non moleste fert Cicero, Ib. 16, 11, 3. — Varro laudat Hegesiae oratoris genus, Ib. 12, 6, 2. — Varro vitam Naevii producit ultra annum u. c. 550., Brut. 15, 60. — Proverbium: 'Non si Varronis thesauros haberem, subsistere sumptui possem', D. Brutus ad fam. 11, 10, 5.



**Tereus**, Accii tragoedia, ad Att. 16, 2, 3. Ib. 16, 5, 1.

**Terineus**, incola Terinae, oppidi in Bruttiis, Tuscul. 1, 48, 115.

**Terminalia**, Philipp. 12, 10, 24. ad Att. 6, 1, 1.

**M. Terbolius** trib. pl. D. Bruto et M. Lepido Coss. a. u. c. 677. contemptissimum nomen ex iis, qui tribuni pl. fuerunt, Cornel. sec. fragm. 7. p. 215.

**Terra**. Terram Lunae cursus proxime ambit, Tim. 9. — Terra dea, Ib. 11.

**Terracina**. V. **Tarracina**.

**Tertia**, de divin. 1, 46, 103. Ib. 2, 40, 83. V. **Aemilia**.

**Tertia**, M. Bruti soror, C. Cassii uxor. — Tertia aderit, modo ne Publius rogatus sit, ad fam. 16, 22, 1. Ep. ad Brut. 2, 5. Ib. 2, 6. — Eadem *ὑποκοριστικῶς* appellatur Tertulla, ad Att. 15, 11, 1. — De Tertullae abortu, Ib. 14, 20, 2.

**Tertia**, Isidori mimi filia, item mima, a Verre vi abducta a Rhodio tibicine, deducta ad Docimum, amica Verris, Verr. accusat. 3, 34, 78. Ib. 5, 12, 31. Ib. 5, 16, 40.

**Tertulla**. V. **Tertia**.

**Testa**. V. **C. Trebatius Testa**.

**Tetrilius Rogus** familiaris L. Luculli, doctus homo, qui Philonem Romae audierat, Acad. pr. 2, 4, 11.

**P. Tettius** accensus C. Neroni, propraetori Asiae provinciae, homo ordinis sui frugalissimus, Verr. accusat. 1, 28, 71. cl. ib. 1, 51, 135. Ib. 1, 52, 137., quibus in locis P. Titius vocatur.

**Tettius Damio**. Discessit in vestibulum Tettii Damionis Cicero operarum Clodianarum vim et insidias vitaturus, ad Att. 4, 3, 3.

**Teucer**, Telamonis regis Salaminii filius, a patre Salamine pulsus Cyprum navigavit ibique alteram Salamina condidit. — Teucer in morte Aiacis, ad Her. 1, 11, 18. — Teucer Pacuvii, de orat. 1, 58, 246 et 2, 46, 193. — Teucri vox apud Pacuvium: 'Patria est, ubicumque est bene', Tuscul. 5, 37, 108.

**Teucris**, fictum, ut videtur, nomen. *Τεῦκρις* illa lentum sane negotium, ad Att. 1, 12, 1. Ib. 1, 13, 6. — *Τεῦκρις* promissa patravit, Ib. 1, 14, 7.

**Teutoni**, a C. Mario devicti, de imp. Cn. Pomp. 20, 60.

**Thales** Milesius, physicus, de div. 2, 27, 58. — Thales inter septem sapientes solus civitati suae non praefuit, de orat. 3, 34, 137. — Thales oleae ubertatem praevidit, idem primus defectionem solis, quae Astyage regnante facta est, praedixisse fertur, de divin. 1, 49, 111. — Thales, unus e septem, cui sex reliquos concessisse primas ferunt, ex aqua dixit constare omnia, Acad. pr. 2, 37, 118. — Thales, qui primus de physicis quaesivit, aquam dixit esse initium rerum, deum autem eam mentem, quae ex aqua cuncta fingeret, de n. d. 1, 10, 25. cl. ib. 1, 33, 91. — Is, qui sapientissimus in septem fuit, dixit homines existimare oportere omnia, quae cernerent, deorum esse plena, de leg. 2, 11, 26. — Sphaera solida atque plena, quae opponitur vacuae Archimedis a Thalete primum est tornata, de r. p. 1, 14, 22. — Primus vidit solem lunae oppositum solere de-

ficere, de r. p. 1, 16, 25. — In otio vixit, de orat. 3, 34, 137.

**Thallumetus** servus Attici, ad Att. 5, 12, 2.

**Thalna.** V. **Iuventius Thalna.**

**Thasus** insula Graeca ad Thraciae oram, in Pison. 36, 89. ad Her. 4, 54, 68.

**Thaumas**, Iridis pater, quae inde Thaumantias a poëtis dicitur, de n. d. 3, 20, 51.

**Thebae** Boeotiae, vetustissimum oppidum Graecum. — Thebis crassum caelum, itaque pingues Thebani et valentes, de fato 4, 7. — Thebae dirutae ab Alexandro, de inv. 1, 50, 93.

**Thebani** oratores nulli, Brut. 13, 50.

**Thebani** et Elei. — Apud eos in amore ingenuorum libido etiam permissam habet et solutam licentiam, de r. p. 4, 4, 4. — Thebani de Lacedaemoniis bello superatis aënenm statuerunt tropaeum, accusantur apud Amphictyonas, de inv. 2, 23, 69. — Thebani Spartiatas superaverunt, ad Her. 4, 25, 34. de inv. 1, 22, 32. Ib. 1, 33, 55.

**Thebe**, Alexandri Pheraeorum tyranni uxor, eum interfecit, de inv. 2, 49, 144. Item de off. 2, 7, 25.

**Thectamenes** Lacedaemonius quam fortiter mortem contemserit, Tusc. 1, 42, 100.

**Thelxinoë**, **Aoede**, **Arche**, **Melete**, Musae primae quattuor, natae Iove altero et Neda, de n. d. 3, 21, 54.

**Themista** Lampsacena, Epicuria, Leontis cuiusdam uxor, ad quam scripsit non semel Epicurus, in Pison. 26, 63. de fin. 2, 21, 68.

**Themistagoras** et Thessalus, Lampsaceni, tumultum concitarunt contra C. Verrem, Verr. accusat. 1, 33, 83.

**Themistocles.** Themistocles, ut apud nos, perantiquus, ut apud Athenienses, non ita sane vetus, aequalis Coriolani, quocum comparatur, Brut. 10, 41 sqq. — Noctu ambulabat in publico, quod somnum capere non posset, quaerentibusque respondebat Miltiadis tropaeis se e somno suscitari, Tuscul. 4, 19, 44. Ib. 4, 25, 55. — Themistoclem illum conservatorem patriae non deterruit a re publica defendenda nec Miltiadi calamitas, nec Aristidi fuga, pro Sestio 67, 141. — Eam constat quum prudentia tum etiam eloquentia praestitisse, Brut. 7, 28. — Thucydidis de eo iudicium, ad Att. 10, 8, 7. — In re publica propter ancipitem faciendi dicendique sapientiam floruit, de orat. 3, 16, 59. — Patria, quam liberaverat, pulsus atque proterritus non in Graeciae portus per se servatos, sed in barbariae sinus confugit, quam adflixerat, de r. p. 1, 3, 5. — Athenas reliquit. Fluctum enim totius barbariae ferre urbs una non poterat, ad Att. 7, 11, 3. — Mori maluit quam auxilium petere ab hostibus, Ib. 9, 10, 3. — Ei et Coriolano adiutor contra patriam inventus est nemo, itaque mortem sibi uterque conscivit, de am. 12, 42. — In omnibus monumentis Graeciae nemo invenitur, quum ab Aiace fabulisque discesseris, praeter Atheniensem Themistoclem, qui se ipse morte mulctavit, pro Scauro 2, 3. — Ficta narratio de eius morte apud Clitarchum et Stratoclem, vera apud Thucydidem, Brut. 11, 42. — Omnium studium in legendo erectum Themistoclis fuga redituque, ad fam. 5, 12, 5. — Herodotus Themistoclem praedicavit, Ib. 5, 12, 7. — Themistocles fertur incredibili quadam magnitudine consilii atque ingenii fuisse, quid responderit cuidam docto homini, quum is sibi artem memoriae tradere vellet, de orat. 2, 74, 299. cl. ib. 2, 86, 351. de fin. 2, 32, 104. Ib. 2, 35, 116. Acad. pr. 2, 1, 2. — Quod ad calliditatem attinet, Graeci Themistoclem et Pheraeum Iasonem caeteris anteponunt, de off. 1, 30, 108. — Themistocles omnium civium perceperat nomina, de sen. 7, 21. — Quum in epulis recusasset lyram, habitus est indoctior, Tuscul. 1, 2, 4. Ib. 1, 15, 33. — Responsum ab eo Seriphio cuidam datum, de sen. 3, 8. — Eius dictum de filia collocanda, de off. 2, 20, 71. — Themistoclis colloquium cum Aristide de classe Lacedaemoniorum incendenda, de off. 3, 11, 49. — Themistocles comparatus cum Solone, Ib. 1, 22, 75. — Themistoclis liberi eguerunt, Ep. ad Brut. 1, 15. — cf. etiam Tuscul. 1, 46, 110. de off. 2, 5, 16.



**Theodectes**, Phaselites, auditor Aristotelis atque Isocratis, in primis politus scriptor, orat. 51, 172. cf. ib. 57, 194. — Eximia eius memoria, Tuscul. 1, 24, 59. — Theodectis iudicium de paeane, orat. 64, 218.

**Theodorus** Byzantius, sophista, orat. 12, 39. — Praefractior nec satis rotundus, Ib. 13, 40. — Theodorus in arte subtilior Lysia, in orationibus autem ieiunior, Brut. 12, 48.

**Theodorus** Cyrenaeus, philosophus non ignobilis. Magnanimum eius responsum Lysimacho, Pergami regi, datum, Tuscul. 1, 43, 102. Ib. 5, 40, 117. — Theodorus Cyrenaicus et Diagoras Melius nullos esse omnino deos putaverunt, de n. d. 1, 1, 2. — Theodorus posterior Diagorae, Ib. 1, 23, 63. Ib. 1, 42, 117.

**Theodorus**, Hennensium legatus, testis in Verrem, Verr. accusat. 4, 51, 113.

**Theodosius** Chius, Hermarchi adversarius, legatus ad senatum missus, per P. Clodium sica percussus, de harusp. resp. 16, 34.

**Theomnastus**, C. Verris adiutor in sceleribus, Verr. accusat. 2, 21, 50. Ib. 2, 51, 127. cl. ib. 4, 66, 148.

**Theophanes** Mytilenaeus sive Lesbius. — Cn. Pompeius Theophanem, scriptorem rerum suarum, in contione militum civitate donavit, pro Archia 10, 24. — Familiarissimus Pompeio et particeps consiliorum eius, ad Att. 2, 5, 1. Ib. 2, 12, 2. Ib. 2, 17, 3. — Valet auctoritas eius apud Cn. Pompeium plurimum, Ib. 5, 11, 3. — De Lucceii consiliis ac Theophani, Ib. 9, 3. — Theophanes adoptavit L. Cornelium Balbum, pro Balbo 25, 57. ad Att. 7, 6, 16. Ib. 8, 12, 5. — Sermones eius minaces, Ib. 9, 11, 3.

**Theophilus**, M. Marcelli libertus, ad fam. 4, 9, 1. Ib. 4, 10, 1.

**Theophrastus** divinitate loquendi nomen invenit, orat. 19, 62. — Eius auditor fuit Demetrius Phalereus, de fin. 5, 19, 54. — Fuit magister Demetrii Phalerei, Brut. 9, 37. — Ab anicula quadam Atheniensi *hospes* appellatur, Ib.

46, 172. — Coutra eum scribere ausa est Leontium, meretricula, Epicuria, de n. d. 1, 33, 93. — Theophrastus moriens accusasse naturam dicitur etc., Tuscul. 3, 28, 69. — Rhetores ab Aristotele et Theophrasto profecti, de fin. 1, 35, 61. — Genus argumentandi per ratiocinationem summe frequentavit, Ib. ib. — Theophrastus et Aristoteles cum Academia vetere re congruentes, genere docendi paullum differentes, de leg. 2, 13, 38. — Theophrastus non mediocriter delectat, quum tractat locos ab Aristotele ante tractatos, de fin. 1, 2, 6. — Theophrastus fregit quodam modo auctoritatem veteris disciplinae Peripateticae. Spoliavit enim virtutem suo decore imbecillamque reddidit, quod negavit in ea sola positum esse beate vivere, Acad. post. 1, 9, 33. — Eius auditor Strato, Ib. 1, 9, 34. — Nervos virtutis incidit, Ib. 1, 10, 35. — Theophrastus eloquens et in dicendo suavis atque ornatus, de orat. 1, 11, 49. — Nemo Theophrasto dulcior, Brut. 31, 121. — Theophrastus itemque Aristoteles cum philosophia dicendi etiam praecepta coniunxerunt, de divin. 2, 1, 4. — Theophrastus quartum numerat in orationis laudibus ornatum illud, suave et adfluens, orat. 24, 79. — Theophrastus Theodectesque de paeane eadem dicunt atque Aristoteles, Ib. 57, 194. — Eius doctrina de numero oratorio, Ib. 51, 172. — Theophrasti iudicium de paeane, Ib. 64, 218. — Iudicium de numero, Ib. 68, 228. — Theophrastus putat orationem politam non astricte, sed remissius numerosam esse oportere, de orat. 3, 48, 184. Quid de dithyrambo tradiderit, Ib. 3, 48, 185. — Quo modo Theophrasto placet, verecunda sit translatio, ad fam. 16, 17, 1. — De Zenonis et Theophrasti sententia de virtute, Acad. pr. 2, 43, 134. — Theophrastus cum fortuna, cum dolore, cum cruciatu coniungi beatam vitam nullo modo posse putavit, de fin. 5, 26, 77. — De controversia, quae erat Dicaearcho cum Theophrasto, ut ille *τὸν πρακτικὸν βίον* longe omnibus anteponeret, hic autem *τὸν θεωρητικόν*, ad Att. 2, 16, 3. — Theophrastus multa de magistratibus quaesivit subtiliter, de leg. 3, 5, 14. — Institutus ab Aristotele habitavit in eo genere rerum civilium, Ib. 3, 6, 14. — Locum de re publ. tractavit uberrime, de divin. 2, 1, 3. — Theophrastus quum statuisset verbera, tormenta, cruciatus, patriae eversiones, exsilia, orbitates magnam vim habere ad male misereque vivendum, non est ausus elate et ample loqui, quum humiliter demisseque sentiret, Tuscul. 5, 9, 24. — Eius liber *de vita beata*, Ib. — Non recte Theophrastus in Callisthene suo laudavit illam sententiam: ʻVitam regit fortuna, non sapientiaʼ. Ib. 5, 9, 25. — Eius de beata vita liber, de fin. 5, 5, 12. cl. ib. 5, 28, 85. Ib. 5, 29, 86. — Theophrasti liber, quem de divitiis scripsit, de off. 2, 16, 56. — De Theophrasti studiis omnium rerum diligentissimis, de fin. 5, 4, 10 sqq. — Eius libri *ἐξωτερικοὶ* et *ἀκροαματικοί*, Ib. 5, 5, 12. — *Θεοφράστου περὶ φιλοτιμίας* adferri sibi vult Cicero de libris Q. fratris, ad Att. 2, 3, 3. Ib. 2, 9, 2. — Eius *τέχνη ῥητορική* s. liber *περὶ λέξεως* maximo opere una cum Aristoteliis commendatus a Peripateticis, de orat. 1, 11, 43. cl. ib. 1, 13, 55. — Saepe ab Aristotele, a Theophrasto mirabiliter et laudata per se ipsa rerum scientia, de fin. 5, 25, 73. — Caeli pulcritudo etiam in terris patritam illam et avitam, ut ait Theophrastus, philosophiam cognitionis cupiditate incensam excitavit, Tuscul. 1, 19, 45. — Theophrastus interitum deplorans Callistheni sodalis sui, rebus Alexandri prosperis angitur, Ib. 3, 10, 21. — Recte ab eo laudata est hospitalitas. Laus ab eo tributa Cimoni, de off. 2, 18, 64. — Theophrasti iudicium de Herodoto et Thucydide, orat. 12, 39. — Eius testimonium de Hiceta Syracusio, Acad. pr. 2, 29, 123. — Quid rettulerit de Taurisco actore, de orat. 3, 59, 221. — Theophrastus a Timaeo reprehensus, ad Att. 6, 1, 18. de leg. 2, 6, 15. — Confer etiam Acad. pr. 2, 35, 113. de fin. 4, 2, 3. Tuscul. 5, 37, 107.



**Theopompus** rex. Nec Ephori Lacedaemone a Theopompo oppositi regibus, nec apud nos consulibus tribuni, de leg. 3, 7, 15.

**Theopompus** Chius, scripsit Historiam libris XII. — Isocrates dixit de Ephoro et Theopompo: ʻAlter (Theopompus) frenis eget, alter (Ephorus) calcaribusʼ, ad Att. 6, 1, 12. cl. Brut. 56, 204. — Quo modo institutus sit ab Isocrate, de orat. 3, 9, 36. — Nihil Theopompo acrius, fragm. p. 287. — Theopompus et Ephorus praestantes ingenio ab Isocrate magistro compulsi se ad historiam contulerunt, causas omnino numquam attigerunt, de orat. 2, 13, 57. Ib. 2, 22, 94. — Theopompus elatione atque altitudine orationis suae officit Philisto et ipsi Thucydidi, Brut. 17, 66. — Theopompum, Isocratis discipulum, quidam reprehendunt, quod concursum vocalium tanto opere effugerit, orat. 44, 151. — *Θεοπόμπου πρὸς Ἀλέξανδρον* liber, ad Att. 12, 40, 2. Ib. 13, 28, 2. — De Theopompio scribendi genere, Ib. 2, 6, 2. — Eius narratio de Bardyli, Illyrico latrone, de off. 2, 11, 40. — Eius fragmentum, de r. p. 6, 2, 2. — Apud Herodotum et apud Theopompum sunt innumerabiles fabulae, de leg. 1, 1, 5. — Theopompeus mos, orat. 61, 207.

**Theopompus**, familiaris Caesaris, ad Att. 13, 7, 1.

**Theopompus** expulsus a Trebonio, confugit Alexandriam, Philipp. 13, 16, 33.

**Theopompus**, unus de cohorte amicorum Q. Ciceronis in Asia provincia, ad Q. fr. 1, 2, 3. §. 9. Ib. 2. 16 (12), 4.

**Theoractus**, cognomen Theomnasti Syracusani, Verr. accusat. 4, 66, 148.

**Theramenes** Atheniensis, propter ancipitem faciendi dicendique sapientiam in re publ. floruit, de orat. 3, 16, 59. — De Theramenis secundae aetatis oratoris scriptis, Ib. 2, 22, 93. — Eius et aequalium dicendi genus, Brut. 7, 99. — Theramenem coniectum in carcerem triginta iussu tyrannorum in morte Critiae poculum propinasse, Tusc. 1, 40, 96.

**Thericlia** pocula, Verr. accusat. 4, 18, 38.

**Thermae**, Siciliae oppidum prope Himeram, cuius incolae Thermitani, Verr. accusat. 2, 34, 85 sqq.

**Thermitani**, Verr. accusat. 3, 42, 99.

**Thermopylae**, angusius transitus per praeruptos montes, silvis impervios, ex Thessalia in Boeotiam et Locridem, Leonidae praesertim suorumque et virtute et morte clarus, de sen. 10, 32. de fin. 2, 30, 97. Tuscul. 1, 42, 101. de off. 1, 18, 61.

**Thermus**. V. **Minucius**.

**Theseus**, Neptuni filius, de n. d. 3, 18, 45. — Theseus, amicitiae exemplum, de fin. 1, 20, 65. — Theseus haudquaquam iratus Marathonii tauri cornua comprehendit, Tuscul. 4, 22, 50. — Theseus Atticos demigrare ex agris et in astu quod appellatur omnes se conferre iussit, de leg. 2, 2, 5. — Theseus Hippolytum perdidit, quum ter optandi a Neptuno patre habuisset potestatem, de n. d. 3, 31, 76. — Theseus Hippolytum perdidit, de off. 1, 10, 32. — Theseus et Hippolytus. Ib. 3, 25, 94. — Theseus Euripidis fabula, Tuscul. 3, 14, 29. de r. p. 2, 1, 2.

**Thespiades** Musae, a L. Mummio Romam deportatae atque ad aedem Felicitatis collocatae, Verr. accusat. 4, 2, 4.

**Thespiae**, Boeotiae oppidum sub Helicone ad sinum Crissaeum, Musis sacrum, quae inde Thespiades dicuntur, ad fam. 13, 22, 1. — Propter Praxitelis Cupidinem Thespiae visuntur. Nam alia visendi causa nulla est, Verr. accusat. 4, 2, 4.

**Thespienses**, Verr. accusat. 4, 60, 135.

**Thesprotia**, regio Epiri, ad sinum Ambracium, ad Att. 6, 3, 2.

**Thessalia** vexata a L. Pisone, in Pison. 40, 96. de orat. 2, 86, 352. pro Flacco 26, 63.

**Thessalonica**, urbs Macedoniae, ad sinum Thermaïcum, ad Q. fr. 1, 4, 2.

**Thessalonicenses**, in Pison. 34. 84. de prov. cons. 2, 4.

**Thessalus** et Themistagoras Lampsaceni, tumultum concitarunt contra C. Verrem, Verr. accusat. 1, 33, 83.

**Theudas**, libertus Trebiani, ad fam. 6, 10, 1.

**C. Thoranius**. — Eum, qui Pompeii partes secutus atque exsul erat, a. u. c. 709. consolatur Cicero, ad fam. 6. ep. 20 et 21. V. etiam **Turanius**.

**Thoria** lex, de orat. 2, 70, 284.

**L. Thorius Balbus**. — Is ita vivebat, ut nulla tam exquisita posset inveniri voluptas, qua non abundaret, de fin. 2, 20, 63.

**Sp. Thorius Balbus** satis valuit in populari genere dicendi, is, qui agrum publicum vitiosa et inutili lege agraria vectigali levavit, Brut. 36, 136. — Eius lex, de orat. 2, 70, 284.

**Thoth**. Sic Aegyptii appellant Mercurium quintum, qui eis leges et litteras tradidit, eodemque nomine anni primus mensis apud eos vocatur, de n. d. 3, 22, 56.

**Thraces**, pro Sestio 43, 94. pro Fonteio 16, 34.

**Thraccia castra**, a. u. c. 698., de prov. cons. 2, 4.

**Thraecidica**, Philipp. 7, 6, 17.

**Thraex**, gladiator, Philipp. 6, 5, 13.



**Thraso** Tyndaritanus. Ei patellam abstulit C. Verres, Verr. accusat. 4, 22, 48.

**Thraso**, C. Curionis filii libertus, ad fam. 2, 7, 3.

**Thrasybulus**, ad Att. 8, 3, 6.

**Thrasymachus** Chalcedonius, sophista, inter primos tractavit orationis artificia, orat. 12, 39. — Concisus minutis numeris, Ib. 13, 41. — Thrasymachus, Gorgias, Isocrates minus in ipsa re publ. versabantur, sed tamen oratoriae scientiae doctores erant, de orat. 3, 16, 59. — Eius omnia nimis etiam exstant scripta numerose, orat. 52, 175. — Etiam de natura rerum et disseruit et scripsit, de orat. 3, 32, 128. — Thrasymachus Chalcedonius caeterique sophistae a Socrate impugnati, Brut. 8, 30.

**Threicius**. Barbarus compunctus notis Threiciis, de off. 2, 7, 25.

**Thucydides** rerum gestarum pronunciator sincerus et grandis. De orationibus ab eo interpositis, Brut. 85, 287. — Ipse Thucydides si posterius fuisset, multo maturior fuisset et mitior, Ib. 83, 288. — Thucydides res gestas - - narrat graviter sane et probe, sed nihil ab eo transferri potest ad forensem usum et publicum, orat. 9, 30. — Rerum explicator prudens, severus, gravis — numquam numeratus orator, Ib. 9, 31. — Amplissimae eius laudes, de orat. 2, 13, 56. — Ad primam oratorum Graecorum aetatem refertur, Ib. 2, 22, 93. — Ante Periclem et Thucydidem littera nulla est, quae quidem ornatum aliquem habeat et oratoris esse videatur, Brut. 7, 27. — Eius dicendi genus, Ib. 7, 29. — Eius genus dicendi. Ei officit Theopompus, Ib. 17, 66. — V. **Philistus**, ad Q. fr. 2, 13, 4. — Nihil Thucydide gravius, fragm. p. 287. — Thucydides et Herodotus si apte numeroseque dixerunt, ea non numero quaesito, sed verborum collocatione ceciderunt, orat. 65, 219. — Thucydides Herodotusque longissime a sophistarum - - ineptiis afuerunt. — Thucydides incitatior fertur et de bellicis rebus canit etiam quodam modo bellicum, Ib. 12, 39. — In eo orbis modo orationis desideratur, ornamenta comparent, Ib. 71, 234. — Thucydides nihil ad eum oratorem, quem quaerimus, de opt. gen. or. 5, 15. — Thucydides non effugit vocalium concursionem, ut fecerunt Isocrates et Theopompus, orat. 44, 151. — Ut ait Thucydides, ἐκβολὴ λόγου non inutilis, ad Att. 7, 1, 6. — Eius testimonium de Antiphonte Rhamnusio, Brut. 12, 47. — Eius iudicium de Themistocle, ad Att. 10, 8, 7. — Thucydides, summo loco natus summusque vir, vera tradidit de Themistoclis morte, Brut. 11, 43.

**Thucydidium** genus, de opt. gen. or. 6, 16.

**Thucydidii** oratores, novum quoddam imperitorum et inauditum genus, orat. 9, 30.

**Thurii**, urbs Calabriae, olim Sybaris dicta, pro Tullio §. 14. ad Att. 3, 5. Ib. 9, 19, 3.

**Thurinus** ager in Lucania, pro Tullio §. 14.

**Thyamis** Epirotes fluvius, de leg. 2, 3, 7. ad Att. 7, 2, 3.

**Thyestea** exsecratio, in Pison. 19, 43.

**Thyestes**, Tantalo prognatus, Pelope natus, Tuscul. 3, 12, 26. Ib.

3, 18, 39. — Thyestes, ultima Ennii tragoedia, Brut. 20, 78. orat. 55, 184. conf. etiam de n. d. 3, 27, 68. Tuscul. 1, 44, 107. Ib. 4, 36, 77.

**Thyone** et Nisus parentes Dionysi quinti, de n. d. 3, 23, 58.

**Thyreum**, Acarnaniae oppidum prope mare et urbem Leucadem, ad fam. 16, 5, 1.

**Tibarani**, finitimi Eleutherocilicibus pari scelere et audacia, ad fam. 15, 4, 10.

**Tiberina** decursio, de fin. 5, 24, 70.

**Tiberinus**, flumen, de n. d. 3, 20, 52.

**Tiberis** fluvius. Eum ducere secundum montes Vaticanos cogitabat Caesar a. u. c. 709., ad Att. 13, 33, 4. — 'Habeo etiam dicere, quem T. Roscius Capito contra morem maiorum minorem annis LX. de ponte in Tiberim deiecerit', pro Sex. Roscio 35, 100.

**Tiberius**, ad Att. 5, 21, 6.

**C. Tidius Strabo**. V. **Titius**.

**(M.) Tigellius**, cantor, ad Att. 13, 49, 1. Ib. 13, 50, 3. Ib. 13, 51, 2. ad fam. 7, 24, 1.

**Tigranes**, rex Armeniae, gener Mithridatis. — Adiunxit se Mithridati, pro Murena 15, 33. — Tigranes Mithridatem excepit perditumque recreavit, de imp. Cn. Pomp. 9, 23. — Tigranem magnis copiis minitantem Asiae Cn. Pompeius retardavit, Ib. 15, 45. — Tigranes a Lucullo pulsus animo tamen hostili cum reliquis suis copiis in pristina mente mansit. Hunc Cn. Pompeius, quum in suis castris supplicem abiectum vidisset, erexit, pro Sestio 27, 58. P. Clodius legationem ad Tigranem cupiebat, ad Att. 2, 4, 2. Ib. 2, 7, 2. de imp. Cn. Pomp. 2, 4.

**Tigranes**, filius superioris, obses Roma aufugit a. u. c. 696. Tigrane neglecto, sublata sunt omnia, ad Att. 3, 8, 3.

**L. Tillius Cimber**, de interfectoribus Caesaris, quum ante acerrimus partium Caesarianarum propugnator fuisset, Philipp. 2, 11, 27. ad fam. 12, 13, 3.

**Timaeus**, Echecrates, Acrio, Pythagorei Locris, de fin. 5, 29, 87. — Cum eo multum fuit Plato, de r. p. 1, 10, 16.

**Timaeus**, Tauromenitanus, Siculus, regnante Agathocle vixit eruditissimus et eloquentissimus historicus. — Iudicium de eius historia, de orat. 2, 14, 58. — Concinnum eius dictum de Alexandri ortu et Dianae Ephesiae templo, quod eadem nocte deflagravit, de n. d. 2, 22, 69. — Timaeus Pyrrhi bellum separatim scripsit, ad fam. 5, 12, 2. — Timoleontem praedicavit, Ib. 5, 12, 7. — Timaeus Zaleucum negat ullum fuisse, refutatus a Theophrasto, de leg. 2, 6, 15. cf. ad Att. 6, 1, 18. — Timaeus Lysiam quasi Licinia et Mucia lege repetit Syracusas, Brut. 16, 63. — Timaeus Syracusas ait Graecarum urbium maximam, omnium autem esse pulcherrimam, de r. p. 3, 31, 43.

**Timaeus** Platonis, de n. d. 1, 8, 18. Acad. pr. 2, 39, 123. de fin. 2, 5, 15. Tuscul. 1, 25, 63. — Conversus a Cicerone, de fin. 1, 1 sqq.

**Timagoras** Epicurius negat sibi umquam, quum oculum torsisset, duas ex lucernula flammulas esse visas, Acad. pr. 2, 25, 80.



**Timanthes**, pictor Sicyonius. — Non est usus plus quam quattuor coloribus etc., Brut. 18, 70. — Eius Iphigenia, orat. 22, 74.

**Timarchides** libertus et accensus C. Verris, homo improbus, Verr. accusat. 2, 28, 69. Ib. 2. 53, 133. Ib. 2, 54, 134 sqq. Ib. 2, 28, 69. Ib. 3, 45, 120. Ib. 4, 10, 22. Ib. 5, 31, 81.

**Timocles**, Autobulus, Athamas, formosi fratres, teneri L. Pisonis saltatores, in Pison. 36, 89.

**Timocrates**, frater Metradori Epicurii. Eum Epicurus, quia nescio quid in philosophia dissentiret, totis voluminibus concidit, de n. d. 1, 33, 93. — Accusat Metrodorus Timocratem fratrem suum, quod dubitet omnia, quae ad beatam vitam pertineant, ventre metiri, Ib. 1, 40, 113. — Timocrates et Amynomachus heredes Epicuri, de fin. 2, 31, 101.

**Timoleon**, imperator Corinthius, a Timaeo laudatus, ad fam. 5, 12, 7.

**Timomachus**. Eius Aiax et Medea apud Cyzicenos, Verr. accusat. 4, 60, 135.

**Timon** Atheniensis, μισάνθρωπος. Ea asperitate fuit et immanitate naturae, congressus ut hominum fugeret atque odisset, de am. 23, 87. Tuscul. 4, 11, 25 et 27.

**Timotheus**, Milesius, musicus, de leg. 2, 15, 39.

**Timotheus**, Cononis praestantissimi imperatoris filius, summus ipse imperator homoque doctissimus, institutus ab Isocrate, de orat. 3, 34, 139. — Ad belli laudem doctrinae et ingenii gloriam adiecit. de off. 1, 32, 116. — Quid de Platonis convivio dixerit, Tuscul. 5, 35, 100.

**Timotheus**, libertus Terentiae, tecte describitur, ad Att. 6, 5, 2.

**T. Tinca** Placentinus, homo facetissimus cum Q. Granio praecone dicacitate certabat, Brut. 46, 172.

**Tirenus** pons, qui est Minturnis, ad Att. 16, 13. a., 1.

**Tiresias** et Amphiaraus, clari et praestantes viri, avibus et signis admoniti futura dicebant, de div 1, 40, 88. — Tiresias oculis captus, Ib. 1, 2, 3, 9. — Eum poëtae numquam inducunt deplorantem caecitatem suam, Tuscul. 5, 39, 115. — Mopsum, Tiresiam, Amphiaraum, Calchantem, Helenum augures fabulae asciverunt, de n. d. 2, 3, 7.

**Tiro**, Ciceronis libertus. V. **M. Tullius Tiro.**

**Tiro Numisius** de sicariis M. Antonii, Philipp. 12, 6, 14. Ib. 13, 2. 3. Ib. 8, 9, 26. V. **Numisius Tiro.**

**Tisamenus**, servus Ciceronis, ad Att. 12, 10.

**Tisias** et Corax Syracusani, artis rhetoricae inventores et principes, de orat. 1, 20, 91. Brut. 12, 46. — Tisias princeps atque inventor artis rhetoricae, de inv. 2, 2, 6.

**Tissenses**, perparva et tenuis civitas Sicilia, Verr. accusat. 3, 38, 86.

**Titan**, id est, Sol, Arat. v. 294. de n. d. 2, 44, 112.

**Titani**. Cum Titanis et cum Gigantibus di bella gesserunt, de n. d. 2, 28, 70. Tuscul. 2, 10, 23.

**Tithonus**, Laomedontis filius, Aurorae maritus. Ei Aristo Ceus tribuit sermonem de senectute, de sen. 1, 3.

**Titia** lex non iure rogata sublata decreto collegii augurum, de leg. 2, 6, 14. Ib. 2, 12, 31. pro Mur. 8, 18. de leg. 2, 6, 4.

**Titienses**, de r. p. 2, 20, 36. V. **Luceres.**

**Titinia**, Cottae uxor, defensa a Cicerone contra Ser. Naevium, Brut. 60, 217.

**Titinianus.** V. **Pontius Titinianus.**

**Titinii.** Titiniorum ac Nanniorum ac Tannsiorum capita Galli demetebant, quibus Sulla Catilinam praefecerat, Q. Cic. de pet. cons. 2, 9.

**Cn. Titinius**, C. Flavius Pusio, C. Maecenas, equites Romani, fortiter restiterunt M. Druso, tribuno pl., pro Cluentio 56, 153.

**M. Titinius**, fragm. epistolae ad eum, fragm. p. 255.

**Q. Titinius** frater germanus C. Fannii, equitis Romani, iudex Verris, Verr. accusat. 1, 49, 128. — Fenus exercet, ad Att. 2, 4, 1. Ib. 5, 21, 5. — Q. Titinius negat se viaticum habere, Caesarem fugiens a. u. c. 705., ad Att. 7, 18, 4. — Eius filius in Caesaris comitatu a. u. c. 705., ad Att. 9, 18, 2. cl. ib. 9, 19, 2.

**Q. Titinius** filius cum Caesare erat a. u. c. 705., ad Att. 9, 6, 6. Ib. ep. 9, 1.

**Titius** pila vehementius delectabatur, de orat. 2, 23, 88.

**Titius** derisus a Vespa Terentio, de orat. 2, 62, 253.

**Titius**, cum Gellio et Firmidio dux operarum Clodianarum, pro Sest. 52, 112. de domo sua 9, 21, de harusp. resp. 27, 59.

**Titius.** Titium, cui benevolentissimum atque amicissimum sese profitetur, interitum liberorum acerbissime maerentem, non mediocri ipse animi dolore consolatur Cicero, ad fam. 5, 16. V. **P. Titius.**

**C. Titius**, nomen fictum, de inv. 2, 42, 122.

**C. Titius**, eques Romanus, orator et tragicus poëta, Brut. 45, 167.

**C. Titius**, legatus Dolabellae a. u. c. 711., ad fam. 12, 15, 5.

**L. Titius.** Ei C. Verris iussu anulus de digito detractus est, Verr. accusat. 4, 26, 58.

**P. Titius**, tribunus pl. a. u. c. 711. ad fam. 10, 12, 3. Ib. 10, 21, 3. — Item fortasse, ad fam. 1, 16.

**P. Titius.** V. **P. Tettius.**

**Sex. Titius**, trib. pl. a. u. c. 655. legem agrariam tulit. — Seditiosus civis et trubulentus. Ei restitit M. Antonius orator, de orat. 2, 11, 48. — Sex. Titius, Saturninum et Glauciam consecutus, seditiosus tribunus pl. Homo loquax sane et satis acutus, sed tam solutus et mollis in gestu, ut saltatio quaedam nasceretur, cui saltationi *Titius* nomen esset, Brut. 62, 225. — Is se Cassandram esse dicebat, quod vera diceret nec fidem inveniret, de orat. 2, 66, 265. — Quod habuit imaginem L. Saturnini domi suae condemnatus est, pro C. Rabirio perd. 9, 24. cl. de orat. 2, 62, 253.

**T. Titius, T. F.** legatus s. praepositus rei frumentariae sub Cn. Pompeio, a. u. c. 702. Ad eum scripta est ep. ad fam. 13. ep. 5.

**T. Titius**, ad Q. fr. 2, 5, 4. (2, 7.)

**C. Titius L. F. Rufus**, praetor urbanus a. u. c. 704. Ad eum est ad fam. 13. ep. 58.

**C. Titius Strabo**, vir bonus et optime de re publ. sentiens, cupidissimus C. Cassii, ad fam. 12, 6. 1.

**L. Titius Strabo**, eques Rom. commendatur M. Bruto a. u. c. 708., ad fam. 13, 14, 1.



**Titurius** Tolosae quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegit, pro Font. 5, 9.

**M. Titurnius Rufus** commendatur Acilio, ad fam. 13, 39.

**Tlepolemus.** V. **Cornelius Tlepolemus.**

**Tmolitae**, pro Flacco 2, 5. — Tmolites vicanus, Ib.

**Tmolus**, Alco, Melampus, Atrei filii, tertii Dioscuri, de n. d. 3, 21, 53.

**Tmolus**, nomen montis et urbis Lydiae, pro Flacco 19, 45.

**Tolosa**, oppidum Galliae Narbonensis, pro Flacco 5, 9.

**Tolosanum** aurum a Q. Servilio Caepione cos. a. u. c. 648. e templo Tolosano direptum, de n. d. 3, 30, 74. V. **Q. Servilius Caepio.**

**Lars Tolumnius**, rex Veientium quattuor legatus populi Romani Fidenis interemit, quorum statuae steterunt usque ad Ciceronis memoriam in Rostris, Philipp. 9, 2, 4 sqq.

**Tongilius**, iuvenis perditus. Eum, quem amare in praetexta ceperat, L. Catilina eduxit, in Catil. 2, 2, 4.

**Toranius.** V. **Thoranius.**

**Torquatus.** V. in **Manliis Torquatis.**

**Q. Trabea** poëta comicus, circa a. u. c. 620. Eius versiculi, de fin. 2, 4, 13. Tuscul. 4. 15, 35. Ib. 31, 67. de fin. 2, 4, 14. ad fam. 2. 9, 2. Ib. 9. 21, 1.

**Trachiniae**, Sophoclis tragoedia, Tuscul. 2, 8, 20.

**Tragicorum Graecorum** versiculi, ad Att. 6, 3. 1. Ib. 7, 3, 5. Ib. 9. 2a, 2. Ib. 14, 22, 2. Ib. 15, 11, 3.

**Tragicorum Latinorum** versiculi, de orat. 3, 26, 102. Ib. 3, 41, 166. topic. 16, 61. pro Scauro 2, 3. pro Rab. Postumo 10, 28. Ib. 11, 29. pro Deiotaro 9, 25. ad fam. 7, 16, 1. Ib. 9, 22, 1. ad Att. 1, 18, 1. Ib. 2, 19, 3. Ib. 7, 26, 1. Ib. 15, 11, 3. Tuscul. 1, 5, 10. Ib. 1, 39, 94. Ib. 2, 15, 36. Ib. 4, 16, 35. Ib. 4, 23, 52. de fin. 2, 6, 18. Ib. 2, 22, 71. Ib. 5, 22, 63. de divin. 2, 56, 115. Ib. 1, 31, 67. Ib. 50, 114. de n. d. 3, 25, 65.

**Tralles**, urbs Lydiae, pro Flacco 29, 71. Ib. 24, 57. de lege agr. 2, 15, 39. ad fam. 3, 5, 1. ad Q. fr. 1, 1, 6. §. 17. ad Att. 5. 14, 1.

**Tralliani**, Trallium incolae, pro Flacco 22, 52. Philipp. 3, 6, 15. orat. 70, 234.

**Transalpina** bella, de off. 2, 8, 28. de imp. Cn. Pomp. 10, 28. in Catil. 3, 2, 4.

**Transalpina** materis, id est, Galli, ad Her. 4, 32, 43.

**Transalpinae** gentes, de r. p. 3, 9, 16. Philipp. 8, 6, 18.

**Transalpinus**, id est, Gallus, — immanis, ad Her. 4, 33, 45. — Transalpini sanguinis cognatio materna tribuitur Pisoni, post red. in sen. 7.

**Transpadani Galli.** — A. u. c. 703. erat rumor de Transpadanis, eos iussos IIII. viros creare, ad Att. 5, 2, 2. — Rumores de comitiis Transpadanorum Cumarum tenus, Caelius ad fam. 8, 1, 2. — Transpadanorum causa impugnata a C. Scribonio Curione patre, de off. 3, 22, 88. — Transpadani, amici Caesaris a. u. c. 705., ad fam. 16, 12, 4. — Transpadani, clientes C. Cassii, mirifice coniuncti cum causa rei publ.

a. u. c. 710., ad fam. 12, 5, 2. — Transpadani alarii sunt equites auxiliarii trans Padum lecti, quibus Cicero se uti negaverat in bello contra Parthos, quod instare putabatur, ad fam. 2, 17, 7.

**Trasimenus** lacus in Etruria prope Perusiam, hodie *lago di Perugia*. Ad eum bello Punico secundo exercitus populi Rom. interiit, de n. d. 2, 3, 8. de divin. 2, 8, 21.

**Tratorius**, Q. Cornificii familiaris, a. u. c. 710., ad fam. 12, 23, 1. Ib. 12, 30, 5.

**C. Trebatius Testa**, postea tribunus pl. a. u. c. 707. iuris consultus fortunas in Gallia augere per Caesarem constituerat a. u. c. 700. a Cicerone Caesari fuerat commendatus, ad fam. 7, 5. — Epicurius ibi factus, Ib. 7, 12, 1. — Frustratus spe sua, Ib. 7, 7, 2. Ib. 7, 17, 1. Ib. 7, 8, 1. — Epistolae ipsae salis, leporis facetiarumque plenae, ordine, quo vulgo inter se excipiunt, perturbatae, hoc ordine sunt legendae: a. u. c. 700.: 6. 7. 8. 17. 9. 10. 16. a. u. c. 701.: 11—13. 15. 18. 14. a. u. c. 710.: 19. 20. 21. anni incerti: 22. — Trebatium quod ad se miserit, persalse et humaniter etiam gratias Ciceroni agit Caesar, ad Q. fr. 2, 11 (15), 3. Ib. 3, 1, 3. §. 9. — Trebatius homo plenus officii, familiaris C. Matii, ad fam. 11, 27, 1. Ib. 11, 28, 8. Ib. 4, 1, 1. — Ad eum Topica scribit Cicero, topic. 1, 1. cl. ib. 19, 72. — Trebatius scribit se a Caesare IX. Kal. Febr. (705) rogatum esse, ut scriberet ad Ciceronem, ut esset ad urbem, ad Att. 7, 17, 3. — Trebatii et Matii epistola ad Cic., ad Att. 9, 15. A. cf. ib. 9, 17, 1. — Trebatius bonus vir et civis, Ib. 10, 1, 3. — Vir plane et civis bonus, Ib. 10, 11, 4. Ib. 13, 23, 3. — Trebatius nihil bene sperat de bello civili a. u. c. 705., ad Att. 9, 9, 4. Ib. 11, 8, 1. ad fam. 14, 17.

**Trebianus**. V. **Trebonius**.

**L. Trebellius**, Antonii adsecula, homo perditus, Philipp. 6, 4, 11. — Ib. 10, 10, 22. — Ib. 11, 6, 14. Ib. 12, 8, 20. Ib. 13, 2, 2. Ib. 13, 12, 26. — D. Brutus ad fam. 11, 13, 4.

**M. Trebellius** Sex. Naevii amicus, pro Quinct. 5, 21.

**Trebonius**, ad fam. 6. ep. 10 et 11.

**A. Trebonius**, Publii frater, proscriptus, Verr. accusat. 1, 47, 123.

**A. Trebonius**, eques Rom., negotiator. Eum Cicero P. Lentulo Spintheri commendat, ad fam. 1, 3.

**C. Trebonius**, pater Caii Trebonii sequentis, civis acerrimus, ad fam. 10, 28, 1. — Splendidus eques Rom., Philipp. 13, 10, 23.

**C. Trebonius C. F.** — Amicus Ciceronis, qui eum contionibus suis defendit, a. u. c. 694., ad fam. 15, 21, 2. — Legem tulit in tribunatu a. u. c. 699. de provinciis consularibus, ad Att. 4, 8. b. 2. — Cicero Trebonium suum a Q. fratre amari eumque ab illo pergaudet, ad Q. fr. 3, 1, 3. §. 9. — Fama fuit Afranium in Pyrenaeo cum Trebonio pugnasse, pulsum Trebonium, a. u. c. 705., ad Att. 8, 3, 7. — Significat Cicero se, quidquid fecerit, de Trebonii sententia fecisse a. u. c. 706., Ib. 11, 6, 3. — M. Antonius Narbone consilium interficiendi Caesaris cum C. Trebonio cepisse dicitur et ob eius consilii societatem, quum interficeretur Caesar, a Trebonio se-



ocatus esse, Philipp. 2, 14, 34. cl. ad fam. 10, 28, 1. — In caede Caesaris libertatem populi Rom. depulsor dominatus quam particeps esse maluit, Philipp. 2, 11, 27. — Trebonius itineribus deviis proficiscitur in provinciam a. u. c. 710., ad Att. 14, 10, 1. — Ad eum sunt scriptae, ad fam. lib. 10. ep. 28. Ib. 12. ep. 16. Ib. 15. ep. 20 et 24. — Eius liber de dictis Ciceronis, ad fam. 15, 21, 1. — De eius versiculis, ad Lucilii exemplum compositis, Ib. 12, 16, 3. ad Att. 11, 20, 1. — Eius crudelis et miserabilis mors, Philipp. 11, 1, 1. — Oppressus a Dolabella Trebonius, traditus Samiario exsuli, carnifici tortorique, Ib. 11, 2, 5. — Per biduum cruciatus, Ib. 11, 4, 8. — De morte eius maximo opere esse dolendum, Ib. 12, 10, 25. — Contrarium M. Antonii iudicium de morte Trebonii, Ib. 13, 10, 22. — Et Trebonii pater splendidus fuit eques Rom., Ib. 13, 10, 23. — Trebonius nefarie a Dolabella a. u. c. 711. occisus, ad fam. 12, 12, 1. Ib. 12, 14, 5. Ib. 12, 15, 4. — Trebonii interfectio, ep. ad Brut. 2, 3. Ib. 2, 5. — Eius legatus, Satrius, Ib. 1, 6.

**P. Trebonius**. Eius testamentum irritum factum a Verre praetore urbano a. u. c. 680., Verr. accusat. 1, 47, 123.

**Trebulanum**, praedium Pontii, in agro Trebulano, ad Att. 5, 2, 1. Ib. 5, 3, 1. Ib. 7, 2, 2.

**Trebulanus** ager circa Trebulam Sabinorum, de lege agr. 2, 25, 66. ad fam. 11, 27, 3.

**Cn. Tremellius Scrofa**, homo summa religione et diligentia, tribunus militaris designatus a. u. c. 684., index in causa Verris, Verr. act. 1, 10, 30. — Attici familiaris, ad Att. 5, 4, 2. Ib. 6, 1, 13. Ib. 7, 1, 8.

**Tremellius Scrofa**, filius, ut videtur, praecedentis. — *Εὐγενέστερος* est etiam quam pater, ad Att. 13, 21, 7.

**Q. Tremulus**. V. **Q. Marcius Tremulus**.

**Tres tabernae**, in via Appia, ad Att. 1, 13, 1.

**Treviri**, Galliae populus. — Treviros vitandos Trebatio censet Cicero, ad fam. 7, 13, 2.

**Triarius**. V. in **Valeriis Triariis**.

**Tricipitinus**, Lucretiae pater, de r. p. 2, 25, 45. de leg. 2, 4, 10. V. in **Lucretiis**.

**Trieterides** a Dionyso quinto constitutae putantur, de n. d. 3, 23, 58.

**Triginta viri** Athenis, de leg. 1, 15, 42. cl. Tuscul. 1, 40, 96.

**Triocalinus** ager in Sicilia, Verr. accusat. 5, 4, 10.

***Τριπολιτικός***, liber Dicaearchi, ad Att. 13, 32, 2.

**Triptolemus** hominibus semen largitus est, ad Her. 4, 6, 9. — Eius signum Hennae, Verr. accusat. 4, 49, 110. cl. Tuscul. 1, 41, 98.

***Τρισαρειοπαγίτης***, eximius Ariopagita, ad Att. 4, 15, 4.

**Tritannus**, vir eximiis viribus praeditus, memoratus Lucilio apud Cic. de fin. 1, 3, 9.

**Tritia** (Achaiae), Tenea, Aliphera Peloponnesi oppida *νεόκτιστα*, ad Att. 6, 2, 3.

**Triton**, ille maritimus, pingitur natantibus invehens beluis adiunctis humano corpori, de n. d. 1, 28, 78. Ib. 2, 35, 89. — Tritones, i. e. amatores piscinarum, ad Att. 2, 9, 1.

**Tritopatores**, de n. d. 3, 21, 53.

**Triumphalis** porta, in Pison. 23, 55.

**Troas** sive **Troades**, Q. Ciceronis tragoedia, ad Q. fr. 3, 5 (6), 7.

**Troezen**, oppidum Argolidis, de off. 3, 11, 48.

**Troglodytae**, populi Africae speluncas habitantes, apud eos, ut scribitur, ante solstitium Caniculum exoritur, de divin. 2, 44, 93.

**Trogmi**. Trogmorum tetrarchia a Caesare erepta et Mithridati Pergameno data, de divin. 2, 37, 79.

**Troia**, urbs Troadis in Asia minore, ad Her. 4, 30. 41.

**Troia** Italiae. Troianum praedium Phameae vicinum agro Antiati, quod Cicero emere cogitabat, ad Att. 9, 13, 6.

**Troiani**. Eorum ferocitas, de divin. 2, 39, 82. — Troianis Helena causa belli, Philipp. 2, 22, 55. — Troiani oraculum a Dodonaeo Iove acceperunt, de inv. 1, 22, 32.

**Troianus** equus, tabula Cn. Naevii, ad fam. 7, 1, 2. Ib. 7, 16, 1. pro Cael. 28, 67.

**Troica** tempora, Brut. 10, 40.

**Troilus**, Priami filius ab Achille interfectus, Tuscul. 1, 39. 93.

**Trophoniana** narratio a Dicaearcho conscripta, de eo, qui in antrum Trophonii descendit, ad Att. 6, 2, 3.

**Trophonius**, de n. d. 3, 19, 49. V. **Amphiaraus**. — Mercurius alter, Valentis et Coronidis filius, is, qui sub terris habetur idem Trophonius, Ib. 3, 22, 56.

**Trophonius** et Agamedes quum Apollini templum exaedificassent Delphis, subitam mortem, summi praemii loco deus iis concessit, Tuscul. 1, 47. 114.

**Truentinum castrum**, oppidum in agro Piceno ad ostium fluvii Truenti, ad Att. 8, 12. B. 1.

**Trypho Caecilius**, libertus, ad Att. 3, 8, 3.

**Tuberones**. V. in **Aeliis**.

**Tubertus**. V. in **Postumiis**.

**L. Tubulus**. V. **L. Hostilius Tubulus**.

**M. Tuccius** C. Sempronium Rufum a. u. c. 703. reum lege Plotia de vi fecit, Cael. ad fam. 8, 8, 1.

**Tuditanus**. V. in **Semproniis**.

**Cn. Tuditius**, senator, favebat A. Cluentio, pro Cluent. 70, 198.

**M. Tugio**, iure consultus, cui ius, quod erat de aquae ductibus, maxime cognitum fuit, pro Balbo 20, 45.

**L. Tulleius** legatus Ciceronis a. u. c. 703., ad fam. 15, 4, 8.

**Tullia**, saepe etiam deminutive **Tulliola** dicta, Ciceronis et Terentiae filia. Ei, una cum matre Terentia, inscribuntur ep. ad fam. 14. ep. 1—4. 14. 18. — Eius valetudo, Ib. 14, 9. Ib. 14, 19. — Tulliola, deliciolae nostrae, ad Att. 1, 8, 3. Ib. 1, 10. 6. — Tullia effigies oris, sermonis, animi oratoris, ad Q. fr. 1. 3, 3. — Tulliola C. Pisoni L. F. Frugi desponsa a. u. c. 687., ad Att. 1, 3, 3. — Postea cum Crassipede coniuncta, a. u. c. 698., ad Q. fr. 2, 4, 2. — Ib. 2, 5, 1. — A. d. VIII. Id. Apr. sponsalia Crassipedi praebuit Cicero, Ib. 2, 6, 1. cl. ad fam. 1, 7, 11. — De nova Tulliae condicione quid sibi placeat scribit ad Terentiam Cicero a. u. c. 704., ad Att. 6, 4, 2. — Terentia eam P. Dolabellae despondit, Ib. 6, 6, 1. — Vult Cicero sibi Tulliaeque suae prospere evenire ea, quae se insciente facta sint a suis, ad fam. 3, 12, 2. — Eius nuptiae cum Dolabella, ad fam. 2, 15, 2. Ib. 2, 16, 5. — Gener est suavis Ciceroni, Tulliae, Terentiae; quantumvis vel ingenii vel humanitatis, a. u. c. 704., ad Att. 7, 3, 12 ib. 7, 12, 6. — De Tullia et Terentia propter Caesarianorum adventum timet Cicero, sperat tamen Dolabellae interventu meliora omnia fore, a. u. c. 705., Ib. 7, 13 a. 3. Ib. 7, 14, 3. Ib. 7, 16, 2. Ib. 7, 17, 3. — IIII. Non. Febr. a. u. c. 705. Tullia et Terentia Formias venerunt, Ib. 7, 18, 1. Ib. 7, 23, 2. — Ad Ciceronem saepe Tullia scribit orans, ut quid in Hispania geratur exspectet, Ib. 10, 8, 1. — Tulliae virtus mirifica. Quo modo illa fert publicam cladem! quo modo domesticas tricas! quantus autem animus in discessu Ciceronis patris! Ib. 10, 8, 8. — Tullia peperit XIIII. Kal. Iun. a. u. c. 705. puerum ἑπταμηνιαῖον, ad Att. 10, 18, 1. — Tulliae morbus et imbecillitas corporis patrem exanimat, a. u. c. 706., Ib. 11, 6, 4. cl. ib. 11, 9, 3. — Cicero ex Tulliae virtute, humanitate, pietate non modo eam voluptatem non cepit, quam capere ex singulari filia debuit, sed etiam incredibili est dolore adfectus, tale ingenium in tam misera fortuna versari idque accidere nullo ipsius delicto, summa culpa Ciceronis. Matri eam erat remissurus a. u. c. 707., Ib. 11, 17, 1. — Eius discidium cum Dolabella. Placet Ciceroni nuncium remitti a. u. c. 707., Ib. 11, 23, 3. — Tulliae partus alter, ex quo decessit a. u. c. 709., ad fam. 6, 18, 5. — Post prius illud discidium Dolabella cum Tullia in gratiam redisse, sed, quum gravida esset, divortium cum ea fecisse videtur, ad fam. 9, 11. — De ea consecranda cogitat, ad Att. 12, 12, 1. — Fanum ei exstructurus erat, Ib. 12, 18, 1. de loco semper ambigens, Ib. 12, 19, 1. Ib. 12, 30, 1. — De obitu Tulliae a. u. c. 709. M. patrem consolatur Ser. Sulpicius, ad fam. 4, 5. cf. de Tullia etiam ib. 7, 23, 4. ad Att. 4, 16, 4. Ib. 6. 1, 10.



**Tullianum caput**. V. **M. Tullius Montanus**.

**P. Tullio**, Syrus, amicus P. Clodii, de harusp. resp. 1, 1.

**Tullius**, nomen ioco fictum in formula, ad Her. 1, 11, 18.

**Tullius**, familiaris aliquis Appii Claudii Pulcri, ad fam. 3, 11, 5.

**L. Tullius**, eques Rom., magister scripturae Siciliensis a. u. c. 684. Verr. accusat. 3, 71, 167.

**L. Tullius**, legatus Ciceronis in provincia Cilicia, ad Att. 5, 4, 2. Ib. 5, 11, 4. — Attici amicus, Ib. 5, 14, 2. — Eius sordes, Ib. 5, 21, 5. cf. ad fam. 15, 4, 8., ubi est **L. Tulleius**.

**L. Tullius Montanus** cum M. Cicerone F. profectus a. u. c. 709., ad Att. 12, 52, 1. Ib. 12, 53. cl. ib. 14, 16, 4. Ib. 14, 17, 6. Ad eumdem fortasse pertinet Tullianum caput, Ib. 15, 26, 3. Ib. 15, 29, 1.

**M. Tullius**, pro quo est Ciceronis oratio, pro M. Tullio inscripta, a. u. c. 683., homo cum Cicerone coniunctus non minus animo quam nomine, pro Tullio §. 4.

**Servius Tullius**. Eius res gestae atque instituta copiose enarrantur, de r. p. 2, 21, 37 sqq. — Eo regnante viguerunt Solo et Pisistratus, Brut. 10, 39. — Caput ei arsisse dormienti, de divin. 1, 53, 121. — Servius Tullius po-

tius sapiens quam eloquens, de orat. 1, 9, 37. — Servius Tullius rex, memoratus in Accii Bruto, pro Sest. 58, 123.

**M. Tullius**, necessarius Ciceronis, ad Att. 8, 11. B. 4.

**M. Tullius Albinovanus** quidam a. u. c. 698. de vi postulavit P. Sestium, ad Q. fr. 2, 3, 5. in Vatin. 1, 3.

**M. Tullius Decula** consul cum Cn. Cornelio Dolabella a. u. c. 673., de lege agr. 2, 14, 35. — M. Tullius, aedilitate praeteritus, consul est factus, pro Planc. 21, 51.

**M. Tullius Laurea**, Ciceronis scriba, ad Att. 5, 4, 1. Ib. 13, 22, 4.

**M. Tullius**, Ciceronis scriba, ad fam. 5, 20, 1. Ib. 5, 20, 8 et 9.

**M. Tullius Lepta.** V. **Q. Lepta.**

**M'. Tullius Longus** patricius cum Serv. Sulpicio Camerino consul anno decimo post exactos reges a. u. c. 254., Brut. 16, 62.

**L. Tullius Cicero**, patruus oratoris, a. u. c. 651. cum M. Antonio oratore in Ciliciam profectus una decesserat, de orat. 2, 1, 2. — Eius filius erat:

**L. Tullius Cicero L. F.** 'frater Ciceronis cognatione patruelis, amore germanus' — una cum M. Cicerone Athenis audierat Antiochum, de fin. 5, 1, 1. — L. Cicero, M. et Q. frater patruelis, Verr. accusat. 4, 61, 137. — Senatus Syracusanus decrevit, ut cum eo hospitium publice fieret, Ib. 4, 65, 145. Ib. 4, 11, 25. — Eius mortem a. u. c. 686. dolet Cicero, ad Att. 1, 5, 1.

**M. Tullius Cicero**, avus M. et Q. Ciceronum, vir singulari virtute in Arpinati municipio, quoad vixit, restitit M. Gratidio, cuius in matrimonio sororem aviam oratoris habebat, ferenti legem tabellariam, laudatus ideo a M. Aemilio Scauro cos. a. u. c. 639., de leg. 3, 26, 36. — Eius dictum, de orat. 2, 66, 265.

**M. Tullius Cicero**, pater oratoris, de orat. 2, 1, 2. — Decessit a. d. IIII. Kal. Decembres a. u. c. 686., ad Att. 1, 6, 2. — Eius uxor Helvia, Q. Cicero ad fam. 16, 26, 2.

Quamquam in *Memorabilibus vitae Ciceronis per annos digestis*, quae volumini priori partis primae huius editionis praemisimus, de eius vita ac scriptis, adiectis etiam singulis librorum locis, dictum est, tamen hoc loco auctore potissimum Orellio eius res gestas indicis loco percurramus:

**M. Tullius M. F. M. N. Cicero** natus a. u. c. 648. C. Acilio Serrano Q. Servilio Caepione coss., Brut. 43, 161., a. d. III. Nonas Ian., ad Att. 7, 5, 3. Ib. 13, 42, 2., in villa Arpinati, de leg. 2, 1, 3. — Itaque duas censebat sibi esse patrias, unam naturae (Arpinum), alteram civitatis (Romam), sive alteram loci, alteram iuris, de leg. 2, 2, 5. — Ortus erat stirpe antiquissima, loco equestri, Q. Cic. de petit. cons. 4, 13. pro Planc. 24, 59., familia autem plebeia, quae in tribu Cornelia censebatur, Brut. 16, 62.

A. u. c. 663. aetatis XVI. Cicero sumpta virili toga in forum venit. — Eum cupidissimum audiendi oratores primus dolor percussit, Cotta quum est expulsus. Reliquos frequenter audiens acerrimo studio tenebatur cotidieque et scribens et legens et commentans oratoriis tamen exercitationibus contentus non erat, Brut. 89, 305.



A. u. c. 665. aet. XVIII. iuris civilis studio multum operae dabat Q. Scaevolae Q. F. auguri, Brut. 89, 306., ad quem senem a patre ita erat deductus, ut quoad posset et liceret ab eius latere numquam discederet, de am. 1, 1. — Hunc vidit bello Marsico, quum esset summa senectute et perdita valetudine, cotidie facere omnibus sui conveniendi potestatem, Philipp. 8, 10, 31. — Ipse in bello Marsico tiro fuit in Cn. Pompeii consulis exercitu, Ib. 12, 11, 27.

A. u. c. 666. Sulla consule et Pompeio P. Sulpicii in tribunatu cotidie contionantis totum genus dicendi penitus cognovit, eodemque tempore, quum princeps Academiae Philo cum Atheniensium optimatibus domo profugisset Romamque venisset, totum ei se tradidit admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus, Brut. 89, 306. de n. d. 1, 3, 6. Tuscul. 2, 3, 9. — Hoc fere tempore a Cicerone admodum adolescentulo carmina Arati, phaenomena et prognostica quae inscribuntur, e Graeco in Latinum conversa sunt, de n. d. 2, 41, 104. Ib. 2, 63, 159. Acad. pr. 2, 20, 66. de leg. 2, 3, 7. de divin. 1, 18, 13. Ib. 2, 5, 14.

A. u. c. 667. aet. XX. Moloni Rhodio Romae dedit operam et actori summo causarum et magistro, Brut. 89, 307.

A. u. c. 668. aet. XXI. Hoc tempore scripsit Cicero rhetorica quaedam, nec tamen ut absoluta et perfecta ea ipsi esse viderentur, quos libros sibi ait puero ex commentariolis suis inchoatos ac rudes excidisse, de orat. 1, 2, 5. Vide infra ad a. u. c. 674. Per hoc triennium a. u. c. 668—670., quibus Sulla absens bellum Mithridaticum gessit, Marii autem et Cinnae factione civitas erat oppressa, noctes et dies in omnium doctrinarum meditatione versabatur. Erat cum Stoico Diodoto, qui habitavit apud eum cum eoque etiam postea vixit. A quo quum in aliis rebus tum studiosissime in dialectica exercebatur. Huic doctori et eius artibus variis atque multis ita tamen erat deditus, ut ab exercitationibus oratoriis nullus dies vacuus esset. Commentabatur declamitans saepe cum M. Pisone et cum Q. Pompeio aut cum aliquo cotidie, idque faciebat multum etiam Latine, sed Graece saepius, vel quod Graeca oratio plura ornamenta suppeditans consuetudinem similiter Latine dicendi adferebat, vel quod a Graecis summis doctoribus, nisi Graece diceret, neque corrigi posset neque doceri, Brut. 90, 309. — Cur ad Graecos potius rhetores se contulisset, quam ad Latinos ipse explicat, fragm. p. 255. — Eodem tempore Cicero Xenophontis Oeconomicum in Latinum convertit, de off. 2, 24, 87. — Aliquanto post composuit poëma de Mario, de leg. 1, 1, 2. cl. de divin. 1, 47, 106.

A. u. c. 673. aet. XXVI. recuperata per Sullam re publ. primum Cicero ad causas et privatas et publicas adire coepit, Brut. 90, 311. — Et hoc anno causam privatam pro P. Quinctio apud C. Aquilium Gallum iudicem dixit, pro Quinct. 1, 1 sqq.

A. u. c. 674. aet. XXVII. Cicero Sex. Roscium Amerinum filium parricidii reum defendit, qua causa publica prima pro Sex. Ro-

scio dicta tantum commentationis habuit, ut non ulla esset, quae non digna suo patrocinio videretur, praesertim quum ei subvenisset, qui L. Sullae dominantis opibus circumveniri urgerique videretur, Brut. 90, 312. cl. de off. 2, 14, 51. — Eodem tempore Moloni dedit operam. Dictatore enim Sulla legatus ad senatum de Rhodiorum praemiis venerat, Brut. 90, 312. — Hoc anno defendisse videtur etiam Varenum sicarium, qui tamen condemnatus est, fragm. p. 243 sqq. — Ea aetate videtur Cicero et Terentiam uxorem duxisse, et altera rhetorica confecisse, quem librum sibi ait adolescentulo ex commentariolis suis inchoatum ac rudem excidisse, de orat. 1, 2, 5. conf. quae diximus ad a. u. c. 668.

A. u. c. 675. aet. XXVIII. Arretinae mulieris libertatem defendit eamque causam contra Cottam hominem disertissimum obtinuit. Decemviri eum prima actione non iudicaverunt, postea re quaesita et deliberata sacramentum suum iustum iudicaverunt, atque hoc et contra dicente Cotta et Sulla vivo iudicatum est, pro Caec. 33, 97. — Eo tempore quum esset biennium versatus in causis et iam in foro celebratum eius nomen esset, potissimum valetudinis causa, ne contentius dicendo et labore defensionum vitae periculum adiret, Roma est profectus. Quum venisset Athenas, sex menses cum Antiocho, veteris Academiae nobilissimo et prudentissimo philosopho, fuit, studiumque philosophiae numquam intermissum a primaque adolescentia cultum et semper auctum hoc rursus summo auctore et doctore renovavit. Eodem tamen tempore Athenis apud Demetrium Syrum, veterem et non ignobilem dicendi magistrum, studiose exerceri solebat, Brut. 91, 313—315. — Athenis audiebat etiam Zenonem et Phaedrum Epicurios, quo magis hanc doctrinam perciperet, partim etiam Attici sui gratia. Nam ibidem simul erant Q. frater et T. Pomponius et L. Cicero frater patruelis, de fin. 1, 5, 16. 5, 1, 1. — Ibidem et ipse et Atticus Eleusiniis mysteriis initiati sunt, de leg. 2, 14, 36. — Post a Cicerone Asia tota peragrata est cum summis quidem oratoribus, quibuscum exercebatur ipsis lubentibus, quorum erat princeps Menippus Stratonicensis tota Asia illis temporibus disertissimus. Adsiduissime autem cum eo fuit Dionysius Magnes, etiam Aeschylus Cnidius, Adramyttenus Xenocles. Hi tum in Asia rhetorum principes numerabantur. Quibus non contentus Rhodum venit seque ad eumdem, quem Romae audiverat, Molonem applicavit, quum actorem in veris causis scriptoremque praestantem tum in notandis animadvertendisque vitiis et instituendo docendoque prudentissimum. Is dedit operam, ut nimis redundantem et superfluentem iuvenili quadam dicendi impunitate et licentia reprimeret et quasi extra ripas diffluentem coërceret, Brut. 91, 315 sqq. — Ibi etiam Posidonium philosophum audivit, quem familiarem suum vocat de fin. 1, 2, 6. et magistrum de fato 3, 5. cl. de n. d. 1, 3, 6.

Biennio post a. u. c. 677. aet. XXX. recepit se Romam non



modo exercitatior, sed prope mutatus. Nam et contentio nimia vocis residerat et quasi deferverat oratio lateribusque vires et corpori mediocris habitus accesserat, Brut. 91, 316. — Ad hunc annum referenda videtur oratio pro Q. Roscio Comoedo, a quo Cicero in actionis arte institutus erat.

A. u. c. 678. aet. XXXI. quaesturam petiit et causas nobiles egit, Brut. 92, 318. — Quaestor cunctis suffragiis populi Romani factus est, in Pison. 1, 2.

A. u. c. 679. aet. XXXII. Eum quaestorem Siciliensis excepit annus, Brut. 92, 318. — Ipse quaestor ignoratum ab Syracusanis, quum esse omnino negarent, saeptum undique et vestitum vepribus et dumetis indagavit Archimedis sepulcrum, de quo lepida narratio est Tuscul. 5, 23, 64. — Sic autem obtinuit quaesturam in Sicilia provincia, ut omnium oculos in se coniectos esse arbitraretur, ut se quaesturamque suam quasi in aliquo terrarum orbis theatro versari existimaret, ut semper omnia, quae iucunda esse viderentur, ea non modo his extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi naturae ac necessitati denegaret, Verr. 5, 14, 35. cl. pro Planc. 26, 64.

A. u. c. 680. aet. XXXIII. E provincia Sicilia hac spe decedebat, ut sibi populum Romanum ultro omnia delaturum putaret. Sed quem ad modum hac spe falsus sit ipse exponit, summamque ait se operam dedisse, ut etiam praesens populo Rom. industria, vigilantia, studio, adsiduitate se probaret, pro Planc. 26, 65. 27, 66. Quum e Sicilia se recepisset, iam videbatur illud quidquid erat in eo, esse perfectum et habere maturitatem quamdam suam, Brut. 92, 318.

A. u. c. 684. aet. XXXVII. Aedilis prior cunctis suffragiis populi Rom. factus est, in Pison. 1, 2. — Designatus aedilis Verris accusationem suscepit, Verr. 5, 14, 36. Et designatus aedilis cum designato consule Q. Hortensio contendit, Brut. 92, 319. divin. in Q. Caecil. 1, 1 sqq. Act. in C. Verr. prima 1, 1 sqq.

A. u. c. 685. aet. XXXVIII. Trinos ludos aedilis fecit, pro Mur. 19, 40. — Pro amplitudine tamen honorum, quos cunctis suffragiis adeptus erat, suo quidem anno, sane exiguus sumptus aedilitatis fuit, de off. 2, 17, 59.

A. u. c. 686. aet. XXXIX. mortuus est L. Cicero M. Tullii Ciceronis frater patruelis, cuius mortem deplorat ad Att. 1, 5.

A. u. c. 687. aet. XL. Praetor primus cunctis suffragiis populi Rom. factus est, in Pison. 1, 2., quum propter dilationem comitiorum (v. ad Att. 1, 10, 6. 1, 11, 2.) ter praetor primus centuriis cunctis renunciatus esset, de imp. Cn. Pomp. 1, 2. — Nam quum propter adsiduitatem in causis et industriam tum propter exquisitius et minime vulgare orationis genus animos hominum ad se dicendi novitate converterat, Brut. 93, 321.

A. u. c. 688. aet. XLI. Cicero praetor quaestioni de pecuniis repetundis praefuit, pro Rabir. Post. 4, 9. pro Cornelio 1, 1. fragm. p. 207 sqq. pro Cluent. 53, 147. — Apud eum C. Licinius Macer accusatus et damnatus est, ad Att.

1, 4, 2. — Eodem anno C. Manilius tribunus plebis legem promulgavit, ut Pompeio, qui tum in Cilicia belli maritimi reliquias persequebatur, bellum Mithridaticum committeretur. Eam legem Cicero praetor suasit oratione, quae est *de imperio Cn. Pompeii.* — Eodem anno *A. Cluentium Avitum* defendit apud collegam in praetura Q. Voconium Nasonem oratione, quae exstat.

A. u. c. 689. aet. XLII. Cicero C. Cornelium maiestatis reum duabus orationibus defendit, orat. 67, 225. 70, 232. — Hoc anno Cicero se parabat ad consulatum anno proximo petendum, ad Att. 1, 1, 1 sq.

A. u. c. 690. aet. XLIII. L. Iulio Caesare C. Marcio Figulo consulibus filiolo auctus est salva Terentia, ad Att. 1, 2, 1. — Hoc tempore Catilinam competitorem suum defendere cogitabat. Ib. 1, 2, 1. — Tulliolam C. Pisoni L. F. Frugi despondit, Ib. 1, 3, 3. — Hoc anno Cicero consulatum petiit, qua in petitione competitores habuit P. Sulpicium Galbam, L. Sergium Catilinam, C. Antonium, L. Cassium Longinum, Q. Cornificium, C. Licinium Sacerdotem, Q. Cic. de petit. cons. 2, 7 sqq. pro Mur. 8, 17. — Ciceronem cuncta Italia, omnes ordines, universa civitas non prius tabella quam voce priorem consulem declaraverunt, in Pison. 1, 3. cl. de lege agr. 2, 1, 3 sqq. — Hoc anno Cicero Q. Gallium ambitus reum defendit, fragm. p. 217.

A. u. c. 691. aet. XLIV. Cicero consulatum gessit cum M. Antonio, statu civitatis non optimo, immo pessimo, de lege agr. 2, 3, 8. — Cicero M. Antonium collegam ipsum quoque non optime cogitantem indulgentia quadam usus ita sustinuit ac moderatus est, ne quid auderet in rem publicam ipse moliri, pro Sest. 3, 8. — Cicero perfecit, ut lex agraria a P. Servilio Rullo tribuno pleb. promulgata, quae perniciosa civitati fore videbatur, perferri non posset, quippe quum Cicero L. Caecilio, ut huic legi intercederet, persuasisset, pro Sulla 23, 65. — Paullo post quum L. Roscius Otho trib. pl. a. u. c. 687. legem tulisset, qua sancitum est, ne quis in quattuordecim gradibus orchestrae, in qua senatores sedebant, proximis sederet, nisi qui eques et equestri censu esset, et Cicerone consule plebs Roscium in theatro sibilis insectata esset, Cicero eam in aedem Bellonae evocatam mitigavit effecitque, ut plebs notatam se discrimine sedis aequo animo ferret. Deinde habuit illam, quae exstat, sed mutilata, orationem pro C. Rabirio perduellionis reo, Pison. 2, 4. V. **C. Rabirius.** — Tum quum olim Sulla dictator proscriptorum filios lege lata petendorum honorum iure privasset, iique petissent, ut lege illa Cornelia abrogata capessendorum honorum sibi potestas fieret, Cicero oratione habita, adolescentes bonos et fortes, sed usos ea condicione fortunae, ut, si essent magistratus adepti, rei publ. statum convulsuri viderentur, suis inimicitiis, nulla senatus mala gratia comitiorum ratione privavit, Ib. — Tum quum L. Sergius Catilina, ut in proximum annum consul designaretur, multa moliretur nihilque intemptatum relin-



queret, Cicero ex senatus consulto legem tulit ad populum, ut ad poenam ambitus crimini constitutam decem annorum exsilium adderetur, simul hac lege vetitum est biennio, quo quis petat petiturusve sit, gladiatores dare, nisi ex testamento praestituta die, in Vatin. 15, 37. — Tum quum comitia consularia indicta essent in ante diem XII. Kal. Nov., Cicero pridie de coniuratione Catilinae ad senatum rettulit. Factum est senatus consultum: viderent consules, ne quid res publ. detrimenti caperet. Comitiis consularibus Catilina iterum repulsam tulit, consulibus creatis D. Iunio Silano et L. Licinio Murena. Catilina coniuratos noctu in M. Laecae domo adesse iussit, ibi distribuit partes Italiae, statuit quo quemque proficisci placeret, delegit quos Romae relinqueret, quos secum educeret, descripsit urbis partes ad incendia, confirmavit se ipsum iam esse exiturum, dixit paullulum sibi esse etiam tum morae, quod Cicero viveret. Reperti sunt duo equites Romani, qui sese illa ipsa nocte paullo ante lucem Ciceronem in suo lectulo interfecturos pollicerentur. Cicero per Fulviam de eo consilio certior factus, domum suam maioribus praesidiis firmavit, exclusit eos, quos Catilina ad eum mane salutatum miserat, Catil. 1, 3, 7 sqq. — A. d. VI. Idus Novembr. senatu in aedem Iovis Statoris convocato, quum eodem Catilina quoque venisset, Cicero habuit primam, quae exstat, orationem in Catilinam, qua omnia eius consilia sibi cognita esse ostendit, eumque ex urbe exire suosque omnes aut certe quam plurimos educere iussit. Itaque Catilina cum trecentis armatis proxima nocte in Malliana castra profectus est. Postridie Cicero secundam habuit orationem in Catilinam, ad Quirites, qua eum urbe excessisse nunciat, populoque gratulatur, eum ex occultis insidiis in apertum latrocinium esse coniectum. Paullo post senatus Catilinam et Mallium hostes iudicavit, decrevitque ut consules dilectum haberent, M. Cicero urbi praeesset, C. Antonius exercitu Catilinam persequeretur. Interim quum Murena cos. designatus a Ser. Sulpicio, M. Catone; Cn. Postumio de ambitu accusatus esset, defenderunt eum Q. Hortensius, M. Crassus, tum Cicero consul oratione, quae est pro Murena. Paullo post quum Cicero compperisset P. Lentulum Suram legatos Allobrogum belli Transalpini et tumultus Gallici excitandi causa sollicitasse, eosque in Galliam ad suos cives, eodemque itinere cum litteris mandatisque ad Catilinam esse missos, itemque iis adiunctum esse Vulturcium atque huic datas esse ad Catilinam litteras, Cicero L. Valerio Flacco et C. Pomptinio praetoribus imperavit, ut legatos Allobrogum ad pontem Mulvium comprehenderent. Itaque a. d. IV. Non. Decembr. tertia fere vigilia exacta, quum iam pontem legati Allobrogum ingredi inciperent, unaque Vulturcius, fit in eos impetus, litterae, quaecumque erant in illo comitatu, integris signis, praetoribus traduntur, ipsi deprehensi ad consulem deducuntur. Ita patefacta horum indiciis coniuratione, eius principes Cicero ad se venire iussit, senatum

in aedem Concordiae vocavit, rem omnem introductis indicibus exposuit, senatumque consuluit de summa re publ. quid fieri placeret. Tum ex senatus consulto Lentulus, Cethegus, Statilius, Gabinius, Caeparius in custodiam traditi, Ciceronis autem nomine supplicatio dis decreta est, quod urbem incendiis, caede cives, Italiam bello liberasset. Quas res ita gestas sub noctem Cicero populo in contione exposuit, oratione tertia Catilinaria. — Nonis Decembr. quum Cicero intelligeret paratos esse qui Lentulum et Cethegum e custodia eriperent, ad senatum convocatum de ea re rettulit consuluitque quid de iis fieri placeret, qui in custodiam traditi erant. Quum duae essent sententiae, una D. Silani cos. designati, qui censuit eos morte mulctandos esse, altera C. Iulii Caesaris, qui eos publicatis bonis in vinculis habendos esse censuit, Cicero surrexit et de utraque sententia quid sibi videretur exposuit, oratione quae quarta numeratur in Catilinam. Ac vicisset profecto Caesaris sententia, nisi M. Porcius Cato vehementi oratione in coniuratos habita extremo eos supplicio dignos esse senatui persuasisset. Facto igitur in eius sententiam senatus consulto supplicium de Lentulo, Cethego, Statilio, Gabinio, Caepario in carcere sumptum est. Eae sunt Nonae illae Decembres, totiens a Cicerone celebratae, ut ad fam. 1, 9, 12. ad Att. 10, 1, 1. — Pridie Kal. Ian. Q. Metellus Nepos novus trib. pl. Ciceronem in contione dicere prohibuit quae constituerat, eique tantum ut iuraret permisit. Itaque Cicero sine ulla dubitatione iuravit rem publ. atque urbem sua unius opera esse salvam. — Tullius ipse breviter consulatum suum descripsit, in Pison. 2, 4 sqq. — De orationibus, quas Cicero consul habuit, ipse haec scripsit: ‘Fuit mihi commodum curare, ut meae quoque essent orationes, quae consulares nominarentur. Quarum una est in senatu Kalendis Ianuariis, altera ad populum de lege agraria, tertia de Othone, quarta pro Rabirio, quinta de proscriptorum filiis sexta, quum provinciam in contione deposui, septima, qua Catilinam emisi, octava, quam habui ad populum postridie quam Catilina profugit, nona in contione, quo die Allobroges invulgarunt, decima in senatu Nonis Decembribus. Sunt praeterea duae breves, quasi ἀποσπασμάτια legis agrariae, ad Att. 2, 1, 3.

A. u. c. 692. aet. XLV. in senatu Kalendis Ianuariis sic cum Metello de re publ. disputavit Cicero, ut sentiret sibi cum viro forti et constanti esse pugnandum. Is enim a. d. III. Nonas Ianuarias quum agere coepisset, tertio quoque verbo orationis suae illum appellabat, illi minabatur, neque ei quidquam deliberatius fuit quam Ciceronem, quacumque ratione posset, non iudicio neque disceptatione, sed vi atque impressione evertere. Huius igitur temeritati virtute atque animo restitit Cicero, ad fam. 5, 2, 8. — Ei Cicero opposuit orationem Metellinam, ad Att. 1, 13, 5, id est, orationem contra Metelli contionem, quae aetatem non tulit. Quibus de rebus quum Q. Metellus Q. F. Celer procos. litteris ad Ciceronem scriptis, ad fam. 5, 1., questus esset fratrem suum tribunum plebis ob dictum capite ac fortunis ab eo oppugnari, respondit ei Cicero docuitque se non oppugnavisse fratrem eius, sed ab ipso oppugnatum ei repugnasse, ad fam. 5, 2, 10. — Hoc anno C. Antonius, quum Catilina ab eius legato M. Petreio proelio victus esset, imperator salutatus profectus est in Macedoniam provinciam, cui per triennium praefuit. Et quum Cn. Pompeius litteris publice ad senatum missis de rebus in bello Mithridatico gestis rettulisset, Cicero ei gratulatus est, simul autem significavit se ob res a se in consulatu gestas aliquam in eis litteris gratulationem exspectasse, quam ab eo praetermissam esse arbitrabatur, quod Pompeius vereretur, ne cuius animum offenderet, ut Crassi aut Caesaris. Itaque eum scire vult, quae pro salute patriae gesserit, orbis terrae iudicio ac testimonio comprobari, Ib. 5, 7, 3. — Extremo hoc anno P. Clodius Appii fil. cum veste muliebri deprehensus est domi C. Caesaris quum pro populo fieret, et per manus servulae servatus est et eductus, quam rem esse insigni infamia Cicero scribit ad Att. 1, 12, 3.

A. u. c. 693. aet. XLVI. In ipso iudicio P. Clodii Cicero nihil aliud pro testimonio dixit nisi quod erat ita notum atque testatum, ut non posset praeterire, ad Att. 1, 16, 2. — Clodio ob iudicum egestatem ac turpitudinem absoluto, eius absolutionis causas Cicero narrat ib. 1, 16, 3—5. — Quae postea egerit ad minuendum rei publ. detrimentum ex nefario hoc iudicio metuendum exponit ib. 1, 16, 6 sqq. — Frangit Clodium in senatu quum oratione perpetua tum altercatione, Ib. 1, 16, 8 sqq. — A Pompeio valde diligi videtur, Ib. 1, 16, 10. — Concordiam equitum cum senatu conservare cupiens illorum iniqua postulata defendit, Ib. 1, 17, 8 sqq.

A. u. c. 694. aet. XLVII. Utitur Pompeio familiarissime, ad Att. 1, 17, 10. — Queritur post Clodium absolutum eum esse rei publ. statum, ut res Romanae stare diutius non possint, Ib. 1, 18, 2 sqq. — Putat sibi maiores opes et firmiora praesidia esse quaerenda, ideoque Pompeium ad se in senatu laudandum adducit, cum eoque magna se familiaritate coniungit, neque tamen nimium novae amicitiae confidit, Ib. 1, 19, 7. — Odia libidinosae iuventutis in se concitata mitigat, Ib. 1, 19 8. — Neminem habere queritur, qui viam optimatium post Q. Catuli mortem secum teneat, Ib. 1, 20, 3. — Cupit Pompeium et Caesarem de levitate populari abducere, Ib. 2, 1, 6. — Dubitat quam rationem in causa legis agrariae, quam Caesar ferre volebat, sequatur, Ib. 2, 3, 3. — Improbat largitionem agrariam et Caesaris et Pompeii coniunctionem, Ib. 2, 16, 1. 2. — Scribit ad fratrem, quum ei provincia Asia in tertium annum prorogata esset, ad Q. fr. 1, 1, 1 sqq.

A. u. c. 695. aet. XLVIII. scribit de Clodii, qui iam ad plebem transierat, rationibus suisque consiliis, magis ad otium quam ad rem publ. gerendam spectantibus, ad Att. 2, 7. — Quum Pompeius hac condicione Clodii transitio-

nem ad plebem adiuvisset, ne quid moliretur ad Ciceronem vexandum, Cicero scribit, si ea, quae de se pacta sint, a Clodio non serventur, se in caelo esse, ut sciat Hierosolymarius (i. e. Pompeius) traductor ad plebem, quam bonam suis putissimis orationibus gratiam rettulerit, quarum se divinam ait meditari παλινῳδίαν, Ib. 2, 9, 1. — Quae de tribunatu plebis, quem Clodius petiturus erat, cogitet exponit ib. 2, 15, 2. — Item de lege agraria a Caesare promulgata et de Pompeii in ea probanda consilio, Ib. 2, 16, 1. 2. — Pompeium ait tyrannidem adfectare, Ib. 2, 17, 1. — Desperatum rei publ. statum dolet, Ib. 2, 18, 1, 2. — A Caesare se liberaliter invitari scribit, ut sibi sit legatus, etiam liberam legationem voti causa dari, quam tamen adversus Clodii impudentiam praesidii satis non habere putat. Itaque illam quidem se tenere ait, sed usurum haud putare, Ib. 2, 18, 3. — Sperat se Clodii minas vel subire cum dignitate vel declinare sine molestia posse, Ib. 2, 19, 1. — Cosconio mortuo, qui erat inter XXviros agro Campano dividundo, invitatur in eius locum, id ut turpe repudiat, Ib. 2, 19, 4. — Scribit a Pompeio se amari, Clodium sibi periculum denunciare, Pompeium adfirmare se prius occisum ab eo quam Ciceronem violatum iri, Ib. 2, 20, 1 sq. — Scribit de perdito rei publ. statu et maiore quod immineat periculo, de mala Pompeii existimatione et Bibuli consulis gloria, de suis ex Clodii inimicitia periculis, Ib. 2, 21. — Amat Pompeium, etsi propter Clodianum negotium nemo putat eum illi amicum esse debere, Ib. 2, 21, 4. — Pompeius etsi confirmat Clodium nihil contra Ciceronem facturum, hic tamen ad resistendum se parat, Ib. 2, 21, 6. — Scribit se publicis consiliis nullis interesse, sed causis forensibus operam dare, Ib. 2, 22, 3. Ib. 2, 23, 3. — Quum Clodius in dies maiores terrores denunciaret, Atticum saepius rogat Cicero, ut Romam advolet, Ib. 2, 22, 4. Ib. 2, 23, 3. Ib. 2, 24, 5. Ib. 2, 25, 2. — Interea Cicero bis defendit A. Thermum Flaccum, item L. Valerium Flaccum, qui ex praetura Cicerone consule gesta Asiam provinciam obtinuerat, a D. Laelio de pecuniis repetundis accusatum, una cum Hortensio defendit oratione, quae exstat, cf. ib. 2, 25, 1.

A. u. c. 696. aet. XLIX. L. Calpurnio Pisone Caesonino A. Gabinio coss. Clodius tribunus pleb. factus praeter alias leges populares et perniciosas hanc quoque tulit, ut qui civem Romanum indemnatum interemisset, ei aqua et igni interdiceretur, qua lege etsi non nominabatur Cicero, tamen solus petebatur. Cicero igitur tamquam reus vestitum mutat, sordidatus incedit populoque supplex fit, cuius rei eum sero poenitet. Simul tamen cum eo equester ordo senatusque frequens vestem pro Ciceronis salute mutandam censuit, pro Sest. 12, 27. — Immo quum incredibilis in Capitolium multitudo ex tota urbe cunctaque Italia convenisset, vestem mutandam omnes Ciceronemque omni ratione defendendum putarunt, pro Sest. 12, 28. — Consules interim edixerunt, ut senatus ad vestitum rediret, Ib. 14, 32. in Pison. 10, 23. — Itaque Cicero a consulibus et ab ipso Cn. Pompeio desertus et proditus maluit urbe cedere quam bonorum vitam servis armatis obiicere, pro Sest. c. 16 sqq. in Pison. 14, 32. — Venit igitur Vibonem Atticumque ut eo veniat rogat, ad Att. 3, 3. — Thurium venit, Ib. 3, 5. — Tarentinum, Ib. 3, 6. — Brundisii XIII. dies moratur, ad fam. 14, 4, 2. — Thessalonicam venit, ad Att. 3, 8, 1. — Incredibili maerore adflictus et confectus est, Ib. 3, 8, 2. — De morte voluntaria cogitat, Ib. 3, 9, 1. ad Q. fr. 3, 1 sq. — Metuit ne sibi noceat oratio in Curionem prolata, Ib. 3, 12, 2. cf. ib. 3, 15, 3. — Rogat Atticum, ut sibi ex agro suo tantum adsignet, quantum suo corpore occupari possit, Ib. 3, 19, 3. — Thessalonicae Plancius eum per septem menses retinet omnibus officiis, Ib. 3, 22, 1. — Fratris e provincia decedentis videndi occasionem vitat, Ib. 3, 9, 1. ad Q. fr. 1, 3, 1. — Ei gratias agit suamque uxorem et liberos commendat, Ib. 1, 3, 10. — Scribit ad Atticum, se quod amici velint bene de fortuna sua speraturum, suam tamen calamitatem ita magnam esse, ut ab Attico potius relevandus quam ob animi infirmitatem obiurgandus sit, ad Att. 3, 10, 11. — Negat se, quod Atticus audierat, mentis errore ex dolore adfici, Ib. 3, 13, 2. — Kal. Iun. senatus de Cicerone revocando decernit referente L. Ninnio trib. pl. Intercessit autem Aelius Ligus tribunus plebis, pro Sest. c. 32. — Spem salutis ex tribunorum in annum proximum designatorum favore concipit, Ib. 3, 13, 1. ad Q. fr. 1, 4, 2. — Scribit, si Atticus aut alius quis fuisset, qui se Pompeii minus liberali consilio perterritum a turpissimo consilio ex urbe discedendi revocaret, futurum fuisse, ut aut occumberet honeste aut victor hodie viveret, ad Att. 3, 15, 4. — Thessalonica Dyrrhachium proficiscitur, Ib. 3, 22, 4. ad fam. 14, 1, 7. — In lege salutis suae causa ab octo tribunis plebis promulgata quid desideret Attico exponit, ad Att. 3, 23, 1 sqq. — Scribit sibi non placere amicorum consensu provincias consulum designatorum ornatas esse, quod vereatur ne ea res novorum tribunorum pleb. animos a se alienet, Ib. 3, 24, 1. — Senatus consulto de lege Ciceronis restituendi causa ferenda facto scribit se legis lationem exspectaturum, si quis autem tribunus pleb. intercesserit, auctoritate senatus usurum et vel cum vitae periculo in patriam rediturum, Ib. 3, 26.

A. u. c. 697. aet. L. P. Cornelio Lentulo Spinthere et Q. Caecilio Metello coss. Cicero primum Metello, qui deposita simultate Lentulum in eo restituendo adiuverat, gratias agit, eumque ut opem sibi ferre pergat rogat, ad fam. 5, 4. — Kalendis Ianuariis quum de Cicerone consul Lentulus ad senatum rettulisset, princeps sententiam rogatus L. Cotta dixit nihil de Cicerone actum esse iure, nihil more maiorum, nihil legibus, qua re eum, qui nulla lege abesset, non restitui lege, sed revocari senatus auctoritate oportere, pro Sest. 34, 73. — Sed post eum Cn. Pompeius dixit sese otii Ciceronis causa, ut omni populari

concitatione defungeretur, censere, ut ad senatus auctoritatem populi quoque Romani beneficium erga eum adiungeretur, pro Sest. 34, 74. — Interim quum omni mora, ludificatione, calumnia senatus auctoritas impediretur, venit tandem concilii de Cicerone agendi dies VIII. Kal. Febr. Hoc autem die Clodius cum suis adseculis caede in foro maxima facta multisque vulneratis comitia turbavit reditumque Ciceronis flumine sanguinis intercludendum putavit, Ib. 35, 75. — Tandem facto senatus consulto, ut Ciceronis causa cuncti qui rem publ. salvam vellent ex Italia convocarentur compluribusque Lentuli cos. et Pompeii contionibus de eius salute habitis Lentulus consul senatum in Capitolium convocavit, ibique in templo Iovis senatus consultum de Cicerone revocando factum est, in Pompeii sententiam, qui de scripto dicta sententia Ciceroni testimonium conservatae patriae dederat, pro Sest. 60, 128. — Idque senatus consultum in theatro, quum eo consul et senatores ad ludos spectandos convenissent, incredibili clamore et plausu comprobatum est. Postero die in curia decretum est, ne quis ad impedienda comitia de caelo servaret, ne quis moram ullam adferret, si quis aliter fecisset, eum plane eversorem rei publ. fore idque senatum gravissime laturum, et ut statim de eius facto referretur, hoc quoque additum, si diebus quinque, quibus agi de Cicerone potuisset, non esset actum, rediret in patriam dignitate omni recuperata, pro Sest. 61, 129. — Simul decrevit senatus, ut iis, qui ex tota Italia salutis Ciceronis causa convenerant, agerentur gratiae atque ut iidem ad res redeuntes ut venirent rogarentur, pro Sest. 62, 129. — Pridie Non. Sextil. lex de revocando Cicerone comitiis centuriatis ad populum lata est et summo omnium centuriarum consensu accepta. Eadem die Cicero Dyrrhachio profectus Nonis Sext. Brundisium venit, ibique Tullia ei praesto fuit, natali suo die. Inde a Brundisinis honestissime ornatus iter ita fecit, ut undique ad eum cum congratulatione legati venerint, ad Att. 4, 1, 4. in Pison. 22, 51. — Ad urbem prid. Non. Sept. ita venit, ut nemo ullius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui ei obviam non venerit praeter inimicos. Quum venisset ad portam Capenam, gradus templorum ab infima plebe completi erant, a qua plausu maximo quum esset ei gratulatio significata, similis et frequentia et plausus eum usque ad Capitolium celebravit in foroque et in ipso Capitolio miranda multitudo fuit, ad Att. 4, 1, 5. in Pison. 22, 52. — Postridie, i. e. Nonis Sept., senatui gratias egit et quum eo biduo summa esset annonae caritas Clodianique Ciceronis opera frumenti inopiam esse clamarent, factum est senatus consultum in Ciceronis sententiam, ut Pompeio potestas rei frumentariae in quinquennium daretur, ad Att. 4, 1, 6. — Prid. Kal. Octobr. Cicero dicit de domo sua, quam Clodius incenderat. De eius restitutione contentiones in senatu, Ib. 4, 2, 2. — Eius domum et villas coss. ex senatus consulto restituendas locant, illam



aestimant HS viciens. Tusculanum et Formianum valde illiberaliter, ad Att. 4, 2, 5. — Clodii contra Ciceronem et Q. fratrem furiosae actiones, Ib. 4, 3. — Cicero scribit se animo vigere, re familiari comminutum esse, Ib. 4, 2, 7.

A. u. c. 698. aet. LI. Ciceronis actiones de Ptolemaeo rege Aegyptio per P. Lentulum Ciliciae procos. reducendo, ad fam. 1, 1. 2. 4. 5. 7. ad Q. fr. 2, 2, 3. — In ea re habuit orationem de rege Alexandrino, fragm. p. 200 sq. — Mense Februario P. Sestius lege Lutatia de vi postulatus est a M. Tullio Albinovano: eum defenderunt Hortensius et Cicero oratione pro Sestio, quae exstat, ad Q. fr. 2, 3, 5. — Idem absolutus est, Ib. 2, 4, 1. — Eodem mense dixit pro Bestia de ambitu, Ib. 2, 3, 6. — Librum scribit, in quo Caesaris acta probat, quae παλινῳδία ipsi videtur subturpicula, ad Att. 4, 5, 1. — Lucceium rogat, ut historiam de rebus suis a principio coniurationis Catilinariae usque ad reditum suum scribat, ad fam. 5, 12. ad Att. 4, 6, 4. — Queritur se in re publ. nec quod oporteat nec quod opus sit loqui posse, nec tamen etiam tacere licere, Ib. 4, 6, 2. — A libro quodam ad Hortensium scribendo abhorret, Ib. 4, 6, 3. — Invisit Pompeium in eius Cumano, Ib. 4, 9, 10. — Ab eo convenitur in suo Cumano, Ib. 4, 10.

A. u. c. 699. aet. LII. Crassum consulem e senatu reducit et cum eo de Q. fratris negotio loquitur, ad Q. fr. 2, 7 (9), 2. — Defendit Gallum Caninium, ad fam. 7, 1, 4. — Cogitur non numquam homines non optime de se meritos defendere, ad fam. 7, 1, 4.

A. u. c. 700. aet. LIII. Tenediorum causam in senatu cum Bibulo et Calidio et Favonio defendit, ad Q. fr. 2, 9 (11), 2. — Crassi dignitatem studiose in senatu defendit, ad fam. 5, 8. — Ait Caesarem esse se alterum, Ib. 7, 5, 1. — Trebatium tradit in eius manum et victoria et fide praestantem, Ib. 7, 5, 3. — Ait sibi Caesarem in sinu esse, ad Q. fr. 2, 11 (13), 1. — Eius amorem omnibus honoribus anteponit, ad Q. fr. 2, 13 (15), 1. — Defendit Messium, ad Att. 4, 15, 9. — Item Drusum et Scaurum et Vatinium, Ib. 4, 15, 9. ad Q. fr. 2, 15 (16), 3. — Statuit ad nullam medicinam rei publ. sine magno praesidio accedere, Ib. 2, 15 (16), 2. — Rogat Quintum, ut sibi iudicium Caesaris de quodam poëmate suo explicet, Ib. 2, 15 (16), 5. — Ait se nullas in Caesaris rebus δευτέρας φροντίδας habere posse, quia eum secundum fratrem et liberos maxime amet, Ib. 3, 1, 18. — Causas exponit cur post reditum ab exsilio Caesaris dignitatem tuendam susceperit, item cur cum Vatinio et Crasso in gratiam redierit, ad fam. 1, 9, 4—20. — Caesaris aedificationem in foro et in campo Martio sententia sua iuvat, etiam si profusionem pecuniae improbet, ad Att. 4, 16, 14. — A Caesare videt se honorificentissime tractari et unice diligi, ad fam. 7, 17, 2. — Metu Pompeii noluit Gabinium accusare, ad Q. fr. 3, 4, 1—2. — Multo minus eum Pompeii gratia defendere voluit, Ib. 3, 4, 3. — Testimonium in eum dicit, Ib. — Dolet nullam esse rem publ. seque ea aetate, ubi auctoritate se-

natoria florere deberet, aut forensi labore iactari aut domesticis litteris sustentari, ad Q. fr. 3, 5, 4.

A. u. c. 701. aet. LIV. Cicero in locum M. Crassi in expeditione adversus Parthos interfecti augur fit a toto collegio expeditus, Philipp. 2, 2, 4. Brut. 1, 1.

A. u. c. 702. aet. LV. a. d. XIII. Kal. Febr. P. Clodius in via Appia Miloni obviam factus occiditur. V. Kal. Mart. Pompeius ab interrege consul creatur sine collega, eiusque lege de vi Milo accusatur ob caedem Clodii; eum defendit Cicero, quam orationem postea scripsit, quum Milo condemnatus Massiliae exsularet. — Mense Decembri T. Munatius Plancus Bursa a Cicerone accusatus, a Cn. Pompeio defensus, condemnatus est, Philipp. 6, 4, 10. 13, 12, 27. ad fam. 7, 2, 2.

A. u. c. 703. aet. LVI. Procos. fit Ciliciae, ad fam. 3, 2. — Eius in provincia iustitia, abstinentia, clementia, ad Att. 5, 16, 2 sq. Ib. 6, 2, 4 sq. Ib. 5, 20. — Multo minus ait se de iudiciis laborare quam de possessione urbanitatis, ad fam. 7, 32, 2. — Vehementer laborat, ne sibi provincia prorogetur, ad Att. 5, 21, 3. — Imperator salutatur, Ib. 6, 1, 9. — Eius ratio publicanos in provincia tractandi, Ib. 6, 1, 16. — Magno urbis desiderio et satietate provinciae tenetur, ad fam. 2, 11, 1. — Dubitat quem relinquat qui provinciae praesit, ad Att. 6, 3, 1. — Res a se gestas dignas triumpho putat, Ib. 6, 3, 3. — In discidiis Caesaris et Pompeii ait se nullum periculum videre stante Pompeio vel etiam sedente, Ib. 6, 3, 4. — De supplicatione Ciceroni decernenda, quae in senatu acta sint, ad fam. 8, 11, 1 sqq. Ib. 15, 5, 2. — Catonis ei supplicationem non decernentis sententia ceteroquin honorifica, Ib. 15, 5, 6. ad Att. 7, 1, 7. — Eum tamen Cicero quum comperisset Bibulo XX. dierum supplicationem decrevisse, turpiter dicit malevolum, Ib. 7, 2, 6 sq. — Eius de provincia decessuri sollicitudines, Ib. 6, 5, 3. — Queritur Bibuli voluntatem a se abhorrere, ad fam. 2, 17, 6. — Cur provincia decedens noluerit fratrem praeficere, ad Att. 6. 6, 3. — Cur potius Caelium quaestorem in ea reliquerit, ad fam. 2, 15, 4. ad Att. 6, 6, 3. — Triumphum cupit, ad Att. 6, 6, 4. Ib. 6, 6, 5. Ib. 7, 2, 6. — Negat in eo expetendo se vanum, in abiiciendo ἄτυφον futurum, Ib. 6, 9, 2. — Vehementer aestuat, quas partes secuturus sit in Caesaris et Pompeii dimicatione, Ib. 7, 1, 2, sqq. — Pecuniam ad apparatum triumphi necessariam ad Atticum redigere vult. Molestum vero est, quod solvendi sunt nummi Caesari et instrumentum triumphi eo conferendum, Ib. 7, 8, 5. — Putat Caesarem, si vicerit, in caede principum haud clementiorem fore, quam Cinna fuit, nec moderatiorem, quam Sulla in pecuniis locupletium, Ib. 7, 7, 7.

A. u. c. 705. aet. LVIII Senatus ei triumphum flagitat, ad fam. 16, 11, 2. — Sub initium belli civilis Capuam tuendam sumit, Ib. Excusat se Mescinio Rufo quaestori, quod rationes ex provincia eo non exspectato ad aerarium detulisset, Ib. 5, 20, 2 sqq. — Invehitur in Caesarem,



ad Att. 7, 11, 1 sq. Ib. 9, 2 A. — Campaniae et maritimae orae praeest, Ib. 7, 11, 5. — Timet Caesaris φαλαρισμόν, Ib. 7, 12, 2. — Eius praesidia et Pompeii peccata et perturbationem exponit, Ib. 7, 13, 1 sq. — Incertus est quid agat de Ciceronibus pueris et de uxore ac filia, Ib. 7, 13, 3. — Narrat quae in conventu Capuae habito decreta sint, Ib. 7, 15, 2. — Falso opinatur Caesarem praesidia deducturum, Ib. — item falso opinatur Caesarem bellum sustinere non posse, ad fam. 16, 12, 4. — Dubitat, si Pompeius Italia cedat, eumne sequatur necne, ad Att. 7, 20, 2. Ib. 8, 3, 1 sqq. Ib. 8, 14, 2. — Tristem eius statum et consilii inopiam deplorat, Ib. 7, 21, 1. — Eius acta vehementer improbat, Ib. 8, 1. 2. 8. 9. — Putat sibi in Italia manendum, Ib. 8, 2, 4. — Paullo post Pompeium, etsi nulla spe, sequendi consilium capit, Ib. 8, 16. Ib. 9, 1, 5. — Angitur quid faciat, si Caesar sibi triumphum decreverit, Ib. 9, 2, 2. — Politicas quasdam theses tractat, ut animum a querelis abducat, Ib. 9, 4. — Rogatur a Caesare, ut ad urbem veniat, Pompeium, etsi putat eum causam optimam foedissime acturum, tamen ideo sequi vult, ut ἀχαριστίας crimen effugiat, Ib. 9, 7, 4. — A Balbo et Oppio vehementer rogatur, ne contra Caesarem arma ferat, Ib. 9, 7 A. et B. — Angitur, quod Pompeium abeuntem non secutus sit. Attici vero epistolarum locis, qui ei suaserat, ut in Italia maneret, se consolatur, Ib. 9, 10. — Scribit ad Caesarem et cupit eum Pompeio reconciliari, Ib. 9, 11 A. — Accipit Pompeium Brundisio cum omnibus copiis profectum esse, Ib. 9, 15 A. — Exponit sermones cum Caesare habitos, Ib. 9, 18, 1. — Vehementer a Caelio rogatur, ne Pompeium sequendo suam suorumque fortunam conturbet, ad fam. 8, 16. — Rescribit ei se nihil magis fugere quam arma civilia nec quidquam turbulenter ac temere facturum, Ib. 2, 16. — Attico scribit se ad Pompeium iturum nec exspectandum sibi videri, quem exitum res in Hispania habiturae sint, ad Att. 10, 8. — Proximis tamen litteris lacrimis suorum mollitus ait se Melitam capessere velle, dum quid in Hispania gestum sit resciérit, Ib. 10, 9. — Proficiscitur in Graeciam ad Pompeium, ad fam. 14, 7.

A. u. c. 706. aet. LIX. Rogatur a Dolabella, ut desperatis Pompeii rebus ab eo discedat, ad fam. 9, 9. — Post pugnam Pharsalicam, cui Cicero non interfuit, Ib. 9, 18, 2., redit in Italiam et Brundisii se tenet, Ib. 14, 12. — Q. fratris eiusque filii acerba in eum odia, ad Att. 11, 8. 9. 10. 13. 14. 15. — Scribit ad Caesarem et fratrem excusat, Ib. 11, 12, 2.

A. u. c. 707. aet. LX. Poenitet eum consilii, quod in Italiam redierit, ad Att. 11, 13, 24. — Vult filium ad Caesarem mittere, ad fam. 14, 11. — Mutat consilium, ad Att. 11, 18, 1. ad fam. 14, 15. — Cassio causas exponit cur a bello discesserit, ad fam. 15, 15. — Brundisio abit in Tusculanum et paullo post Romam venit ibique cum veteribus amicis, i. e. cum libris suis, in gratiam redit, Ib. 9, 1. 2. Ib. 9, 2, 5.

A. u. c. 708. aet. LXI. Catonis Uticensis laudationem scribere aggreditur, ad Att. 12, 4, 2. — Eum librum sibi placere significat, Ib. 12, 5, 2. — Et quum Caesar exeunte mense Quinctili Romam redisset, summam eius erga se humanitatem experitur, ad fam. 4, 13, 2. — Compluresque amicos exsulantes consolatur vel spem iis reditus facit, Ib. 4, 13. Ib. 6, 13. — Hoc Cicero anno scripsit Partitiones oratorias, item Brutum de claris oratoribus, Oratorem ad M. Brutum, ad Att. 12, 6, 2. — Gratias in senatu Caesari egit pro Marcelli restitutione, deinde apud eum pro Ligario dixit.

A. u. c. 709., aet. LXII. Cicero Terentia dimissa virginem Publiliam uxorem duxit, ad fam. 4. 14, 3. — Paullo post Tullia filia Ciceronis ex partu decessit, cuius mors ei summum luctum et dolorem attulit, quem multi litteris consolatoriis ad eum scriptis, ad fam. 9, 11. ad Att. 12, 13. Ib. 12, 14, 4. ad fam. 4, 5., ipse autem libro de consolatione scripto, ad Att. 12, 14, 3., minuere studuit. — Paullo post Tulliae mortem Publiliae uxori nuncium remisit, quod visa esset Tulliae morte laetari. Hoc anno scripsit Hortensium s. librum de philosophia, deinde Academicorum libros duo, quorum alterum Catulum, alterum Lucullum appellavit, e quibus posterior exstat. Postea vero totam hanc disputationem quattuor libris explicatam ad Varronem transtulit, e quibus pars quaedam libri primi, caeterorum pauca fragmenta supersunt. Eodem anno scripsit libros quinque de finibus bonorum et malorum. Post reditum Caesaris ex Hispania mense Octobri reversi Cicero apud eum regem Deiotarum defendit, quam orationem postea scriptam ad Dolabellam misit, ad fam. 9, 12, 2.

A. u. c. 710. aet. LXIII. Kal. Ian. quum Caesar V. cos. cum M. Antonio Dolabellam sibi surrogare vellet resistente Antonio, Cicero in senatu adfuit. Lupercalibus XV. Kal. Mart. quum Caesar in Rostris sedens in sella aurea, amictus toga purpurea spectaret Lupercos, Antonius, qui erat tum ipse Lupercus, ad sellas eius accessit capitique diadema imposuit, quod Caesar cum plausu populi repudiavit, Philipp. 2, 34, 85 sq. Ib. 3, 5, 12. Ib. 13, 8, 17. — Idibus Martiis Caesar a coniuratis M. Bruto, C. Cassio, caeteris in curia Pompeii XXIII. plagis confossus est. Eo interfecto M. Brutus cruentum alte extollens pugionem Ciceronem nominatim exclamavit eique recuperatam libertatem est gratulatus, Ib. 2, 12, 28. — Ex quo Antonius colligebat eum coniurationis conscium fuisse, Ib. 2, 12, 30. — Certum tamen est eum, quamvis M. Bruto familiarissime uteretur, eius expertem fuisse, ad fam. 12, 4, 1. — Antonium putat epularum magis rationem habere quam quidquam mali cogitare, ad Att. 14, 3, 2. — Dolet non una cum libertate rem publ. quoque recuperatam, Ib. 14, 4, 1. Ib. 15, 4, 2. — Queritur Caesaris interfectores laudari, tyranni tamen facta defendi, Ib. 14, 6, 2. Ib. 14, 10, 1. Ib. 14, 11, 1. Ib. 14, 14, 2 sqq. — Mense Quinctili



in Graeciam proficisci cogitat, ad Att. 14, 7, 3. — Antonius ad eum scribit de restitutione Sex. Clodii, cui Cicero se facilem praebet, Ib. 14, 16, 6. — Antonii amicitiam retinere vult, ad fam. 16, 23, 2. — Laudat Dolabellam ob severitatem animadversionis in homines seditiosos, Ib. 9, 14. ad Att. 14, 18, 1. ad fam. 12, 1, 1. — Laudat Bruti orationem habitam in contione Capitolina, ad Att. 12, 1 B., 2. — Scribit Dolabellam decrevisse, ut Cicero sibi in Syriam ituro legatus esset, qua legatione licebat ei per quinquennium abesse, Ib. 15, 11, 4. — Exponit quid sibi de Octaviani animo et ingenio videatur, Ib. 15, 12, 2. — Scribit de periculis rei publ. ab Antonio imminentibus, Ib. 15, 20, 1. — Cogitat in Graeciam navigare, Ib. 15, 20, 3. Ib. 15, 21, 3. Ib. 15, 25. ad fam. 11, 29, 1. ad Att. 16, 1, 3. Ib. 16, 4, 4. Ib. 16, 5, 3. — Illud iter ingreditur, ad fam. 7, 19. ad Att. 16, 6. — Subito tamen revertitur eiusque reversionis causas exponit, ad Att. 16, 7, 1. Philipp. 1, 3 sq. — Prid. Kal. Sept. in urbem rediit. Antonius cos. Kal. Sept. senatum habuit de supplicationibus Caesari decernendis, et Ciceronem in curiam vocavit. Qui quum de via langueret et sibi displiceret, misit pro amicitia qui hoc ei diceret. At ille cum fabris venturum eiusque domum disturbaturum minatus est. Postridie Cicero absente Antonio in senatum venit, habuitque orationem Philippicam primam, in qua expositis profectionis et reversionis causis graviter queritur de Antonii iniuria superiore die facta, tum leges eius reprehendit, denique eum et collegam in consulatu Dolabellam hortatur, ut diligi quam metui a civibus malint et rei publ. saluti et incolumitati consulant. Antonius ira incensus inimicitias Ciceroni denunciavit eumque in senatu adesse iussit a. d. XIII. Kal. Octobr. Ipse XVII. dies in Tiburtino Scipionis Metelli declamitavit et dicto die senatu in aedem Concordiae vocato, absente Cicerone in eum acerbissimam orationem habuit, ad fam. 12, 2, 1. — Huic Cicero opposuit Philippicam secundam, non habitam quidem, sed tamen ita scriptam, quasi eam praesente Antonio XIII. Kal. Oct. in senatu habuisset. — Queritur Cicero Antonium furorem in dies augere, Ib. 12, 3. 1. — Narrat quid Octavianus a se postulaverit, ad Att. 16, 8. — Proficiscitur Arpinum, Ib. 16, 10. — Caeterum hoc anno scripsit tres libros de natura deorum, duo de divinatione, librum de senectute, topica ad Trebatium, libros tres de officiis. — A. d. XIV. Kal. Ian. in senatu Cicero sententiam rogatus censuit, ut consulibus designatis Hirtio et Pansae praesidium decerneretur, ut quae Octavianus Caesar egisset publica auctoritate confirmarentur, ut milites, qui ab Antonio ad Caesarem transissent, praemiis adficerentur, et ut D. Brutus caeterique provincias suas retinerent, neque cuiquam traderent, nisi qui ex senatus consulto successisset. Hanc sententiam Cicero complexus est oratione Philippica tertia, factoque senatus consulto in eius sententiam prodiit in contionem habuit

que Philippicam quartam, in qua quae in senatu acta essent exposuit, simulque populum bene de re publ. sperare iussit, eumque ad studium recuperandae libertatis excitavit.

A. u. c. 711. aet. LXIV. Kalendis Ianuariis consules Hirtius et Pansa, obsidente Mutinam, quam D. Brutus tenebat, Antonio, ad senatum de hac obsidione omninoque de tota re publ. rettulerunt. Et quum is, qui primus sententiam rogatus esset, mittendos ad Antonium legatos censuisset, qui agerent cum eo, ut a Mutinae obsidione desisteret, Cicero, sententiam rogatus, Philippica quinta, turpe et indignum senatus auctoritate et populi Romani maiestate esse censuit, ad eum legatos de pace mittere, de quo ante paucos dies tamquam de hoste gravissima et severissima iudicia senatus fecisset. Itaque idem censuit Antonium hostem iudicandum, cum eo bello decertandum, D. Bruto, M. Lepido, Caesari Octaviano, L. Egnatuleio honores habendos, militibus bene de re publ. meritis praemia decernenda. Senatus eo die Salvio tribuno plebis intercedente nihil decrevit, triduo post autem prid. Non. Ian. legatos mittendos censuit, qui Antonio nunciarent, ne D. Brutum cos. des. oppugnaret, ne Mutinam obsideret, ne provinciam depopularetur, ne dilectus haberet essetque in senatus populique Romani potestate. Legati ad Antonium missi sunt Ser. Sulpicius et L. Piso et L. Philippus. Eodem die Cicero productus a P. Apuleio tribuno plebis in contione exposuit quae de legatione ad Antonium decreta essent, simul autem praedixit frustra ituros esse legatos, nec Antonium in senatus populique Romani potestate futurum. Hoc est argumentum orationis Philippicae sextae, cf. ad fam. 12, 24, 2. Ib. 12, 11, 8. — In legatione Ser. Sulpicius mortem obiit. Antequam caeteri legati reverterentur, Cicero habuit in senatu orationem Philippicam septimam, qua pacem tribus de causis dissuasit, primum quia turpis esset, deinde quia periculosa, denique quia esse non posset. Piso et Philippus Romam reversi quum Antonius nulli earum rerum, quas senatus ei denunciandas mandasset, paruisset, ultro intolerabilia eius postulata rettulerunt, ad fam. 12. 4, 1. — Tum a senatu tumultus est decretus, quum belli nomen ei haud placuisset. Id Cicero graviter reprehendit Philippica octava, simul in Fufium Calenum Antonio faventem et pacem commendare nitentem, itemque in eos, qui mittendos iterum ad Antonium legatos censuerant, invectus est, Pisonem quoque et Philippum reprehendit, quod mandata Antonii tamquam eius legati, non tamquam legati a senatu ad eum missi, perferenda recepissent. Referente autem Pansa consule de honore Ser. Sulpicii, qui in legatione ad Antonium, quum valetudine graviter adfectus susceperat, quum iam ad congressum colloquiumque eius pervenisset, ad quem erat missus, in ipsa cura et meditatione obeundi sui muneris mortem obierat, P. Servilius sententiam rogatus decernendum ei publice sepulcrum censuit, sta-



tuam non censuit, Cicero autem post illum rogatus oratione Philippica nona suasit, ut praeter sepulcri honorem ei statua pedestris aënea in Rostris statueretur, in eamque sententiam senatus consultum factum esse auctoritate probatur Pomponii de origine iuris, qui hanc statuam pro Rostris Augusti exstare testatur. — Postea quum M. Brutus seu Q. Caepio Brutus de rebus suis in Macedonia gestis ad senatum litteras publice misisset, Pansa statim senatu convocato de his litteris rettulit, Cicero oratione Philippica decima censuit eum et Q. Hortensium proconsulem publice collaudandos iisque provinciarum administrationem ac tutelam porro committendam esse. Deinde quum C. Antonius Apolloniam teneret, C. Trebonius autem Asiam provinciam obtinuisset, P. Dolabella in Syriam proficiscens Trebonium incautum Smyrnae oppressit et crudelissime verberibus ac tormentis laceratum interfecit. Qua re cognita senatus Dolabellam hostem iudicavit, et quum in senatu ageretur de imperatore deligendo, qui Dolabellam bello persequeretur, Cicero censuit C. Cassium diligendum esse. Quam sententiam complexus est oratione Philippica undecima. Cui sententiae quum Pansa consul repugnasset, Cicero productus in contionem a tribuno plebis M. Servilio eamdem causam apud populum summo eius consensu egit, quod ipse Cassio significat, ad fam. 12, 7, 1. — Paullo post XIV. Kal. April. Quinquatribus senatus decrevit, ut Minervae custodis urbis simulacrum anno superiore turbinis vi deiectum et fractum restitueretur, ad fam. 12, 25, 1. — Quumque Antonii amici pacis cum eo ineundae mentionem fecissent, senatus legatos ad eum decrevit M. Ciceronem et P. Servilium. Itaque Cicero in senatu habuit orationem Philippicam duodecimam, in qua hanc legationem ut inutilem dissuadet, se ipsum vero ad eam obeundam idoneum non esse demonstrat. Tum consule Pansa ad bellum profecto M. Aemilius Lepidus litteris ad senatum missis eum ad pacem cum Antonio faciendam cohortatus est, quibus recitatis quum multi alii pacem suaderent, Cicero sententiam rogatus orationem Philippicam decimam tertiam habuit, qua secus sentientium rationibus confutatis negavit pacem cum M. Antonio eiusque sociis esse posse. Simul epistola ad Lepidum scripta, ad fam. 10, 27., eum, ne se in istam pacificationem interponat, diligenter hortatur. — A. d. XVII. Kal. Maias Antonius apud Mutinam ducibus Pansa et Hirtio consulibus proelio superatus est. Qua de victoria nunciis Romam perlatis Cicero prid. Vinalia X. Kal. Mai. habuit orationem Philippicam decimam quartam, in qua trium imperatorum Pansae et Hirtii et Caesaris Octaviani nomine supplicationem quinquaginta dierum decrevit, Antonium quique cum eo essent hostes iudicandos, milites, qui pro re publ. interierint, monumento quam amplissimo cohonestandos, quaeque iis praemia senatus decreverat, ea parentibus, liberis, coniugibus, fratribus eorum persolvenda censuit. De victoria Muti

nensi, cf. ad fam. 10, 30. Ib. 12, 10.

De libris suis quo ordine scripti sint Cicero ipse disseruit de divin. 2, 1, 1 sqq. Ac libros quidem, qui sunt de philosophia, hoc ordine scriptos esse ait, Hortensium, quo libro ad philosophiae studium cohortatus est, quattuor Academicos libros, quibus quod genus philosophandi minime adrogans maximeque et constans et elegans arbitraretur ostendit, libros quinque de finibus bonorum et malorum, libros totidem Tusculanarum disputationum, libros tres de natura deorum, duos libros de divinatione, quibus deinceps adiunxit librum de fato. His libris adnumerandos putat sex de re publica, quos tunc se scripsisse ait, quum gubernacula rei publ. teneret. Addit librum de consolatione et librum de senectute, et Catonem de amicitia, quem eo tempore nondum scripserat. Oratorios libros enumerat tres de oratore, quartum Brutum, quintum oratorem.— **De Hortensio** loquitur de fin. 1, 1, 2. Acad. pr. 2, 2, 6. Tuscul. 2, 2, 4. Ib. 3, 3, 6. — **De Academicis**, Tuscul. 2, 2, 4. de n. d. 1, 5, 11. ad fam. 9, 8, 1. — **De finibus**, Tuscul. 5, 11, 32. — **De Tusculanis disputationibus**, ad Att. 15, 2, 4. Ib. 15, 4, 3. de fato 2, 4. — **De natura deorum**, de divin. 1, 4, 7. Ib. 1, 5, 8. — **De re publica**, ad Q. fr. 2, 12 (14), 1. Ib. 3, 6, 1—2. Caelius ad fam. 8, 1, 4. de fin. 2, 18, 59. de leg. 1, 6, 20. Ib. 1, 9, 27. Ib. 2, 10, 23. Ib. 3, 5, 12. Tuscul. 4, 1, 1. de am. 4, 14. Ib. 7, 25. Brut. 5, 19. — **De consolatione**, Tuscul. 1, 27, 66. Ib. 1, 31, 76. Ib. 1, 34, 83. Ib. 3, 28, 70. Ib. 3, 31, 76. — **De senectute**, de off. 1, 42, 151. — **De Catone** V. **M. Porcius Cato Uticensis.**— De libris **De oratore**, ad fam. 1, 9, 23. Ib. 7, 32, 2. — **De Oratore**, orat. 10, 35. ad fam. 15, 20, 1. Ib. 6, 18, 4. — A. Caecina ad fam. 6, 7, 4. — **De topicis**, ad fam. 7, 19, 1. — De libro **De optimo genere dicendi**, ad fam. 12, 17, 2. — De **Laelio**, de off. 2, 19, 31. — De duobus libris **De gloria**, de off. 2, 9, 31. — De tribus libris **de consulatu suo**, ad Q. fr. 2, 7, 9, 1. de divin. 1, 11, 17. cl. ad Att. 1, 19, 10. Ib. 2, 3, 3. Ib. 2, 15, 3. de off. 1, 22, 76. — **De suis temporibus**, ad fam. 1, 9, 23. ad Q. fr. 2, 11 (15), 2. Ib. 2, 15 (16), 5. Ib. 3, 1, 24. Ib. 3, 9, 6. — De orationibus suis conferri debet orat. 3, 12. — De Rosciana et aliis, Ib. 30, 107. Ib. 30, 108. — De oratione **pro A. Caecina**, Ib. 29, 102. — **De accusatione Verris**, Ib. 37, 129. Ib. 70, 232. — **De rege Alexandrino**, ad fam. 1, 2, 1. — **De laudatione Serrani** Domestici filii, ad Q. fr. 3, 8, 5. — De oratione **in Pisonem**, ad Q. fr. 3, 1, 4. §. 11. — De orationibus **pro Scauro** et **pro Plancio**, Ib. 3, 1, 4. §. 11. — De **M. Marcello**, ad fam. 4, 4, 4. — De oratione **pro Deiotaro**, ad fam. 9, 12, 2. — Tituli orationum amissarum Ciceronis, fragm. p. 200 sqq. — De epistolarum libris amissis, fragm. p. 249 sqq.

Ad res domesticas quod attinet, Cicero emit domum in Palatio de Crasso, propterea multum habuit aeris alieni, bonum tamen nomen existimabatur, ad fam. 5, 6, 2. — Tusculani et Pompeiani exornatio eum aere alieno adficit, ad Att. 2, 1, 11. — Tribus locis aedificat et paullo liberalius vivit, ad Q. fr. 2, 4 (6), 3. — Reprehenditur ob aedificationes, ad Att. 4, 5, 2. — Tusculanum exornat, Ib. 1, 6, 2. Ib. 1, 7. Ib. 1, 8, 2. Ib. 1, 9, 2. Ib. 1, 10, 3. — Ibi maxime conquiescit, Ib. 1, 5, 7. — Gymnasium ibi habet et xystum, Ib. 1, 8, 2., cuius eum non modo usus, sed etiam cogitatio delectat, Ib. 1, 11, 3. — Item bibliothecam, quam augere vult libris ab Attico emendis, Ib. 1, 7. Ib. 1, 10, 4. Ib. 1, 11, 3. — Tusculanum Culleonis suo vicinum emere cogitat, ad Q. fr. 2, 2, 1. — In particula Tusculani exhedria quaedam aedificat et tabellis ornare vult, ad fam. 7, 23, 3. — Eius Formianum, ad Att. 1, 4, 3. Ib. 2, 4, 6. Ib. 2, 11, 2. Ib. 2, 13, 1. Interpellatores ibi molesti, Ib. 2, 14, 2. Ib. 2, 15, 3. — V. **Formiana** et **Formianum**. — Eius villa in agro Caietano, Ib. 1, 4, 3. — Eius villa Arpinas. Ibi gymnasium exstruit, quod Amaltheum vocat Attici exemplo, Ib. 1, 16, 18. Ib. 2, 1, 11. — Dulcissima villa, Ib. 2, 11, 2. Ib. 2, 15, 3. — Eius Pompeianum, Ib. 1, 20, 1. Ib. 2, 1, 11. Ib. 2, 4, 6. — Cumanum, ad Q. fr. 2, 5 (7). Ib. 2, 12 (14), 1. — Antii habet bibliothecam, ad Att. 4, 5, 3. Ib. 4, 8 a., 1 sq.

**M. Tullius Cicero**, M. filius. L. Iulio Caesare C. Marcio Figulo coss. designatis a. u. c. 689. filiolo auctus est Cicero, salva Terentia, ad Att. 1, 2, 1. — Venustissimus puer, ad Q. fr. 1, 3, 3. — Mellitus Cicero, ad Att. 1, 18, 1. — Ei, una cum matre Terentia et sorore Tullia, inscribuntur ad fam. 14. ep. 1—4. — Communicatur eius nomen cum paterno, Ib. 14, 14 et 18. — Defletur eius sors a patre in exsilium proficiscente a. u. c. 696., Ib. 14, 1, 1. — In Tusculanum duxit secum Cicero Ciceronem suum in ludum discendi, non lusionis, ad Q. fr. 3, 4, 6. — Modestissimus et suavissimus puer, ad Att. 5, 9, 3. — Cicerones M. et Q. filios Deiotarus filius, qui rex ab senatu appellatus est, secum in regnum. Dum in aestivis ipsi essent, illum pueris locum esse bellissimum duximus, a. u. c. 703., ad Att. 5, 17, 3. — Rhodum Ciceronum causa puerorum e Cilicia accessurum se putat Cicero, a. u. c. 704., ad fam. 2, 17, 1. — Cicerones pueri amant inter se, discunt, exercentur: sed alter (Quintus), uti dixit Isocrates in Ephoro et Theopompo, frenis eget, alter (Marcus) calcaribus a. u. c. 704., ad Att. 6, 1, 12. — Filio suo, si erit ulla res publica, putat Cicero se satis amplum patrimonium relinquere in memoria nominis sui. Sin autem nulla erit, nihil accidere ei putat separatim a reliquis civibus a. u. c. 705., ad fam. 2, 16, 5. — Ciceroni suo togam puram dedit Arpini a. u. c. 705., ad Att. 9, 6, 1. Ib. 9, 19, 1. — M. Ciceronis filius est fortior eoque ipso vehementius commovet nec quidquam nisi de dignatione laborat a. u. c. 705., Ib. 10, 9, 2. — In bello civili a. u. c. 706., quum eum Pompeius alae alteri praefecisset, magnam laudem et a summo viro et ab exercitu consecutus est equitando, iaculando,

omni militari labore tolerando, de off. 2, 13, 45. — Cum Sallustio Ciceronem ad Caesarem mittere cogitabat Cicero a. u. c. 707., Ib. 11, 17, 1. ad fam. 14, 11. — Mutavit hoc consilium, Ib. 14, 15. — Ad eum pater scripsit dialogum de partitione oratoria, Partit. 1, 1. — Eius colloquium cum patre de sumptibus moderandis, de profectione in Hispaniam, quam ei dissuadet pater, a. u. c. 708., ad Att. 12, 7, 1. — Constituendi municipii Arpinatis causa a. u. c. 708. aedilem (municipalem) filium suum fieri voluit Cicero et fratris filium et M. Caesium, ad fam. 13, 11, 3. — Petit ab Attico, ut Ciceronem ad Terentiae testamentum adhibeat a. u. c. 709., ad Att. 12, 28, 1. — Ipsi permittere vult, de tempore peregrinationis a. u. c. 709. nummorum quantum opus erit, ut permutetur, videri ab Attico, Ib. 12, 27, 2. — Ciceroni vult hoc proponi ab Attico, ut sumptus peregrinationis accommodet ad mercedes Argileti et Aventini, Ib. 12, 32, 2. — M. Cicero filius a. u. c. 710. Athenis Cratippum Peripateticum audiebat, de off. 1, 1, 1. — Eius sunt epistolae ad Tironem scriptae ad fam. 16, 9, 21 et 25. — Eius convictio cum Cratippo magistro, Ib. 16, 9, 3. cum Bruttio, §. 4. — Declamitare Graece apud Cassium instituit, Latine autem apud Bruttium exerceri vult, §. 5. Gorgiam iubente patre dimisit, §. 6. — Libros de officiis misit ad filium Cicero, ad Att. 15, 13, 6. Ib. 16, 11, 5. Ib. 16, 15, 5. — Cicerones filii litterae sane πεπινωμέναι et bene longae, Ib. 14, 7, 2. — Ib. 14, 11, 2. De eius disciplina, Ib. 14, 16, 3. — Cicero, quo modestior est, eo patrem magis commovet, quod nummis caret, Ib. 14, 15, 4. Leonidas de Cicerone retinet suum illud ADHUC. Summis vero laudibus Herodes, Ib. 14, 16, A. — De eo mirabilia Messala, et mehercule ipsius litterae sic et φιλοστόργως et εὐπινῶς scriptas dicit, ut eas vel in acroasi audeat pater legere, Ib. 14, 17, 2. Ib. 14, 20, 4. Ib. 16, 1, 5. — M. Cicero filius a. u. c. 711. apud M. Brutum equitum alae praeerat. Laudes ei tributae a P. Lentulo propraetore, ad fam. 12, 14, 8. — Item a Trebonio, Ib. 12, 16. — Eius magister Cratippus, Ib. 12, 2. — Legio, quam L. Piso ducebat legatus Antonii, Ciceroni se filio tradidit, qui a. u. c. 711. tribunus mil. erat in M. Bruti castris in Macedonia, Philipp. 10, 6, 13. — In Macedoniam cum equitatu praemissus est a. u. c. 711. Ep. ad Brut. 1. — Ciceronem suum in collegium pontificum minorum cooptari vult pater, Ib. 1, 5. Ib. 1, 12. Ib. 1, 14. — M. Cicero iussus est Ambracia ducere equites per Thessaliam, Ib. 1, 6. — M. Cicero filius sic Bruto se probat industria, patientia, labore, animi magnitudine, omni denique officio, ut prorsus numquam dimittere videatur cogitationem, cuius sit filius, Ib. 2, 3. cf. Ib. 2, 6 et 7. — Fragmm. epistolarum ad eum, fragm. p. 253 sqq.

**Q. Tullius Cicero** una cum Marco Athenis audiebat Antiochum, de fin. 5, 1, 1. — Magno opere delectabatur Sophocle, Ib. 5, 1, 3. — Eius comitia quum aedilitatem



peteret, ad Att. 1, 4, 1. — Offensior in Pomponiam, Ib. 1, 5, 2. — Cum ea in gratiam redit, Ib. 1, 6, 2. Ib. 1, 10, 5. — Q. qui Argiletani aedificii reliquum dodrantem emit H. S. DCCXXV., Tusculanum venditat, ut, si possit, emat Pacilianam domum, ad Att. 1, 14, 7. — Eius aedes urbanae, ad Q. fr. 3, 1, 4. §. 14. — Magna Ciceroni varietas voluntatis et dissimilitudo opinionis ac iudicii Q. fratris sui demonstrata est ex litteris eius etc., ad Att. 1, 17, 1. — De Q. fratris comitate, iucunditate, molli animo et ad accipiendam et ad deponendam offensionem, Ib. 1, 17, 2. — Frater ἀφελέστατος et amantissimus, Ib. 1, 18, 1. — A. u. c. 689. scripsit libellum de petitione consulatus. — Q. Ciceronis collega in praetura C. Vergilius a. u. c. 692., pro Plancio 40, 95. — Ei legatus fuit L. Tubero, Ib. 41, 100. ad Att. 1, 14, 7. — Ei Asia obtigit a. u. c. 693., Ib. 1, 15, 1. — Eius epistola sibi ipsa repugnans, ad Att. 2, 16, 4. — Hoc primus in Asia fecit, ut sumptu remigum civitates levaret, pro Flacco 14, 33. — Successit L. Flacco, Ib. 21, 49. — Eius litterae plenissimae humanitatis et aequitatis, Ib. 32, 78. — Asiae pro consule praefuit, memorabile eius somnium de fratre, de divin. 1, 28, 58. — De provincia recte administranda optima consilia ei praebet Marcus frater, in multis eum laudat, reprehensa tamen nimia eius iracundia, ad Q. fr. 1, 1. — Reprehendit eum M. frater propter nimiam indulgentiam in Statium libertum. Multi in Asia vel Graeci vel Romani ei infensi a fratre placantur, ad Q. fr. 1, 2, 1 sqq. cf. ib. 1, 2, 9. — Eius reditus e provincia a. u. c. 696., ad Att. 3, 7, 3. Ib. 3, 8, 1. — Putat M. frater fovendum fratri esse ipsum Hortensium, ne ille versus, qui in eum erat collatus, quum aedilitatem petebat, de lege Aurelia, falso testimonio confirmetur a. u. c. 696., ad Q. fr. 1, 3, 8. — Eum Marcus exsul videre nolebat, ad Att. 3, 9, 1. — Eum ab App. Claudio, C. Clodii filio, accusatum iri sermo erat a. u. c. 696., Ib. 3, 17, 1. Ib. 3, 18, 2. — Q. Cicero mitissimam orationem, quam Q. Metellus Nepos cos. a. u. c. 697. in senatu de Cicerone habuerat, fratri perscripsit, ad fam. 5, 4, 2. — A. u. c. 606. decesserat ex Asia frater Ciceronis magno squalore, sed multo etiam maiore maerore, pro Sestio 31, 68. — E Rostris pulsus ab operis Clodianis, Ib. 35, 76. — Frater in Ciceronem pietate filius, consiliis parens, amore ut erat frater inventus est, post red. in sen. 15, 37. post red. ad Quir. 3, 8. de domo sua 23, 59. — Q. frater a. u. c. 698. a Sardis decessit, quum rei frumentariae C. Pompeii missu praefuisset, qui et ipse illis pro sua fide et humanitate consuluit et eis vicissim percarus et iucundus fuit, pro Scauro 2, 38. ad Q. fr. 2, 2, 1. — Hinc explicanda Olbiensis epistola, Ib. 2, 3, 7. — Cum eo Pompeius egit a. u. c. 698., ut Marcus cum C. Caesare in gratiam rediret, ad fam. 1, 9, 9. — Domus illi ad lucum Pisonis Liciniana conducta est. Ipsius in Carinis Lamiae conduxerunt a. u. c. 698., ad Q. fr. 2, 3, 7. — Ei domus egregia

in Palatio aedificatur, ad Q. fr. 2, 5,3 (6, 2.). — Agit cum Pompeio et Crasso per fratrem de quibusdam operibus et inscriptionibus a. u. c. 699., Ib. 2, 7 (9), 2. — Iocose reprehenditur, quod scripserat se vereri, ne fratrem interpellet, Ib. 2, 8 (10), 1. — Eius aes alienum, Ib. 2, 14 (15 b), 3. — Q. Cicero legatus Caesaris a. u. c. 699., ad fam. 1, 9, 21. Ib. 1, 9, 24. — Proficiscitur legatus Caesaris in Galliam et Britanniam, ad Q. fr. 2, 13 (14), 1. cl. ib. 2, 13 (15), 2. Ib. 2, 15 (16), 4. — Amatur a Caesare, Ib. 3, 1, 4. §. 11. — Ad Telluris etiam illius statuam locavit Cicero, Ib. 3, 1. 4. §. 14. — Ad filium scripsit Aristophaneo modo, Ib. 3, 1, 6. §. 19. — *Συνδείπνους Σοφοκλέους*, quamquam a fratre actam fabellam vidit esse festive, nullo modo probavit Cicero, Ib. 2, 15 (16' 3. — Eius tragoedia Erigona, Ib. 3, 1, 4. §. 13. — De tragoediis ab eo absolutis, Ib. 3, 5 (6), 7. cl. ib. 3, 9, 6. — Ei in poëtico genere Cicero priores partes tribuit quam sibi, Ib. 3, 4, 4. — Circa a. u. c. 700. aliquotiens memoratur in epistolis ad Trebatium scriptis, ad fam. 7, 6, sqq. — Eius est epistola ad M. fratrem missa de Tirone et Statio, Ib. 16, 16. Tum ib. 16. ep. 26 et 27. — Q. Cicero frater, Marci legatus in Cilicia a. u. c. 703., ad fam. 15, 4, 9 et 10 — Commendatur P. Silio, propraetori Bithyniae, a. u. c. 703., ib. 13, 62. — Pomponiae uxoris cum eo altercatio a. u. c. 703., ad Att. 5, 1, 3. — Quintum fratrem hibernis et Cilicіae praefecit Cicero a. u. c. 704., Ib. 5, 21, 6 et 14. — Quod epistolam ad Statium libertum scripserit, improbat Marcus, Ib. 6, 2, 2. — Eius iracundia, Ib. — Deliberat Marcus decessurus e Cilicia utrum fratrem provinciae praeficiat necne, Ib. 6, 3, 2. Ib. 6, 4. 1. Ib. 6, 6, 3. — Reconciliatur Pomponiae per Q. filium, Ib. 6, 7, 1. cf. ib. 6, 9, 3. — Q. socium fugae Cn. Pompeii a. u. c. 705. esse, non erat aequum, cui magis etiam Caesar irasceretur, Ib. 9, 1, 4. cl. ib. 9, 6, 4. — Nimis indulgens in Q. filium, quidquid Cicero astrinxit, relaxat, a. u. c. 705., Ib. 10, 6, 2. — Eius laudes a. u. c. 705. Ib. 10, 11, 1. — Quintus aversissimo a fratre animo Patris fuit, a. u. c. 706., Ib. 11, 5, 4. — Eum audio profectum in Asiam, ut apud Caesarem deprecaretur, Ib. 1, 6, 7. cl. ib. 7, 7. — Q. misit filium non solum sui deprecatorem, sed etiam accusatorem Ciceronis filii, Ib. 11, 8, 2. — Eius litterae sceleratae, plenae omnium in fratrem probrorum a. u. c. 707., Ib. 11, 9, 2. — Eius furor, Ib. 11, 10, 1. — Caesar existimabat Q. lituum profectionis M. fratris fuisse, Ib. 11, 12, 1. — M. Quintum Caesari commendat, Ib. 11, 12, 2. — Quintus Ciceroni per litteras satis fecit multo asperioribus verbis quam quum gravissime accusabat, Ib. 11, 13. 2. cl. ib. 11, 15, 2. Ib. 11, 16, 4. — Africam petere dicitur, Ib. 11, 14. 3. — Q. filius et Hirtius Alexandreae a Caesare de Quinto fratre quae voluerant impetraverunt nullo quidem negotio a. u. c. 707., Ib. 11. 20, 1. — Dolorem, quem ex Quinti scelere iam pridem acceptum iam abiecerat, lecta eius epistola gravissisimum cepit Cicero, ad Att. 11, 21, 1. Ib. 22, 1. — Q. pater quartum vel potius millesimum nihil sapit, qui laetetur Luperco filio et Statio, ut cernat duplici dedecore cumulatam domum, Ib. 12, 5, 1. — In sermone a Cicerone cum Dolabella habito ventum est tandem ad Quintum. Multa *ἄφατα, ἀδιήγητα*, sed unum eius modi, quod, nisi exercitus sciret, non modo Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderet scribere a. u. c. 709., Ib. 13, 9, 1. — A ducenda uxore sic abhorret, ut libero lectulo neget esse quidquam iucundius, a. u. c. 710., Ib. 14, 13, 5. — Q. filius ad patrem acerbissimas litteras misit, quarum erat caput Aquiliam novercam non esse laturum, Ib. 14, 17, 3. — Exsultat laetitia de Q. filio, Ib. 15, 21, 1. Ib. 15, 29, 2. — Q. Cicero sive iudicio, ut solebat dicere, sive pudore a dicendo et timiditate ingenua quadam refugit, de orat. 2, 3, 10. — Ei libros de oratore inscribit Marcus, Ib. 1, 1, 1. — Q. Ciceronis versus aliquot, Part. III. vol. 1. p. 510 sq. — Eius praedia: Arcanum, ad Q. fr. 2, 5 (7). Ib. 3, 3, 1., Bovillanum, Ib. 3, 1, 2. §. 3., Laterium Ib. 3, 3, 1., Fufidianum Ib. 3, 1, 2. §. 3.



**Q. Tullius Cicero**, Quinti filius. Eum aegrotantem M. Cicero patruus Attico commendat et cum eo sibi ipse aegrotare videtur a. u. c. 694., ad Att. 2, 2, 1. — Puer optimus, eruditur egregie. Hoc nunc magis animadvertit Cicero, quod Tyrannio docet apud se a. u. c. 698., ad Q. fr. 2, 4. 2. — Puer optimus, Quintus, quod perleviter commotus fuerat, defuit Crassipedis nuptiis cum Tullia a. u. c. 698., Ib. 2, 4 (6) 1. — Festivum habuit sermonem de Terentiae et Pomponiae discordiis, Ib. — Nisi ille se contemnet, etiam magistrum se ei profiteri vult Cicero a. u. c. 700., Ib. 2, 12 (14), 2. Ib. 3, 1, 3. §. 7. Ib. 2, 1, 4. §. 14. Ib. 3, 1, 6. §. 19. — Summo studio est Paeonii sui rhetoris, Ib. 3, 3, 4. Ib. 3, 9, 9. — Ei toga pura datur a. u. c. 703., ad Att. 5. 20, 9. — Frenis eget, Ib. 6, 1, 12. Ib. 6, 2, 3. — Miram in eo pietatem, suavitatem humanitatemque perspexit Cicero in discidio parentum a. u. c. 704., Ib. 6, 3, 8. — Puer bene sibi fidens, Ib. 6, 6, 3. — Q. filius pie sane, animum patris sui sorori Attici reconciliavit, Ib. 6, 7, 1. — Perfidas litteras ad Caesarem miserat de patre et patruo, Ib. 10, 4, 5 et 6. Ib. 10, 5, 2. Ib. 10, 6, 2. — Eum ex parte excusat Cicero, Ib. 10, 7, 3. — Eum patris indulgentia non facit mendacem aut avarum aut non amantem suorum, ferocem fortasse atque adrogantem et infestum facit, Ib. 10, 11, 3. — P. Terentio dixit se patruo esse inimicissimum, volumenque ei ostendit orationis, quam apud Caesarem contra eum esset habiturus a. u. c. 707., Ib. 11, 10. 1. Ib. 11, 16, 4. — Quintus pater nihil sapit, qui laetetur Luperco filio a. u. c. 708., Ib. 12, 5, 1. — Q. Cicero filius, a. u. c. 708. aedilis Arpini factus, ad fam. 13, 11, 3. — Omnibus locis furit maximeque in conviviis, alienissimos patruum et patrem esse a Caesare, fidem illis habendam non esse, a. u. c. 709.,

ad Att. 13, 37, 2. — Eius epistola contumeliosa ad patruum missa, Ib. 13, 38, 1. — Eius incredibilis vanitas, Ib. 13, 39, 1. Ib. 13, 41, 1. — Eius colloquium cum patruo, Ib. 13, 42. Ib. 13, 51, 2. — Q. pater gravia de filio, maxime quod matri nunc indulgeat, qui antea bene merenti fuerit inimicus a. u. c. 710., Ib. 14, 10, 4. — Coronatus Quintus noster Parilibus solus a. u. c. 710., Ib. 14, 14, 1. cf. ib. 14, 19, 3. — Q. filius ad patrem scripsit se Aquiliam novercam non esse laturum, se ab Caesare habuisse omnia, nihil a patre, reliqua sperare ab Antonio, Ib. 14, 17, 3. — Q. filius Antonii est dextella, Ib. 14, 20, 5. — Statius scripsit ad Ciceronem locutum secum esse Q. Ciceronem valde adseveranter, se haec ferre non posse: certum sibi esse ad Brutum et Cassium transire etc., Ib. 15, 19, 2. cl. ib. 15, 21, 1. — Q. filius exivit, Ib. 15, 22, 1. cl. ib. 15, 27, 3. — Q. filius, σπείσασθαι vult cum Bruto et Cassio, Ib. 15, 29, 2. — De Iulia in matrimonium ducenda cogitabat, Ib. ead. §. — Q. filius pollicetur se Catonem, Ib. 16, 1, 6. Ib. 16, 3, 3. — Q. filius commutatus est totus. Duxit eum patruus secum ad Brutum etc.. Ib. 16, 5, 2. — Q. Cicero, Q. F. compellatus edicto a M. Antonio a. u. c. 710., Philipp. 3, 7, 17. cf. etiam ad Att. 2, 2, 1. ad Q. fr. 1, 3, 3.

**M. Tullius Tiro.** V. **Alexis.** — Graviter aeger a. u. c. 704., ad Att. 6, 7, 2. — Tironem Patris aegrum reliquit Cicero, Ib. 7, 2, 3. — Eius valetudo, Ib. 9, 17, 2. Ib. 12, 10. Ib. 7, 5, 1. Ib. 8, 5, 2. Ib. 8, 6, 3. — Ciceronis epistolarum nulla est συναγωγή, sed habet Tiro instar septuaginta, Ib. 16, 5, 5. fragm. p. 343. — Fuit servus, deinde libertus Ciceronis, studiorum socius et administer, item et filio et Q. fratri carissimus. Ad eum sunt ad fam. 16. ep. omnes. A. u. c. 700. incidit in morbum, de quo Cicero ad eum scripsit ad fam. 16. ep. 10. 13 — 15. 18. Deinde Ciceronem proconsulem in Ciliciam comitatus, quum ille provincia decessisset, in itinere Patris in morbum incidit. Ibi Cicero eum Lysoni hospiti Patrensi commendavit, ad fam. 13, 19. et Curio Ib. 7, 28. Ib. 13, 19. itemque Asclaponi medico, cl. ib. 13. ep. 4. 5. 9. Ex hoc morbo demum, quum Cicero ad urbem venisset, convaluit. Tertii eius morbi mentio fit in epistolis a. u. c. 709., ut videtur, scriptis, ad fam. 16. ep. 17. 20. 22. Manu missum esse a Cicerone a. u. c. 700. ex epistola Q. fratris ad fam. 16, 16. intelligitur, cl. ib. 16. 18.

**Tullus Cluilius.** V. **Cluilius.**

**Tullus**, ad Att. 8, 9, 3. Ib. 8, 8, 15, 2. V. **L. Volcatius Tullus.**

**Turanius.** V. **Turranius.**

**Turdi.** V. **Papirii.**

**Turia** fluvius Hispaniae, hodie *Guadalaviar*. Hinc Turiense proelium acerrimum et maximum in bello Sertoriano, pro Balbo 2, 5.

**L. Turius**, orator Romanus, Brut. 67, 237.

**Q. Turius** negotiator in Africa, ad fam. 12, 26, 1.

**Turius Eros**, Q. Turii libertus, ad fam. 7, 26, 2.

**Turpilia.** De eius testamento controversia, ad fam. 7, 21.

**Sex. Turpilius**, poëta comicus. Eius versus ex Demiurgo, ad fam. 9, 22, 1. — Turpilii versus de Leucadia ex Alexidis Leucadia conversa, Tuscul. 4, 34, 72.



**Turpio**, sutorius, iudex Romae, ad Att. 6, 1, 15.

**L. Turpio Ambivius**, de sen. 14, 48. V. **Ambivius Turpio.**

**D. Turranius Niger.** Amicus Q. Ciceronis, ad Att. 1, 6, 2. Ib. 6, 9, 2. Ib. 7, 1, 1.

**M'. Turranius** praetor a. u. c. 710., homo summa integritate atque innocentia, provinciam sibi ab Antonio datam recusat, Philipp. 3, 10, 25.

**L. Turselius** fecit heredem M. Antonium, suum fratrem exheredans. Philipp. 2, 16, 41.

**Turutius** quaestor praeerat a. u. c. 711. classi a Tillio Cimbro anno priore in Bithynia comparatae, ad fam. 12, 13, 3 et 4.

**Tuscenius**, familiaris Q. Ciceronis, ad Q. fr. 1, 1, 6 §. 19. Ib. 2, 2, 6.

**Tusci.** V. **Etrusci.** Barbaros eos nominavit Ti. Gracchus pater, de n. d. 2, 4, 11. — Tusci iidem qui Etrusci saepius apud Cic. de divin. 2, 51, 106. ad Att. 8, 12. C., 1.

**M. Tuscilius**, Pompeianus, ad Att. 8, 12. C. §. 2., ubi olim legebatur *Metuscilius*.

**Tusculana** aqua Ciceronis, id est, Crabra, pro Balbo 20, 45. cl. de lege agr. 3, 2, 9.

**Tusculana** villa Ciceronis a P. Clodio diruta a. u. c. 697. a consulibus valde illiberaliter aestimata, ad Att. 4, 2, 5.

**Tusculani** in civitatem recepti, pro Balbo 13, 31. de off. 1, 11, 35. — Eorum fuit Aqua Crabra, de lege agr. 3, 2, 9.

**Tusculanum** Ciceronis, ad Att. 7, 2 5 topic. 1, 11. fragm. p. 294. — Eius gymnasium valde Ciceronem delectat, ad Att. 1, 1, 4. — Tusculanum et Pompeianum valde Ciceronem delectat, Ib. 2, 1, 11. — Tusculanum proscripsit Cicero a. u. c. 696., ad Att. 4, 2, 7. Exhedria quaedam Ciceroni nova sunt institota in porticula Tusculani, ad fam. 7, 23, 3. — V. **Tusculana Villa.**

**Tusculanum** Anicii, ad Q. fr. 3, 1, 7, 23. Balbi, ad Att. 7, 7, 6. Bruti, orat. 31, 110. Brut. 87, 300. C. Iulii Caesaris, orat. 2, 3, 13. Catuli et Metelli, Verr. accusat. 4, 57, 126. Q. Ciceronis, ad Att. 1, 14, 7. L. Crassi, de orat. 1, 7, 24. Ib. 1, 21, 98. M. Crassi, ad Att. 4, 16, 3. A. Gabinii, de domo sua. 47, 124. post red. in sen. 7, 18. Laelii, de orat. 1. 62, 265. Lentuli, ad Att. 6, 1, 23. Lucceii, Ib. et ad fam. 5, 15, 2. Luculli, Acad. pr. 2, 48, 148. de fin. 3, 2, 7. Q. Metelli et L. Crassi, pro Balbo 25, 56. Pompeii, Philipp. 13, 5, 11. M. Scauri, pro Caecina 19, 54. Varronis, ad fam. 9, 1, 2. ad Her. 4, 50, 63.

**Tusculanus mons**, de villa propter magnitudinem substructionum, in Pis. 21, 48. cl. pro Sestio 43, 93.

**Tusculum** clarissimum municipium in Latio, unde profecta est gens Fonteia, pro Fonteio 14, 31. — Municipium antiquissimum, pro Plancio 8, 19. — Tusculani sunt pauci, si quidem cum Atinatibus conferantur, Ib. §. 21. — Ibi Castoris et Pollucis aedes icta e caelo, de divin. 1, 43, 98. — Alia Tusculi, alia Romae evenit saepe tempestas, 2, 45, 94. de lege agr. 2, 35, 96.

**Tuscum mare** inferum, scopulosum atque infestum, de orat. 3, 19, 69.

**Tutia**, ad Att. 16, 2, 5.

**Tutor**, mimus vetus, oppido ridiculus, de orat. 2, 64, 259.

**Tyba**, Asiae oppidum, prope Euphratem hodie *Taibe*, ad fam. 15, 1, 2.

**Tycha** sive **Tyche**, tertia urbs Syracusis, ita nominata, quod in ea parte Fortunae fanum antiquum fuit, Verr. accusat. 4, 53, 119.

**Tympanidis** rogus, locus corruptus, de n. d. 3, 35, 84.

**Tyndareus**, Clytaemnestrae pater, de fato 15, 34. — Tyndari progenies, Castor et Pollux, fragm. p. 292.

**Tyndaridae**, Castor et Pollux, de orat. 2, 86, 352. — Tyndaridae fratres non modo adiutores in proeliis victoriae populi Rom., sed etiam nuncii fuisse perhibentur, Tuscul. 1, 12, 28. — Tyndaridae Persen victum nunciarunt, de n. d. 2, 2, 6. — Homerus eos sepultos esse dicit Lacedaemone, Ib. 3, 5, 11. — Coluntur ut di, de n. d. 3, 15, 39.

**Tyndaritana** Sicilia civitas, Verr. accusat. 3, 43, 103. — Tyndaritani libenter praedicant se in septemdecim populis Siciliae numerari, Ib. 5, 47, 124. — Iis Africanus minor reddidit simulacrum Mercurii, pulcherrime factum, a Karthaginiensibus olim oblatum, Ib. 4, 39, 84. — Verris statuam equestrem deiecerunt in foro et equum inanem reliquerunt, Ib. 2, 66, 160.

**Tyndaris**, civitas Siciliae, Verr. accusat. 5, 49, 128.

**Typho**. Eius anhelitu Aetnam ardere dicunt, pro Scauro 2, 29.

**Tyracinus** Helorinus, Verr. accusat. 3, 56. 129.

**Tyrannio**, grammaticus et geographus qui Ciceronis temporibus vixit, ad Q. fr. 2, 4, 2. — Ordinavit bibliothecam Ciceronis, ad Att. 4, 4 b, 1. Ib. 4, 8 a, 2. — Eratosthenes valde a Serapione et ab Hipparcho reprehenditur, etiam a Tyrannione, ad Att. 2, 6, 1. — De aliquo eius libro, ad Att. 12, 6, 1. ad Q. fr. 3, 4, 5. — Cessator, Ib. 3, 5, 6. Confer etiam ad Att. 12, 2, 2. Ib. 12, 7, 2.

**Tyria** purpura, pro Flacco 29, 70.

**Tyrii**. Senatus eis datus a. u. c. 700., ad Q. fr. 2, 11 (13), 2. — Tyrii magni faciebant C. Cassium, Philipp. 11, 13, 35.

**Tyrrheni**. ‘Lydius Tyrrhenae gentis haruspex’, de divin. 1, 12, 19.

**Tyrrhenia**, fragm. p. 290.

**Tyrrhenum** mare, fragm. p. 343.

**Tyrrhenus** e Maeonia profectus partem Italiae tenuit et Tyrrheniam nominavit, fragm. p. 290.

**Tyrus**. Venus quarta, Syria Tyroque concepta, quae Astarte vocatur, quam Adonidi nupsisse proditum est, de n. d. 3, 23, 59.

**Tyrus**, urbs Phoenices prima. Tyri maxime colitur Hercules quartus, Iovis et Asteriae filius, de n. d. 3, 16, 42. ad Att. 9, 9, 2.

**Ufentina** tribus, pro Plancio 16, 38.

**Ulixes**. In suspicionem venit Aiacem ab eo interfectum: rhetoribus exemplum constitutionis coniecturalis, ad Her. 1, 11, 18. Ib. 2, 19, 28 et 30. de inv. 1, 8, 11. Ib. 1, 49, 92. — Ad hostes transire turpe videtur, at non eo animo, quo Ulixes transiit, Ib. 2, 58, 176. — Maestior pingitur in tabula Timanthis Iphigeniae immolationem exhibente, orat. 22, 74. Ib. 1, 44, 196. — De Ulixi erroribus, de off. 1, 31, 113. — Heroicis aetatibus Ulixes et Nestor et fuerunt et habiti sunt sapientes, Tuscul. 5, 3, 7. — De eius prudentia, Ib. 1, 41, 98. — Multum laudis in dicendo Ulixi tribuit Homerus et Nestori, Brut. 10, 40. — Ulixes πτολίπορθος, ad fam. 10, 13, 2. — Erravit in mari Tusco, de orat. 3, 19, 69. — Ulixi Homerici procera et tenera palma, quam Deli se vidisse dixit, de leg. 1, 1, 2. — Ulixes Ithacam ut videret, immortalitatem scribitur repudiasse, de leg. 2, 1, 3. — Ulixes invitatus a Sirenibus versibus a Cicerone in Latinum conversis, de fin. 5, 18, 49. — Commemoratur ad fam. 1, 10. de orat. 3, 40, 162. — Anticlea Ulixi pedes abluens, Tuscul. 5, 16, 46. — Ulixes, sapientissimus Graeciae, in Niptris Sophoclis et Pacuvii lamentatur in vulnere, Ib. 2, 21, 48. — Insimulant eum tragoediae simulatione insaniae militiam supterfugere voluisse. Apud Homerum optimum auctorem talis de Ulixe nulla suspicio est, de off. 3, 26, 97.



**Ulubrae**, Latii oppidulum ad paludes Pomptinas, ad fam. 7, 18, 3.

**Ulubranus** populus, ad fam. 7, 12, 2.

**P. Umbrenus**, Catilinarius, in Catil. 3, 6, 14

**Umbria**, regio Italiae ad mare superum Etruriae exadversum sita. — Umbriae mores, pro Sex. Roscio 16, 48. — pro Murena 20, 42. ad Att. 12. C., 1. — Umbria avium significationibus plurimum obtemperat, de divin. 1, 41, 92.

**Ummius**, ad fam. 16, 14, 1.

**Upis** tertiae Dianae pater traditur, Glauce mater, eam Graeci saepe Upim paterno nomine appellant, de n. d. 3, 23, 58.

**Urania** musa. Eius ῥῆσις in Ciceronis secundo de consulatu, de divin. 1, 11, 17. — Urania loquens inducta in Ciceronis libro de consulatu suo, ad Q. fr. 2, 7 (9), 1.

**Urbinas**, ortus ex municipio Urbino, Philipp. 12, 8, 19.

**Urios**. Iuppiter Imperator, quem οὔριον nominant, Verr. accusat. 4, 57, 128.

**Utica**, urbs et conventus in Africa propria sive in Zeugitana eius parte, a qua M. Cato Uticensis dictus est, pro Scauro 2, 45. ad Att. 12, 2, 1.

**Vaccaei**, populus Hispaniae Tarraconensis, pro Plancio 34, 84.

**M. Vaccus**. V. **M. Vitruvius Vaccus**.

**Vacerra**, ad fam. 7, 8, 2. Cfr. **Battara**.

**Vada**. Ibi Ventidius se cum Antonio coniunxit a. u. c. 711., D. Brutus ad fam. 11, 10, 3. — Locus inter Apenninum et Alpes, impeditissimus ad iter faciendum, Ib. 11, 13, 2.

**Vada Volaterrana**. V. **Volaterra**.

**Valens** (Κράτος) et Coronis, parentes Mercurii secundi, de n. d. 3, 22, 56.

**Valentini**, incolae Vibonis Valentiae, Verr. accusat. 5, 16, 40. Ib. 5, 61. 158. V. **Vibo Valentia**.

**A. Valentius**, interpres, quo Verres interprete non ad linguam Graecam, sed ad furta et flagitia uti solebat, Verr. accusat. 3, 37, 84. Ib. 4, 26, 58.

**Valeria** gens. Vetus Valeriae gen-

tis in liberanda patria laus, pro Flacco 1, 1. cl. ib. 11, 25.

**Valeria** lex lata a L. Valerio Flacco consule suffecto a. u. c. 668., pro Fonteio 1, 1. Nieb. — Valeria lex, quae de proscriptione est, sive Cornelia, pro Sex. Roscio 43, 125. — Corneliam L. Cornelii Sullae liquido appellat, Verr. accusat. 1, 47, 123. — Valeria lex L. Valerii Flacci interregis, de lege agr. 3, 2, 6.

**Valeria** tabula, locus in foro Romano, ubi tribuni pl. convenire solebant, ad fam. 14, 2, 2. in Vatin. 9, 21.

**Valeria**, uxor Andronis Sestilii, pro Flacco 34, 84.

**Paulla Valeria**, soror C. Valerii Triarii, divortium sine causa, quo die vir e provincia venturus erat, fecit, nuptura est D. Bruto, Caelius ad fam. 8, 7, 2. — Polla, C. Triarii soror, D. Bruti uxor, Ib. 11, 8, 1.

**Valerius**, nomen. Valerii nomen more maiorum faustum putamus, pro Scauro 2, 30.

**Valerius** nescio quis absolutus est Hortensio defendente a. u. c. 695., ad Att. 2, 3, 1.

**Valerius** nescio quis cotidie cantabat, erat enim scaenicus, de orat. 3, 23, 86.

**Valerius**, C. Verris praeco, Verr. accusat. 3, 21, 54.

**Valerius** interpres, ad Att. 1, 12, 2. Ib. 16, 11, 7.

**Valerius**, L. Valerii Triarii beneficio civitate donatus, testis periurus in M. Scaurum, pro Scauro 2, 29.

**Valerius.** Docuit Ciceronem C. Camillus ad Volusium transferri nomen a Valerio non potuisse, praedes Valerianos teneri, ad fam. 5, 20, 3.

**L. Valerius**, iuris consultus Ciceronis familiaris, ad eum scripta est ad fam. 1. ep. 10. — Eum Appio, Lentuli in provincia successori, commendat, Ib. 3, 1, 3., Trebatii sodalis, Ib. 7, 11, 2. Iuris consultus mediocris, Ib. 7, 11, 2.

**Q.** et **D. Valerii**, Sorani, vicini et familiaris Ciceronis, non tam in dicendo admirabiles quam docti et Graecis litteris et Latinis, Brut. 46, 169.

**Q. Valerius**, Soranus, litteratissimus togatorum omnium, de orat. 3, 11, 43.

**P. Valerius**, homo officiosus, ad fam. 14, 2, 2. — Attici debitor a. u. c. 704., ad Att. 5, 21, 14. — A. u. c. 709., Ib. 12, 51, 1. Ib. 12, 53, 1. Ib. 13, 15. — P. Valerius, familiaris et comes Ciceronis, quum hic primum iter in Graeciam post mortem Caesaris instituisset a. u. c. 710., Philipp. 1, 3, 9. — Eius villa apud Leucopetram Tarentinorum, ad Att. 16, 7, 1.

**M. Valerius Corvus.** Ad centesimum annum vitam perduxit, quum esset acta iam aetate in agris eosque coleret. Cuius inter primum a. u. c. 406. et sextum a. u. c. 455. consulatum sex et quadraginta anni interfuerunt, de sen. 17, 60. — M. Valerius Corvus tertium consul cum A. Cornelio Cosso Arvina a. u. c. 411., de divin. 1, 24, 51.

**C. Valerius Flaccus**, praetor urbanus a. u. c. 656., de senatus sententia nominatim ad populum tulit ut Calliphana Veliensis civis Romana esset, pro Balbo 24, 55. — L. Flaccus se ad exercitum C. Flacci patrui contulit, pro Flacco 2, 5. p. 295.

**C. Valerius Flaccus**, imperator et propraetor Galliae Scipione et Norbano coss. a. u. c. 671., pro Quinct. 7, 28.

**C. Valerius Flaccus**, L. F. de cohorte Appii Claudii Pulcri in Cilicia a. u. c. 703., ad fam. 3, 4, 1. cl. ib. 3, 11, 3.

**C. Valerius Flaccus** censor cum C. Catone a. u. c. 570., cuius collega item fuerat in consulatu a. u. c. 559., de sen. 12, 42.

**L. Valerius Flaccus**, flamen Martialis, cos. a. u. c. 623. cum P. Licinio Crasso Muciano, Philipp. 11, 8, 18.

**L. (Valerius) Flaccus.** M. Aemilio Scauro quaestori in L. Flaccum praetorem suum, nominis deferendi potestas non est data, divin. in Q. Caecil. 19, 63.

**L. Valerius Flaccus**, pater L. Flacci illius, quem Cicero defendit, pro Flacco 23, 55. — Ei aedili curuli Decianus pater tribunus pl. diem dixit, Ib. 32, 77. — L. Valerius Flaccus cos. cum C. Mario VI. a. u. c. 654. interfecit Saturninum Glauciam etc. pro C. Rabirio perd. 7, 20. cl. ib. 10, 27. in Catil. 1, 2, 4. Brut. 62, 224. — L. Flacco consuli portas tota Asia claudebat, pro Flacco 25, 61.

**L. Valerius Flaccus**, interrex. Omnium legum iniquissimam dissimillimamque legis esse arbitror eam, quam L. Flaccus, interrex a. u. c. 672., de Sulla tulit, **ut omnia quaecunque ille fecisset, essent rata**, de lege agr. 3, 2, 5. cl. ad Att. 8, 3, 6.

**L. Valerius Flaccus** praetor, L. Valerii Flacci bis consulis et censoris filius, Cicerone consule, qui cius opera in comprehendendis Allobrogum legatis usus est a. u. c. 691., in Catil. 3, 2, 5. Ib. 3, 6, 13 cl. pro Flacco 1, 1, 16. — Eius praetura laudata a Q. Hortensio, ad Att. 2, 25, 1. — L. Flaccus, legatus Pisonis, in Pison. 23, 54. — Legatus ad Galliae civitates missus, ne se cum Helvetiis coniungerent, a. u. c. 694., ad Att. 1, 19, 2. — Accusatum eum a D. Laelio de pecuniis repetundis ex Asia, cui post praeturam a. u. c. 691. per annum unum praefuerat, Cicero defendit una cum Q. Hortensio Caesare et Bibulo coss. a. u. c. 695., pro Flacco 1, 1, sqq. — Laudatur, pro Plancio 11, 27.

**L. Valerius Flaccus**, parvulus a Cicerone in peroratione pro Flacco sublatus est, orat. 38, 131.

**L. Valerius Flaccus**, flamen Martialis. Quid de Caecilia Metelli narraverit Q. Ciceroni, de divin. 1, 46, 104.

**L. Valerius Flaccus**, adolescentulus, pro Flacco 36, 89.

**P. Valerius Flaccus** a senatu ad Hannibalem missus, ut a Sagunto recederet, Philipp. 5, 10, 27.

**P. (Valerius) Flaccus.** M. Carbo P. Flacco accusante condemnatus, ad fam. 9, 21, 3.

**M. Valerius Laevinus**, pro consule Siciliam obtinebat, Verr. accusat. 3, 54, 125.

**M'. Valerius Maximus**, Volesi filius, qui quindecim annis post reges exactos a. u. c. 260., quum plebes eum montem, qui Sacer appellatus est, occupavisset, dictator dicendo sedavit discordias, Brut. 14, 54.

**M. Valerius Messala M. F. M. N. Niger.** Fori iudiciique rationem

pro Sex. Naevio Messala suscepit adolescentulus, a. u. c. 674., pro Sex. Roscio 51, 149. — M. Messala Niger deprecatus est Ciceronem, pro P. Sulla 6, 20. — Praeturam petebat Cicerone consule a. u. c. 691., Ib. 14, 42. — Cos. factus a. u. c. 693. cum M. Pupio Pisone, ad Att. 1, 12, 4. — In Ciceronem perhonorificus et partium studiosus ac defensor bonarum severe egit in causa Clodiana, Ib. 1, 13, 2. cl. ib. 1, 14, 6. — Messala consul in senatu de Pompeio quaesivit quid de Clodiana religione et de promulgata rogatione sentiret, Ib. 1, 14, 2. — De eius facultate dicendi, Brut. 70, 246. — Messala Q. Ciceronis studiosus a. u. c. 696., ad Q. fr. 1, 3, 9. — M. Messala pontifex a. u. c. 697., de harusp. resp. 6, 12. — Messala consularis a. u. c. 697. adest in senatu, quum de rei frumentariae potestate Pompeio decernenda ageretur, ad Att. 4, 1, 6.

**M. Valerius Messala.** Messala et Domitius Calvinus competitor liberalis in populo valde fuit a. u. c. 700., ad Att. 4, 16, 6. — Accusatus a Q. Pompeio Rufo, Ib. §. 8. — Eius copiae, Ib. 4, 17, 2. — Accusatus de ambitu, Ib, 5, 12, 2. — Nihilo minus velle visus est Pompeius quam Messalam consulatum petere a. u. c. 699., Ib. 4, 9, 2. — Messala languet in petitione consulatus a. u. c. 700., Ib. 4, 15, 7. cl. ad Q. fr. 2, 14 (15 b), 4. cl. 3, 1, 5. §. 16. — A Q. Pompeio Rufo de ambitu postulatus, Ib. 3, 2, 3. cl. ad Att. 4, 16, 8. Ib. 3. 3, 2. — M. Valerius Messala sororis Hortensii filius ambitus accusatus a. u. c. 700., defensus ab Hortensio, consul a. u. c. 701., Brut. 96, 328. — Cicero vult Messalam consulem Caesari conciliare, ad Q. fr. 3, 8, 3. — Post consulatum a. u. c. 703. de ambitu accusatus, defendente Q. Hortensio, eius avunculo, absolutus, deinde lege Licinia condemnatus, Caelius ad fam. 8, 2. 1. Ib. 8, 4, 1. — Sulla et Messala currunt ad Caesarem pulsi a militibus a. u. c. 707., ad Att. 11, 22, 2. — Eius litterae de P. Curtio a Cn. Pompeio Magni filio interfecto, ad fam. 6, 18, 2.

**M. Valerius Messala Corvinus**, orator, qui sub Augusto clarus fuit, fautor Tibulli. — Messala iuvenis Athenis erat futurus a. u. c. 709., ad Att. 12, 32, 2. — De Cicerone filio refert mirabilia Messala a. u. c. 710., Ib. 15, 17, 2. Ib. 16, 16 A., 5. Ep. ad Brut. 1, 12. — Amplissimae eius laudes, Ib. 1, 15.

**Q. Valerius Q. F. Orca**, praetor a. u. c. 697. favebat Ciceroni, post red. in sen. 9, 22. — Ex praetura Africam provinciam obtinuit a. u. c. 698., ad fam. 13, 4. et 6. Postea a. u. c. 709. legatus pro praetore a Caesare praepositus agris dividundis. Ad eum missae sunt ad fam. 13. ep. 4. — ep. 6. a.

**L. Valerius Potitus** et M. Horatius Barbatus, homines concordiae causa sapienter populares. Eorum consularis lex a. u. c. 305. sanxit, ne qui magistratus sine provocatione crearetur, de r. p. 2, 31, 54. — L. Valerius Potitus, consul a. u. c. 305. post decemviralem invidiam plebem in patres incitatam legibus et contionibus suis mitigavit, Brut. 14, 54.

**P. Valerius Publicola** sive **Poplicola**, ante legem XII. tabularum virtutis causa in urbe sepultus, quod eius posteri iure tenuerunt, de leg. 2, 23, 58. — P. Valerius Publicola lege illa de provocatione [ne quis magistratus civem Romanum adversus provocationem necaret neve verberaret] perlata, statim secures de fascibus demi iussit postridieque sibi collegam Sp. Lucretium subrogavit suosque ad eum, quod erat maior natu, lictores transire iussit, instituitque primus, ut singulis consulibus alternis mensibus lictores praeirent, de r. p. 2, 31, 55. — P. Valerio (Poplicolae) pro maximis in rem publicam beneficiis data domus est in Velia publice, de harusp. resp. 8, 16. — P. Valerius Publicola exactis regibus, primo anno a. u. c. 246. consul fuit, primus homo popularis apud Romanos, Acad. pr. 2, 5. 13.



**C. Valerius Triarius**. Ciceronis amicus, gravis et doctus adolescens in libris de finibus loquens inducitur, de fin. 1, 5, 13 sqq. — De eius facultate dicendi, Brut. 76, 265 sqq. — Eius soror Paulla Valeria, Caelius ad fam. 8, 7, 2. — Tutor erat Cicero eius liberis, ad Att. 12, 28, 3.

**L. Valerius Triarius**, pater C. Triarii, pro Scauro 2, 30. Brut. 76. 265. — L. Triarius, quaestor urbanus a. u. c. 673., Verr. accusat. 1, 14, 37. — Postea legatus L. Lucullo fuit in bello Mithridatico vitamque amisit, de imp. Cn. Pomp. 9, 25.

**P. Valerius L. F. Triarius.** Accusaturus putabatur M. Scaurum etiam de ambitu a. u. c. 700., ad Att. 4, 16, 8. — Scaurum Triarius reum fecit, Ib. 4, 17, 2. — Triarius a. u. c. 700. Scaurum, candidatum consularem, de ambitu postulavit, ad Q. fr. 3, 2, 3. — Triarius, accusator M. Aemilii Scauri, pro Scauro 1, 4 sqq.

**Valgius**, P. Rulli socer, de lege agr. 3, 1, 3.

**C. Valgius Hippianus**, Q. Hippii filius naturalis, a C. Valgio quodam adoptatus, commendatur quattuor viris et decurionibus Fregellanis, ad fam. 13, 76, 2.

**Vardaei**, populus Dalmatiae, ad fam. 5, 9, 2.

**L. Varenus** reus inter sicarios, quod Cn. Varenum vulnerasset, C. Varenum occidisset a. u. c. 683. Defensus est a Cicerone, sed damnatus, fragm. p. 243—245.

**Vargula**, homo dicax, C. Iulii Caesaris Strabonis amicus, de orat. 2, 60, 244. — Eius dictum, Ib. §. 247.

**L. Vargunteius**, senator, Catilinarius. Olim a Q. Hortensio reus de ambitu defensus, pro Sulla 2, 6. — Eius facinora, quum reus et damnatus esset, Ib. 5, 15. — Collega Ciceronis in quaestura, Ib. 6, 18.

**Varia lex.** Circa annum a. u. c. 663. exercebatur una lege iudicium Varia de maiestate, caeteris propter bellum intermissis, Brut. 56, 205. Ib. 89, 304. — Cornel. prim. fragm. 27. p. 213. V. **Q. Varius.**

**P. Varinius Glaber.** A. u. c. 682. pro praetore Asiam provinciam obtinuit, pro Flacco 19, 45.

**M. Varisidius**, eques Romanus, familiaris M. Munatii Planci et Ciceronis, Plancus ad fam. 10, 7, 1. Ib. 10, 12, 2.

**A. Varius**, iudex durior, de fin. 2, 19, 62.

**P. Varius** magna pecunia fraudavit

Caecilium, Attici avunculum, ad Att. 1, 1, 3.

**P. Varius**, iudex in causa Milonis. Eum P. Clodius pellere possessionibus conatus est, pro Milone 27, 74.

**Q. Varius** Sucronensis, propter obscurum ius civitatis **Hybrida** cognominatus, trib. pl. a. u. c. 663. — Vastus homo atque foedus illa ipsa facultate oratoria, quamcunque habuit, magnam est in civitate gratiam consecutus, de orat. 1, 25, 117. cl. Brut. 62, 221. Ib. 89, 305. — Eius lex, Ib. 56, 205. Ib. 89, 304. — Sua lege damnatus excessit a. u. c, 665., Ib. §. 305. — Q. Varius tribunus pl. vexavit M. Aemilium Scaurum patrem, pro Scauro 1, 3. — Ei restitit M. Scaurus, pro Sestio 47, 101. — Ei C. Cotta cedendum putavit, Pseudocic. antequam iret in ex. 11, 27. — De eius morte, de n. d. 3, 33, 81.

**Q. Varius**, testis in Verrem, Verr. accusat. 2, 48, 119.

**L. Varius Cotyla** homo aedilicius, amicus ac familiaris Antonii, Philipp. 5, 2, 5. Ib. 8, 8, 24. — Legatus Antonii, Ib. 8, 10, 28. Ib. 8, 11, 32. Ib. 13, 12, 26.

**Varrones.** V. in **Terentiis Varronibus.**

**P. Varus**, Africae propraetor, bis captus, Philipp. 13, 15, 30. V. **P. Atius Varus.**

**Q. Varus.** V. **Q. Quinctilius Varus.**

**Sex. Varus**, proconsul Asiae, ad fam. 10, 32, 2.

**Vaticanus** ager, haud nimis fertilis, de lege agr. 2, 35, 96. — Vaticani montes, ad Att. 13, 33, 4.

**P. Vatinius**, homo rusticus, avus P. Vatinii, in quem dixit Cicero, quem ad modum regem Persen captum senatui nunciaverit, de n. d. 2, 2, 6. Ib. 3, 5, 11. 13.

**P. Vatinius P. F.** — Eius indignitas, in Vatin. 1, 1. — Quaestor a. u. c. 691. Cicerone et Antonio coss., in Vatinium 5, 11. — Ei aquaria provincia obtigit, Ib. §. 12. — Post quaesturam exiit legatus in ulteriorem Hispaniam C. Cosconio pro consule, Ib. — Tribunatum quo modo gesserit a. u. c. 695., Ib. §. 13. — Pythagoreum se solebat dicere, Ib. 6, 14. — Eius rationes cum C. Iulio Caesare, Ib. §. 15. — Augur fieri volebat in Q. Metelli Celeris locum, Ib. 8, 19. — M. Bibulum consulem in vincla duxit, Ib. 9, 21. — L. Vettium indicem in contionem produxit, Ib. 10, 24. — Eidem in carcere cervices fregit, Ib. 11, 26. — Facinus ab eo commissum in accusatione C. Antonii, Ib. §. 27. — In epulo Q. Arrii cum toga pulla accubuit, Ib. 12, 30. — Postulatus lege Licinia et Iunia appellavit tribunos pl., ne causam diceret a. u. c. 696., Ib. 14, 33. — Legatus sine senatus consulto factus, Ib. 15, 35. — In praetura petenda Sergiam tribum suam perdidit solus post Romam conditam, Ib. §. 36. — Caesaris de Vatinio dictum, Ib. 16, 38. — Odium publicum populi et senatus, Ib. §. 39. — In T. Annium Milonem falsum testimonium quum dixisset, eumdem postea laudavit, Ib. 17, 40. — Quem ad modum se tribunus pl. a. u. c. 695. Caesare et Bibulo coss. in populari ratione iactarit et in aedilitate petenda repulsam tulerit, pro Sestio 53, 114. — P. Vatinius testis in P. Sestium, Ib. 63, 132. — Struma civitatis, pro Sest. 65, 135. cl. ad Att. 2, 9, 2. — Eum in defendendo P. Sestio a. u. c. 698. arbitratu suo concidit Cicero, dis hominibusque plaudentibus, ad Q. fr. 2, 4, 1. — Commemoratur, ad Att. 2, 6, 2. — Epulo, Ib. 2, 7, 3. — De epistola Vatinii, ad Q. fr. 3, 9, 5. — Quibus rebus adductus Cicero Vatinium defenderit et laudarit, ad fam. 1, 9, 4 sqq. — Eum defendit Cicero a. u. c. 700., ad Q. fr. 2, 15 (16), 2. — Ciceronis oratio pro eo, fragm. p. 245. — Eius causa acta a Cicerone, Pseudosallust. in Cic. 4, 7. Pseudocic. in Sall. 4, 11. — Post brevissimum anni 707. consulatum a C. Caesare dictatore cum exercitu ad continendos Illyrios missus et re bene gesta Imperator appellatus, Ciceroni dignitatem suam adversus obtrectatores commendat a. u. c. 709., ad fam. 5, 9. — Res a se in Dalmatia gestas exponit, Ib. 5, 10. — Ei rescribit Cicero, Ib. 5, 11. — Eius uxor Pompeia, Ib. 5, 11, 2. — P. Vatinius imperator a. u. c. 710. in Illyrico cum exercitu erat, Philipp. 10, 5, 11. — Hoc tempore aperuit Dyrrhachii portas M. Bruto et exercitum tradidit, Ib. 10, 6, 13. — Cfr. ad Att. 11, 5, 3. — Q. Ciceronis ad eum epistola, Ib. 11, 9, 2. Ib. 2, 24, 3.



**L. Vecilius Ligur**, testis in Verrem, Verr. accusat. 2, 8, 23.

**Vectienus.** V. **Vettienus.**

**P. Vedius**, Pompeii familiaris, ad Att. 6, 1, 25.

**M. Vehilius**, praetor a. u. c. 710. provinciam sibi ab Antonio attributam recusavit accipere et senatus auctoritati se obtemperaturum dixit, Philipp. 3, 10, 25.

**Veiens** ager circa Veios, Etruriae urbem, pro Sex. Roscio. 16, 47. ad fam. 9, 17, 2.

**Veiens** bellum. Narratio de emissario lacus Albani a Romanis facto, de divin. 1, 44, 100. Ib. 2, 32, 60.

**Veientes** restituere in regnum Tarquinium Superbum non potuerunt, Tuscul. 3, 12, 27. — Eorum rex Lars Tolumnius, Philipp. 9, 1, 4.

**Veiento** iudex a. u. c. 701., ad Att. 4, 16, 6. — Bibulus Syriae provinciae discedens Veientonem praefecit a. u. c. 704., Ib. 7, 3, 6.

**Veiovis**, de n. d. 3, 24, 62.

**Velabrum**, vicus Romae ad Tiberim iuxta Aventinum. — Mulieri Larentiae pontifices ad aram in Velabro facere solent, Ep. ad Brut. 1, 15.

**Velia**, Romae regio editior, Palatino monti propinqua. Eo P. Valerius Publicola aedes suas detulit, de r. p. 2, 31, 53. — P. Valerio pro maximis in rem publ. beneficiis data domus est in Velia publice, de harusp. resp. 8. 16.

**Velia**, olim Elea, oppidum Lucaniae ad Haletem s. Heletem fluvium, ad fam. 7, 19, 1. Ib. 20, 1. — topic. 1, 5. ad Att. 16, 6, 1. Verr. accusat. 2, 40, 99. Ib. 5, 17, 44.

**Velienses**, olim Eleates, Veliae s. Eleae incolae, ad fam. 7, 20, 1.

**Veliensis** foederata civitas. Ex ea plerumque adsumptae Cereris sacerdotes. pro Balbo 24. 55.

**Velina** tribus, ad Att. 4, 15, 9.

**Velinus** lacus prope Reate. Reatinorum publica causa de Velini fluminibus et cuniculis, pro Scauro 2, 27. cl. ad Att. 4. 15, 5.

**C. Velleius** senator, Epicurius, disputans inducitur in libris de natura deorum. de n. d. 1, 6, 5. — L. Crassi oratoris familiaris, Ib. 1,

21, 58. — Familiaris L. Crassi, rudis in dicendi exercitatione, de orat. 3, 21, 78.

**Q. Velocius**, de orat. 3, 23, 86.

**Veluinus**, vicinus Q. Ciceronis, ad Q. fr. 3, 1, 2. §. 4.

**Venafranus** ager, de lege agr. 2, 25, 66. — Venafranus tractus, pro Plancio 9, 22.

**Venafrum** oppidum Campaniae septemtrionalis, ad Att. 7, 13 b, 7. ad Q. fr. 3, 1, 2. §. 3.

**Venerii**, servi et liberti Veneris Erycinae, divinat. in Q. Caecil. 17, 55. Verr. accusat. 3, 20, 50. Ib. 3, 22, 55. — Venerii in Sicilia comparantur cum Martialibus Larinatibus, pro Cluentio 15, 43.

**Venerius** iactus est in lusu talorum, in quo quaternis talis ludebatur, quum singuli tali alium numerum ostendunt, scilicet 1, 3, 4, 6. Hic erat felicissimus casus idemque rarissimus, de divin. 1, 13, 23. Ib. 2, 21, 48. Ib. 2, 59, 121.

**Vennonius** historicus exilis, de leg. 1, 2, 6. ad Att. 12, 3, 1.

**Vennonius**, ad Att. 5, 12, 2., ubi nunc Helonius est.

**C. Vennonius** negotiator, familiaris Ciceronis, ad Att. 6, 1, 25. — Ei praefecturam negavit Cicero, Ib. 6, 3, 5. — Senatus consultum in heredes eius factum a. u. c. 708., ad fam. 13, 72, 2.

**Sex. Vennonius**, de cohorte Verris, Verr. accusat. 3, 39, 89.

**Venonius Vindicius.** De eius bonis ad Q. Metellum pervenit Tusculanum, pro Balbo 25, 56.

**P. Ventidius Bassus**, adsecula M. Antonii, praetor a. u. c. 711. eodemque anno extremo consulis, ad fam. 10, 17, 1. — Olim mulio fuit, Plancus Ib. 10, 18, 3. fragm. p. 256. — Hostis iudicatus, in iis qui M. Antonii sectam secuti sunt, Ep. ad Brut. 1, 5. — Post proelium Mutinense se cum legionibus VII. VIII. IX. coniunxit cum Antonio, Pollio ad fam. 10, 33, 4. — Praestare vult D. Brutus, ne Ventidius elabatur, Ib. 11, 9, 1. — Trans Apenninum itinere facto difficillimo ad Vada pervenit Ventidius atque ibi se cum Antonio coniunxit, D. Brutus, Ib. 11, 10, 3. Ib. 11, 13, 3. — P. Ventidius significatur Philipp. 12, 8, 20. — Ventidio fuit Cicero semper amicus, ante quam ille rei publ. bonisque omnibus tam aperte est factus inimicus, Ib. 12, 9, 23. Ib. 13, 2, 2. — De Ventidio ad Att. 16, 1, 4. — Ad Antonium nemo venit nisi Ventidii similis, Philipp. 13, 21, 48. — Cicero Ventidium semper hostem vocavit, Ib. 14, 8, 21. — Ventidiani rumores, fragm. p. 255.

**Venuleia**, ad Att. 12, 24, 2.

**Venuleius**, decumanus, homo improbus de Verris cohorte, Verr. accusat. 3, 42, 99.

**Venuleius**, Latinus, Horatius, ad fam. 12, 30, 7.

**Venus.** — Quae dea ad res omnes 'veniret', Venerem nostri nominaverunt, atque ex ea potius 'venustas' quam Venus ex 'venustate', de n. d. 2, 27, 69. cl. ib. 3, 24, 62. — Venus prima, Caelo et Die nata, altera spuma procreata, ex qua et Mercurio Cupido secundus natus est, tertia Iove nata et Diona, quae nupsit Vulcano, sed ex ea et Marte natus Anteros dicitur, quarta Syria Cyproque concepta, quae Astarte vocatur, quam Adonidi nupsisse proditum est, Ib. 3, 23, 59. — Apellis Venus Anadyomene, ad Att. 2, 21, 4. — Venus Cnidia marmorea, a Praxitele sculpta, Verr. accusat. 4, 60, 135. — Venus Coa, tabula ab Apelle inchoata, orat. 2, 5. — Item de n. d. 1, 27, 75. ad Att. 2, 21, 4. — Veneris Coae pulcritudo, de divin. 1, 13, 23. — Venus Erycina. Ei mulctae erant in testamentis Siculorum, si commissum quid esset, Verr. accusat. 2, 9, 25. — Eius liberti vocabantur Venerii, divinat. in Q. Caecil. 17, 55. — Venus Volupia (s. Voluptas dea), item Lubentina, de n. d. 2, 23, 61. — Marmorea Venus apud Rheginos, Verr. accusat. 4, 60, 135. — Veneris stella, φωσφόρος Graece, Latine dicitur Lucifer, quum antegreditur solem, quum subsequitur autem Hesperos, de n. d. 2, 20, 53. — Stella Veneris aut Iovis coniuncta cum Luna ad ortus puerorum salutaris, de divin. 1, 39, 85. — Veneris stella, de r. p. 6, 17, 17. — Veneris iactus est in lusu talorum, in quo quaternis talis ludebatur, quum singuli tali alium numerum ostendunt, scil. 1, 3, 4, 6., de divin. 1, 13, 23. Ib. 2, 21, 48. Ib. 2, 59, 121. — 'Venere prognatus' est C. Iulius Caesar, Caelius ad fam. 8, 15, 2. Tuscul. 4, 34, 73. fragm. p. 256. — In illa calamitate non Martem fuisse communem, sed Venerem possumus dicere, de Verre non imperatore, sed mulierum amatore, Verr. accusat. 5, 50, 132. Venus Clodiae, pro Caelio 21, 52.



**Venusia**, oppidum in finibus Apuliae et Lucaniae, ad Att. 5, 5, 1. Ib. 16, 5, 4.

**Venusinum**, villa Ciceronis, ad fam. 14, 20.

**Vercellae**, municipium Galliae Transpadanae, hodie *Vercelli*, ad fam. 11, 19, 2.

**Vergiliae**, i. e. Pleiades, septem volgo perhibentur, cernuntur vero sex, Arat. v. 262. de n. d. 2, 44, 112.

**Vergilianus**. V. **Q. Tubius Vergilianus.**

**C. Vergilius.** Pro praetore obtinuit Siciliam a. u. c. 695., pro Plancio 40, 95. — Eius laudes, ad Q. fr. 1, 2, 2. §. 7. cf. ad Att. 12, 51, 2. — Propinquus C. Caelii Caldi, familiarissimus Ciceronis, ad fam. 2, 19, 2.

**C. Vergilius**, legatus Pisonis, de prov. cons. 4, 7.

**M. Vergilius**, frater T. Aufidii, tribunus pl. a. u. c. 667. L. Sullae imperatori diem dixit, Brut. 48, 179.

**Verginius**, ad Att. 12, 5, 2.

**A. Verginius**, adolescens familiaris Laelii senis, de am. 27, 101.

**D. Verginius** virginem filiam propter unius ex decemviris intemperiem in foro sua manu interemit ac maerens ad exercitum, qui tum erat in Algido, confugit, de r. p. 2, 37, 63. — Idem L. Verginius appellatur, de fin. 2, 20, 66. cl. ib. 5, 22, 64.

**C. Verres**, C. Verris pater, senex, senator a. u. c. 682., Verr. accusat. 2, 39, 95.

**C. Verres, C. F.**, quaestor Cn. Carbonis in Gallia eum et provinciam deserit. Ad Sullam victorem transit et pecuniam publicam avertit, Verr. accusat. 1, 13, 34. — Cn. Dolabellae legatus in Cilicia et quaestore Malleolo mortuo pro quaestore. — Furta et scelera in ea legatione perpetrata, Ib. 1, 1, c. 17—19. — Malleoli pecuniam avertit nec pupillo restituit,

Ib. 1. c. 36 sqq. — Contra Cn. Dolabellam a M. Scauro accusatum testimonium dicit eumque prodit, Ib. 1. c. 38. — Praetor urbanus a. u. c. 680., Ib. c. 40 sqq. — Eius praeturae flagitia. In praetura ex senatus consulto de sartis tectis indicat, Ib. usque ad fin. — Post praeturam Siciliam provinciam pro praetore obtinuit per triennium a. u. c. 681—683., ubi primum in iuris dictione avarissime et iniquissime versatus est, Verr. accusat. 2, 12 sqq., secundo in re frumentaria innumerabilia furta commisit, primum in frumento decumano, Verr. accusat. 3, 6—69., deinde in empto, Ib. 70—80, denique in aestimato, Ib. 81 sqq., tertio Siculos fere omnibus signis, picturis, gemmis vasisque preciosis spoliavit, Ib. 4, 2 sqq., postremo plurimos homines innocentes, Ib. 5, 2—52., in his etiam cives Romanos, Ib. c. 53 sqq., crudelissimis suppliciis adfecit. — Eum Lampsaceni vivum comburere voluerunt, Ib. 1, 31, 78. — Ei eiusque filio statuae ponuntur inauratae Syracusis, Ib. 2, 21, 50. — Eius adventus in urbem Syracusarum cum M. Marcelli victoria comparatus, Ib. 4, 52, 115. V. **Verria.** — Quaestor Cn. Papirio consule iterum a. u. c. 670. fuit. Inde ab eo tempore sceleratissime omnia fecit, Ib. 1, 12, 34. — Verres familiaris Hortensii, orat. 37, 129. — Omnis imperatoria laus ei defuit, Verr. accusat. 5, 1 sqq. — C. Verres 'homo sanctus et diligens' per irrisionem vocatur, pro Cluentio 33, 91. — Reus in iudicium adductus est a. u. c. 684. — Cicero adduxisse se dicit depeculatorem aerarii, vexatorem Asiae atque Pamphyliae, praedonem iuris urbani, labem atque perniciem provinciae Siciliae, Verr. act. 1, 1. 2. — Est idem Verres qui fuit semper, Ib. 1, 1, 2. — Eius gener, lectus adolescens, unum tantum annum cum illo fuit, Ib. 2, 20, 49. — Homines erant, qui etiam ridiculi inveniebantur ex dolore. Quorum alii negabant mirandum esse ius tam nequam esse verrinum, alii etiam frigidiores erant, sed, quia stomachabantur, ridiculi videbantur esse, quum Sacerdotem exsecrabantur, qui verrem tam nequam reliquisset, Ib. 1, 46, 121. — Eius filius in patris luxurie sic vixit, ut nullum umquam pudicum neque sobrium convivium videret, Ib. 3, 68, 160. — Scelera eius in C. Carbonem et Cn. Dolabellam, Ib. 3, 76, 177.

**Q. Verres**, Romilia tribu, ex optima divisorum disciplina, Verris patris discipulus atque amicus, Verr. accusat. 1, 8, 23.

**Verria** lex. Saepe decumae in Sicilia tanti venierunt, quum lege Hieronica venierunt, quanti lege Verria venierunt, Verr. accusat. 3, 49, 117.

**Verria**, dies festus Syracusis a C. Verre suum in honorem institutus, Verr. accusat. 2, 21, 52. Ib. 2, 46, 114. Ib. 2, 63, 154. Ib. 4, 10, 24. — Verria illa flagitiosa apud Syracusanos sublata sunt, Ib. 4, 67, 151.

**Verrinae**, id est, orationes in Verrem habitae, praecipue Accusationis libri quinque. — Accusatio duriorum suppeditabit exempla, orat. 38, 131. — Accusationis quartus, orat. 50, 167. — Accusationis secundus et quartus, Ib. 62, 210. — Verrinarum s. Accusationis septem libri, ubi una etiam divinatio in Q. Caecilium et actio in C. Verrem prima in his libris numerantur, Ib. 29, 103.



**Verrius**, Paeti familiaris, ad fam. 9, 20, 2. Ib. 9, 26, 1. — Verrius familiaris P. Lentuli, propraetoris a. u. c. 711., Ib. 12, 14, 5.

**C. Verrucius C. F.**, nomen fraudis causa a C. Verre et L. Carpinatio confictum, Verr. accusat. 2, 76, 187 sqq.

**Vertumnus.** V. **Vortumnus.**

**Vescinum**, praedium prope Vesciam, oppidum olim non procul a Minturnis situm ad Lirim, ad Att. 15, 2, 1.

**Vescinus** ager, de lege agr. 2, 25, 66.

**Veseris**, fluvius, item oppidum Campaniae, sub monte Vesuvio. — Latini a T. Manlio Torquato tertium cos. a. u. c. 414., ad Veserim fusi et fugati, de off. 3, 30, 112.

**Vespa Terentius.** V. **Terentius Vespa.**

**Vesta.** Eius nomen a Graecis, vis autem eius ad aras et focos pertinet, de n. d. 2, 27, 67. — Vesta, quasi focum urbis, ut Graeco nomine est appellata, complexa est, eius cultus, de leg. 2, 12, 29. — Eius ignis perpetuus ac sempiternus, in Catil. 4, 9, 18. — Palladium quasi pignus nostrae salutis atque imperii custodiis Vestae continetur, pro Scauro 2, 48. — Vesta mater, de domo sua 57, 144. Eius lucus a Palatii radice in Novam Viam devexus est, de divin. 1, 45, 101. — Vestae simulacrum P. Crassi sanguine respersum, de orat. 3, 3, 10. — Vestae templum ad fam. 14, 2, 2.

**Vestales.** De capite virginum Vestalium pontificum collegium iudicabat, de harusp. resp. 7, 13. — Virginum Vestalium absolutio decimo anno ante Ciceronis consulatum a. u. c. 681., in Catil. 3, 4, 9. — Virginum Vestalium iudicium, incestus crimine accusatarum et M. Pisone defendente absolutarum, Brut. 67, 236.

**Vestini Pinnenses**, prope agrum Picenum, hodie *Civita di Penna*, ad Her. 2, 28, 45.

**C. Vestorius** Puteolanus argentarius, ad Att. 6, 2, 3 et 10. cl. ib. 4, 16, 4. Ib. 5, 2, 2. — Eius Latinus ἀττικισμός, Ib. 5, 17, 1. — Ciceronis familiaris, ad fam. 6, 11, 2. ad Att. 4, 6, 4. Ib. 4, 14, 1. — Vestorius aedificandi Ciceroni consiliarius et auctor, Ib. 14, 9, 1. — Vestorius, homo remotus a dialecticis, in arithmeticis satis exercitatus, Ib. 14, 12, 3. — Vestoriana haeresis, Ib. 14. 4, 1. Ib. 15, 4, 3. — Eius controversia cum Sempronio Rufo, Caelius ad fam. 8, 8, 1. — Memoratur praeterea ad Att. 10, 13, 2. Ib. 13, 12, 4. Ib. 13, 46, 3.

**Veteres tabernae** in foro Romano. Acad. pr. 2, 22, 70. V. **Novae.**

**P. Vetilius**, propinquus Sex. Aebutii, testis in causa A. Caecinae, pro Caecina 9, 24.

**Vettienus**, argentarius, ad Att. 10, 5, 3. Ib. 10, 11, 5. Ib. 10, 13, 2. Ib. 10, 15, 4. Ib. 15, 13, 3 et 5. Ib. 12, 3, 2.

**Vettius**, eques Romanus, amicissimus Catilinae, Q. Cic. de pet. cons. 3, 10.

**Vettius** quidam quum quadrantes aereos flagitii mercedem per fraudem Clodiae dedisset, M. Camurtius et C. Caesernius, alii Clodiae amatores, nefario stupro amicae iram ulti sunt, pro Cael. 30, 71.

**Vettius.** A Cicerone villam emit, ad Att. 4, 5, 2.

**Vettius** manceps, iudex Romae, ad Att. 6, 1, 15.

**Vettius Scato**, de domo sua 44, 116.

**Vettius**, ad Att. 2, 4, 7. V. **Vettius Chrysippus.**

**L. Vettius** index. Per eum P. Vatinius Ciceronem oppugnavit, pro Sest. 63, 132. in Vatin. 10, 24. — Vettius Caesari pollicitus est sese curaturum, ut in aliquam suspicionem facinoris Curio filius adduceretur, ad Att. 2, 24, 2.

**P. Vettius**, quaestor C. Verris, in Sicilia, Verr. accusat. 5, 44, 114.

**Sex. Vettius**, Attici amicus, coheres Ciceronis a. u. c. 709., ad Att. 13, 12, 4.

**T. Vettius**, iudex quaestionis, pro Flacco 34, 85.

**P. Vettius Cilo**, eques Romanus honestissimus atque ornatissimus, magister scripturae et sex publicorum, testis in C. Verrem, Verr. accusat. 3, 71, 166. — Amicus Verris et eius uxoris frater, Ib. 3, 71. 168.

**Vettius Chrysippus**, Cyri architecti libertus, ipse quoque architectus, ad fam. 7, 14, 1. ad Att. 13, 29, 2. Ib. 14, 9, 1. Idem fortasse qui ib. 2, 4, 7. simpliciter appellatur Vettius.

**P. Vettius Scato**, dux Marsorum in bello sociali, a. u. c. 665. Cum eo Cn. Pompeius colloquium inter castra habet, Philipp. 12, 11, 27.

**Q. Vettius Vettianus** e Marsis, aequalis Ciceronis, prudens vir et in dicendo brevis, Brut. 46, 169.

**Vetto**, fragm. p. 298.

**T. Veturius Calvinus**, Sp. Postumius Albinus, coss. iterum a. u. c. 433. Caudino proelio a C. Pontio Telesino, Herennii filio, Samnite superati, de sen. 12, 41. cl. de off. 3, 30, 109.

**L. Veturius Philo** consul cum Q. Metello a. u. c. 548., Brut. 14, 57.

**L. Veturius Philo.** — L. Philoni quaestori in C. Servilium Vatiam, praetorem suum nominis deferendi potestas non est data, divin. in Q. Caecil. 19, 63.

**C. Vibienus**, senator, vir optimus, in turba concitata a P. Clodii servis, ita est mulcatus, ut vitam amiserit, pro Mil. 14, 37.

**Vibius.** Ab eo Cicero accepit libros Alexandri Lychni, poëtae inepti, ad Att. 2, 20, 6.

**Vibius Cappadox**, Larinas, ab A. Cluentio veneno esse sublatus dicebatur, pro Cluent. 60, 165.

**L. Vibius**, eques Rom., vir primarius, magister societatis portus Syracusis, Verr. accusat. 2, 74, 182.

**Sex. Vibius**, Larinas, interfectus ab Oppianico, pro Cluent. 8, 25.

**T. Vibius**, familiaris D. Bruti, ad fam. 11, 12, 1.

**C. Vibius Norbanus.** — C. Norbanus accusatus a P. Sulpicio Rufo a. u. c. 660., defensus a M. Antonio, cuius quaestor fuerat, de orat. 2, 21, 89. Ib. 2, 25, 107. — Homo seditiosus furiosusque, Ib. 2, 28, 124. Ib. 2, 47, 197. cl. de off. 2, 14, 49. — Quaestio: minueritne maiestatem Norbanus? — Non minuit maiestatem, quod egit de Caepione turbulentius, part. orat. 30, 104 sq. — Quum bello sociorum tota Italia arderet, homo non acerrimus nec fortissimus C. Norbanus pro praetore Siciliae circa a. u. c. 663. 664. in summo otio fuit, Verr. accusat. 5, 4, 8. Ib. 3, 49, 117.



**C. Vibius Pansa** putabat Gabinium a Cicerone fuisse defendendum a. u. c. 700., ad Q. fr. 3, 5, 5. — Fuit trib. pl. a. u. c. 703., ad fam 8, 8, 6 et 7. — Pansa, Ciceronis cupidus, valebat apud Caesarem non minus auctoritate quam gratia a. u. c. 708., Ib. 6, 12, 2. — Gravis homo et certus, Ib. 6, 12, 3. — C. Pansa defendit una cum Cicerone Q. Ligarium, pro Ligario 1, 1. — Eius profectio in Galliam transalpinam a. u. c. 709., ad Att. 12, 14, 4. Ib. 12, 17. Ib. 12, 19, 3. ad fam. 15, 17, 3. — Ea de re gaudet C. Cassius, Ib. 15, 19, 2. — Pansa decessurus erat de Gallia provincia a. u. c. 709., ad Att. 12, 27, 3. — Pansa a. u. c. 710. vehementer obstitit Ciceroni C. Cassii dignitatem et in senatu et ad populum defendenti, ad fam. 12, 7, 1. — De Pansa et Hirtio detrahit Q. Cicero ad fam. 16, 27, 1. — De Pansa et Hirtio, ad Att. 15, 22. cl. ib. 16, 1, 2. — Pansa furere videtur de Sex. Clodio idemque de Deiotaro, et loquitur severe, si velis credere, Ib. 14, 19, 2. — Pansa plane Ciceroni probabat se bene sentire et cupere pacem 710., Ib. 14, 20, 4. — Pansa et sentit bene et loquitur fortiter a. u. c. 710., ad fam. 12, 22, 2. — C. Pansa consul cum A. Hirtio a. u. c. 711. — Colloquium Ciceronis cum eo de statu D. Bruti, Ib. 11, 5, 1. — A. u. c. 710. Romae copias ex dilectu Italiae comparabat, Ib. 12, 5, 2. — Eius dilectus urbem totamque Italiam erexit, Philipp. 10, 10, 21. — C. Pansa nihil egit aliud dilectibus habendis, pecuniis comparandis etc., nisi ut D. Brutus liberaretur, Philipp. 14, 2, 5. — Quum libertatis avida legio effrenatius in aciem hostium irrupisset ipseque in primis Pansa pugnaret, duobus periculosis vulneribus acceptis sublatus e proelio rei publicae vitam reservavit, Ib. 9, 26. cl. ib. 9, 14, 36. — De C. Pansa et A. Hirtio decretum honorificentissimum propositum a Cicerone, Philipp. 5, 19, 53. — Pansae laudes, Ib. 7, 2, 5 sqq. — Eum ad virtutem exhortatur, Ib. 7, 8, 27. — C. Pansa senatum ad honorandum Ser. Sulpicium cohortatus ipse multa copiose de illius laude dixit, Ib. 9, 1, 3. — Pansa in senatu dignitatem Q. Cornificii defendit a. u. c. 711., ad fam. 12, 25, 1. — C. Pansa ad pacem cum Antonio faciendam hortatus erat, Philipp. 12, 1, 2. cl. ib. 12, 7, 15. — Multi eum factum putabant leniorem, Ib. 12, 7, 18. — Pansae et Hirtii res gestae et vicissitudines in proelio Mutinensi a. u. c. 711., ad fam. 10, 30. Ib. 10, 33, 4. — Eius interitus deploratur a D. Bruto, Ib. 11, 9, 1. Ib. 11, 13, 2. — Hirtius et Pansa, homines in consulatu rei publ. salutares, alieno sane tempore amissi sunt, re publ. Antoniano quidem latrocinio liberata, sed nondum omnino explicata, Ib. 12, 25 a. 6. Ib. 12, 30, 6. — Consules duos, bonos quidem, sed dumtaxat bonos amisimus. Hirtius quidem in ipsa victoria occidit; - - Pansa fugerat, vulneribus acceptis, quae ferre non

poterat, ep. ad Brut. 1, 3. Ib. 1, 5. Ib. 1, 6. — Erat in senatu satis vehemens et acer Pansa quum in caeteros domesticos hostes tum maxime in socerum (Q. Fufium Calenum): cui consuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit, ep. ad Brut. 1, 10. — Repugnante et irascente Pansa sententiam dixit Cicero, ut Dolabellam bello Cassius persequeretur, Ib. 2, 4. — De exercitu suo aut dilectu M. Bruto nihil tributurus erat, Ib. 2, 6. — Pansa loquens inductus a Q. Curione in libro, quo invectus est in Caesarem, Brut. 60, 218. — Memoratur praeterea fragm. p. 255. Ib. p. 253. ad Att. 11, 6, 3. ad fam. 12, 14, 5. Philipp. 3, 15, 37. ad fam. 7, 12, 1.

**Vibo**, oppidum Bruttiorum, hodie *Monte Leone*, olim Hippo dictum, Verr. accusat. 2, 40, 99. ad Att. 16, 6, 1.

**Vibonensis** sinus, ad Att. 16, 6, 1.

**L. Vibullius Rufus**. Vibullius Caesaris mandata de Ciceronis mansione ad Pompeium pertulit, nec ad Oppium a. u. c. 700., ad Q. fr. 3, 1, 5. §. 18. — Pompeii studiosissimus eiusdemque praefectus fabrum, Ib. 2, 7 (9), 2. — L. Vibullius a. u. c. 705. cum paucis militibus e Piceno currit ad Cnaeum, ad Att. 7, 24. Ib. 8, 1, 1. — Scire cupit Cicero de Cnaeo ipse Vibullius quid existimet, Ib. 8, 2, 4. — Eius res gestae in Piceno, Ib. 8, 11. A. et B. — Vibullius omnino non est visus a Caesare a. u. c. 705., Ib. 8, 15, 1. — Vibullius a Pompeio cum mandatis ad Ciceronem missus, ut is in gratiam rediret cum Caesare, ad fam. 1, 9, 10.

**Vicapota**, de leg. 2, 11, 28.

**Vicetini**, incolae oppidi Vicetiae, D. Brutus ad fam. 11, 19, 2.

**Victor**, homo nequam, exsul, quem M. Antonius testamenti Caesariani calumnia revocaturus putabatur a. u. c. 710., ad Att. 14, 14, 2.

**Victoria** dea. — Eius simulacrum Capuae sudavit, de divin. 1, 43, 98. — Insistebat in manu Cereris Hennensis dextra grande simulacrum pulcherrime factum Victoriae, Verr. accusat. 4, 49, 110. — Victoria dea, de leg. 2, 11, 28. de n. d. 2, 23, 61. — Victoriae ludi, Verr. act. 1, 10, 31. — Propter malum vicinum (Caesarem) ne Victoriae (eius signo) quidem ploditur, ad Att. 13, 44, 1. — Victoriolas aureas, quae simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, sustulit Dionysius Syracusarum tyrannus, de n. d. 3, 34, 84.

**Victoriati** numi quinarii Victoriae imagine insignes, pro Font. 5. 9.

**Vidius**, ad fam. 9, 10, 1.

**Vienna**, urbs Allobrogum in Gallia Narbonensi, hodie *Vienne*, ad fam. 10. 9, 3.

**M. Vigellius**, Stoicus, qui cum Panaetio vixit, de orat. 3, 21, 78.

**Villius Annalis**. Fundan. fragm. 1. p. 216.

**(Villius) Annalis**, ad Q. fr. 3, 1, 6. §. 20.

**L. Villius L. F. Annalis**, ad fam. 8. 8. 5 et 6.

**Sex. Villius**, Milonis familiaris, ad fam. 2, 6, 1.

**Vinalia** celebrantur a. d. X. Kal. Mai., Philipp. 14, 5, 14.

**Vincla**, sidus, Arat. v. 394. de n. d. 2, 44, 114.

**Vindullus** hospes Pompeii Laodiceae moritur a. u. c. 704., ad Att. 6, 1, 25.



**L. Vinicius** tribunus pl. a. u. c. 703., ad fam. 8. 8, 6.

**Violens** id est **Iolaus**, fragm. p. 353.

**Virgines**. V. **Vestales**.

**Virgo** sidus, Arat. v. 101. de n. d. 2, 42, 110.

**Viriathicum** bellum, Brut. 21, 84.

**Viriathus** Lusitanus: propter aequabilem praedae partitionem magnas opes habuit, cui quidem etiam exercitus nostri imperatoresque cesserunt, de off. 2, 11, 40.

**Virtus** dea. — Virtutis templum, templum Honoris a M. Marcello renovatum, quod erat bello Ligustico a Q. Maximo dedicatum, de n. d. 2, 23, 61. Ib. 2, 31, 79. — Eius cultus, de leg. 2, 8, 19. Ib. 2, 11 28. de n. d. 2, 31, 79. — Virtutis ara, Philipp. 14, 13, 34. — Virtutis templum idem, quod alibi dicitur Honoris Virtutis, pro Sest. 56, 120.

**Viscellinus**. V. **Sp. Cassius Viscellinus**.

**Viscius**, Antonianus, tribunus pl. designatus a. u. c. 711., Philipp. 13, 12, 26.

**Visellia**, ad Att. 15, 13, 4.

**C. Visellius Varro**, C. Aculeonis, qui Ciceronis materteram uxorem duxerat, filius, Ciceronis consobrinus. De eius in dicendo facultate existimatur, Brut. 76, 264. — C. Varro, vir omnibus rebus ornatissimus, in Asia militum tribunus a. u. c. 675., Verr. accusat. 1, 28, 71. — C. Varro, familiaris Caesaris, de prov. cons. 17, 40.

**(T.) Visellius**. — Legem T. Fadio tribuno plebi de Cicerone restituendo scripsit Visellius a. u. c. 696., ad Att. 3, 23, 4.

**L. Visidius**. Eius virtus ac fortitudo in militibus contra M. Antonium excitandis et conquirendis, Philipp. 7, 8, 24.

**M. (Vitruvius) Vaccus**. In Vacci pratis domus fuit M. Vacci, quae publicata est et eversa, ut illius facinus memoria et nomine loci notaretur, de domo sua 38, 101.

**Vitularia** via, ad Q. fr. 3, 1, 2. §. 3.

**Voconia** lex, utilitatis virorum gratia rogata, in mulieres plena est iniuriae, de r. p. 3, 10, 17. de fin. 2, 17, 55. — Eam M. Cato Censorius annos LXV. natus suasit, de sen. 5, 14. Verr. accusat. 1, 41, 106. — Lata est a. u. c. 580. V. **Q. Voconius Saxa**.

**Q. Voconius Naso** iudex quaestionis in iudicio Cluentiano a. u. c. 688., pro Cluent. 53, 147. Ib. 54, 148.

**Q. Voconius Saxa** trib. pl., a quo lex Voconia lata est a. u. c. 580., Verr. accusat. 1, 42, 107. — Q. Voconius legem tulit de mulierum hereditatibus, pro Balbo 8, 21.

**Voconius**, Pompeianus. Erat cum imperio a. u. c. 705., ad Att. 8, 15, 3.

**Vocontii**, populus Galliae Narbonensis, quorum caput Vasio, hodie *Vaison*, ad fam. 10, 23, 2. — Eorum bellum circa a. u. c. 682., pro Font. 5, 10.

**Volaterrae**, urbs Etruriae, hodie *Volterra*. Ibi castra habebat Sulla, quum occisus est Sex. Roscius, pro Sex. Rosc. 7, 20.

**Volaterrana** vada, prope Volaterras, pro Quinct. 6, 24.

**Volaterrani**. Eorum incommodum calamitasque civilis, pro Caec. 7, 18. cl. ib. 35, 102. ad Att. 1, 19, 4. de domo sua 30, 79. — Volaterrani municipes commendati Q.

Valerio Orcae, ad fam. 13, 4, 1 sq.
**Volcae**, populus Galliae Narbonensis, pro Font. 8, 16.
**Volcania** arma, Tuscul. 2, 14, 33.
**Volcaniae** insulae propter Siciliam: eas tenuit Volcanus quartus, de n. d. 3, 22, 55.
**Volcanus.** — Volcani complures: primus Caelo natus, ex quo et Minerva † Apollinem eum, cuius in tutela Athenas antiqui historici esse voluerunt, secundus Nilo natus, Phthas, ut Aegyptii appellant, quem custodem esse Aegypti volunt, tertius ex tertio Iove et Iunone, qui Lemni fabricae traditur praefuisse, quartus Menalio natus, qui tenuit insulas propter Siciliam, quae Volcaniae nominabantur, de n. d. 3, 22, 55. — Volcano nupsit Venus tertia, Ib. 3, 23, 59. — Athenis laudatur Volcanus is, quem fecit Alcamenes, in quo stante atque vestito leviter apparet claudicatio non deformis, Ib. 1, 30, 83. — Non idem in Italia Volcanus atque in Africa et in Hispania, Ib. 1, 30, 84.
**Volcatius**, eques Rom., emissarius Verris, Verr. accusat. 2, 9, 25 sqq. Ib. 2, 23, 56. — Homo improbus, Ib. 3, 73, 171.
**C. Volcatius**, honestissimus vir, a Cn. Dolabella communi et cotidiano iure privatus, Cornel. prim. fragm. 18. p. 211.
**L. Volcatius Tullus** consul cum M'. Aemilio Lepido a. u. c. 688., in Catil. 1, 6, 15. — In aedilitate offensiuncula accepta summos a populo Rom. est honores adeptus, pro Planc. 21, 51. — Volcatius de animadversione in Catilinarios dixit ante Catonem, ad Att. 12, 21, 1. — Ei placuit Ciceronis consulatus, Philipp. 2, 5, 12. — Eius sententia in causa Ptolemaei Alexandrini regis, a. u. c. 698., ad fam. 1, 1, 3. Ib. 1, 2, 1. Ib. 1, 4, 1. ad Q. fr. 2, 1, 1. — Eius moderatione in certamine inter Caesarem et Pompeium a. u. c. 704. contentus erat Atticus, ad Att. 7, 3, 3. cl. ib. 9, 19, 2. Ib. 8, 1, 3. — Ei numquam placuit ex Italia exire, Ib. 8, 9, 3. ad Att. 9, 10, 7. — Questus erat cum Caesare, quod non idem sibi quod Ciceroni remisisset a. u. c. 705., Ib. 10, 3, 2. — Lepidus et Tullus non dubitant quin Caesari praesto futuri in senatumque venturi sint, Ib. 8, 15, 2. — L. Volcatius Tullus, M. Marcello infensus, Caesari non egit gratias, illo restituto a. u. c. 708., ad fam. 4, 4, 4.
**L. Volcatius L. F. Tullus**, praetor urbanus a. u. c. 708., ad fam. 13, 14, 1. Idem, qui postea consul fuit a. u. c. 721. — Ad hunc fortasse pertinet ad Att. 14, 9, 3.
**Volsci**, populi Italiae in Latio. Volscorum bellum gravissimum, cui Coriolanus exsul interfuit, eodem fere tempore, quo Persarum bellum fuit, Brut. 10, 41. — Volsci in civitatem recepti, pro Balbo 13, 31. de off. 1, 11, 35.
**L. Volteius.** Plurimum poterat apud L. Metellum Siciliae praetorem a. u. c. 684., Verr. accusat. 3, 66, 155.
**Voltinia** tribus, pro Planc. 16, 38. Ib. 17, 43. Eius tribules, Voltinienses, Ib.
**T. Volturcius** Crotoniensis. — Coniurationis Catilinariae index, in Catil. 3, 2, 4. — Cicero ei fidem publicam iussu senatus dedit, Ib. 3, 4, 8. — Praemia ei data sunt amplissima, Ib. 4, 3, 5.



Volucres caelestes, Olor et Aquila, Arat. v. 720.
**Volumnia**, ad fam. 14, 16.
**Volumnia**, amica M. Antonii, liberta Volumnii Eutrapeli, mimico nomine Cytheris, Philipp. 2, 24, 58. V. **Cytheris.**
**Volumnius Flaccus.** Flaccus Volumnius familiaris D. Bruti, ad fam. 11, 12, 1. Ib. 11, 18, 1. V. **L. Volumnius.**
**L. Volumnius**, senator, quocum Ciceroni est magnus usus, ad fam. 7, 32, 1.
**P. Volumnius**, senator, iudex in A. Cluentium, pro Cluent. 70, 198.
**P. Volumnius Eutrapelus**, eques Rom., ad quem sunt ad fam. 7. ep. 32 et 33. — Antonii collusor et sodalis, Philipp. 13, 2, 3. — Cytheridem, ab ipso Volumniam denominatam, habuit amicam, ad fam. 9, 16, 1. — Ad eum scripsit Cicero, ut is Antonio suas litteras redderet, legatione sibi opus esse, a. u. c. 710., ad Att. 15, 8, 1. — Quo modo a. u. c. 708. apud eum cenarit festive narrat Cicero, ad fam. 9, 26.
**Voluptas** dea, id est, Venus Volupia, de n. d. 2, 23, 61.
**C. Volusienus.** — Tribunus plebi fuit a. u. c. 711. Antonii adsecula, Philipp. 14, 7, 21.
**L. Volusienus**, summo splendore homo ac virtute praeditus, pro Cluent. 70, 198.
**Volusius**, haruspex, ex C. Verris cohorte, Verr. accusat. 3, 11, 28. Ib. 3, 21, 54.
**Cn. Volusius.** Erat apud Ciceronem in provincia Cilicia a. u. c. 703., ad Att. 5, 11, 4.
**M. Volusius.** Ab eo Tironis litteras acceperat Cicero a. u. c. 705., ad fam. 16. 12, 6.
**Q. Volusius**, Ciceronis discipulus, defendit Catilium piratam, ad fam. 5, 10, 2. Ib. 5, 20, 3. — Q. Volusium, Tiberii generum, misit Cicero in Cyprum a. u. c. 704., ad Att. 5, 21, 6.
**Vopiscus Caesar.** V. in **Iuliis.**
**Vortumnus.** — Vortumni signum Romae in capite duorum vicorum Tusci et Turarii, Verr. accusat. 1, 59, 154.
**Vulcanus.** V. **Volcanus.**
**Vulchalo**, Galliae oppidum, pro Font. 5, 9.
**L. Vulteius.** V. **L. Volteius.**

**Xanthippe**, uxor Socratis, Tuscul. 3, 15, 31.
**Xanthippus**, Periclis pater, Brut. 11, 44.
**Xanthippus**, Lacedaemonius, ex insidiis cepit M. Attilium Regulum, de off. 3, 26, 99.
**Xeno** Apollonidensis, ad Att. 5, 13, 2.
**Xeno**, Atheniensis, Epicurius, ad Att. 5, 10, 5. Ib. 5, 11, 6. Ib. 7, 1, 1. Ib. 13, 37, 1. Ib. 14, 16, 4.
**Xeno** Menaenus, a C. Verre vexatus, Verr. accusat. 3, 22, 55.
**Xenocles** Adramyttenus, rhetor Asiaticus, Ciceronis comes in Asia a. u. c. 675—677., Brut. 91, 316.
**Xenocrates** Chalcedonius, cum Speusippo et Aristotele a Platone philosophiae quasi heres relictus, Acad. post. 1, 4. 17. — Xenocrates, Aristotelis condiscipulus, quid in libris, qui sunt de natura deorum, de dis tradiderit, de n. d. 1, 13, 34. — Xenocrates animi figuram et quasi corpus negavit esse verum, numerum dixit esse, cuius vis, ut iam ante Pythagorae

visum erat, in natura maxima esset, Tuscul. 1, 10, 20. cl. Acad. pr. 2, 39, 124. — Xenocrates et superiores etiam animum naturam expertem corporis esse dixerunt, Acad. post. 1, 11, 39. — Eius libri sunt de ratione loquendi multi et multum probati, Acad. pr. 2, 46, 143. — Xenocrates et Aristoteles nusquam tetigerunt παράδοξα, Ib. 2, 44, 136. cl. ib. 2, 35, 113. de fin. 4, 2, 3. Ib. 4, 6, 15. Ib. 4, 18, 49. Ib. 5, 1, 2. Ib. 5, 3, 7. Tuscul. 5, 10, 30. Ib. 5, 13, 39. Ib. 5, 31, 87. — Xenocrates, a Platone profectus, Academiae nomen obtinuit, de orat. 3, 17, 62. — Xenocrates in peregrinatione aetatem suam consumpsit, Tusc. 5, 37, 107 et 109. — Eum non coëgit in suis studiis obmutescere senectus, de sen. 7, 23. — Athenis aiunt, quum quidam apud eos, qui sancte graviterque vixisset, testimonium publice dixisset et iurandi causa ad aras accederet, una voce omnes iudices, ne is iuraret, reclamasse, pro Balbo 5, 12. Id pertinet ad Xenocratem, v. ad Att. 1, 16, 4. — Xenocrates quomodo Alexandri legatos acceperit eiusque dona contempserit, Tuscul. 5, 32, 91. — Eum, nobilem in primis philosophum, ferunt, quum quaereretur ex eo, quid adsequerentur eius discipuli, respondisse, ut id sua sponte facerent, quod cogerentur legibus, de r. p. 1, 2, 3. — Xenocrates severissimus philosophorum et propterea clarus et magnus, de off. 1, 30, 109. — Xenocrates gravissimus philosophus exaggerans magno opere virtutem, extenuans caetera et abiiciens, Tuscul. 5, 18, 51. de leg. 1, 13, 38. Ib. 1, 21, 55. de orat. 3, 18, 67. V. **Speusippus.**

**Xenomenes** Thyreus, hospes Ciceronis, ad fam. 16, 5, 1.

**Xenophanes** Colophonius. — Megaricorum fuit nobilis disciplina, cuius princeps Xenophanes, Acad. pr. 2, 37, 118. — Xenophanes paullo antiquior Anaxagora, unum esse omnia dixit, neque id esse mutabile et id esse deum neque natum umquam et sempiternum, conglobata figura, Ib. 2, 37, 118. — Xenophanes unus, qui deos esse diceret, divinationem funditus sustulit, de divin. 1, 3, 5. Ib. 1, 39, 87. — Xenophanes, mente adiuncta, omne praeterea quod esset infinitum, deum voluit esse, de n. d. 1, 11, 28. — Xenophanes habitari ait in luna eamque esse terram multarum urbium et montium, Acad. pr. 2, 39, 123. — Xenophanes, Parmenides minus bonos versus fecerunt quam Empedocles, Ib. 2, 23, 74. cf. ib. 2, 5, 14.

**Xenophon** Socraticus. — In ea militia, qua cum Cyro minore perfunctus est, sua scribit somnia, quorum eventus mirabiles exstiterunt, de divin. 1, 25, 52. — Cyrus ille a Xenophonte non ad historiae fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperii, in manibus fuit Africano minori, ad Q. fr. 1, 1, 8. §. 23. cl. Tuscul. 2. 26, 62. Brut. 29, 112. ad fam. 9. 25, 1. — Persarum a Xenophonte victus exponitur, quos negat ad panem adhibere quidquam praeter nasturtium, Tuscul. 5, 34, 99. cl. de fin. 2, 28, 92. — Cyri morientis apud eum sermo, de sen. 9, 30. cl. ib. 22, 79. — Antiquissimum sepulturae genus illud fuisse videtur



quo apud Xeophontem Cyrus utitur, de leg. 2, 22, 56. — Eius Cyrus et Agesilaus, ad Q. fr. 1, 2, 2. §. 7. — Unus Xenophontis libellus in Agesilao laudando facile omnes imagines omnium statuasque superavit, ad fam. 5, 12, 7. — Xenophon locum de re familiari commodissime persecutus est in eo libro, qui Oeconomicus inscribitur, quem Cicero adolescens e Graeco in Latinum convertit, de off. 2, 24, 87. — Xenophontis Oeconomicus, fragm. p. 259 sqq. — Xenophon eiusque uxor in dialogo Aeschinis, ubi Aspasia cum iis colloquitur, de inv. 1, 31, 51. — Xenophon, ex sententia Velleii Epicurii, multa peccat in doctrina de natura deorum, de n. d. 1, 12, 31. — Xenophonti consilium a Socrate datum, ut de rebus et obscuris et incertis ad Apollinem referret, de divin. 1, 54, 122. — Xenophon Agesilaum instituit, de orat. 3, 34, 139. — Eius sermo est ille quidem melle dulcior, sed a forensi strepitu remotissimus, orat. 9, 32. — Xenophonteum genus dicendi, molle, Brut. 35, 132. — Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt, orat. 19, 62. — In eius libris Socrates ironia utitur faceta et eleganti, Brut. 85, 292. — Eius Symposium, de sen. 14, 46. — Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt, Ib. 17, 59. — Quid apud eum Socrates de mente humana dixerit, de n. d. 2, 6, 18. — Ib. 3, 11, 26. — Eius Hercules Prodicius, de off. 1, 32, 118. — Xenophontius Hercules, ad fam. 5, 12, 3. — Xenophon Socraticus historiam scripsit. Leniore quodam sono est usus quam Callisthenes, vehemens fortasse minus, sed dulcior, de orat. 2, 14. 58.

**Xerxes**, Persarum rex, non tantis copiis tantoque apparatu in Graeciam venit, ut ex Hymetto mel auferret, de fin. 2, 34, 112. — Xerxes inflammari Atheniensium fana iussisse dicitur, quod deos, quorum domus esset omnis hic mundus, inclusos parietibus contineri nefas esse duceret, de r. p. 3, 9, 14. cl. de leg. 2, 10, 26. — Xerxes praemium proposuit, qui invenisset novam voluptatem, Tuscul. 5, 7, 20. — Xerxes deorum templa et aras evertit, de n. d. 1, 41, 115. — Eum ut reciperent Athenienses, Cyrsilus suasit, de off. 3, 11, 48.

**Zagreus**, unus primorum trium Dioscurorum, de n. d. 3, 21, 53.

**Zaleucus**. Quod Zaleucum leges Locris scripsisse dixit Theophrastus, a Timaeo reprehensus est, ad Att. 6, 1, 18. cl. de leg. 2, 6, 14 sq. — Zaleucus et Charondas, Ib. 1, 22, 57.

**Zeno** Cittieus, Stoicorum princeps. 'Poenulus' dicitur de fin. 4, 20, 56. — Eum non coëgit in suis studiis obmutescere senectus, de sen. 7, 23. — Non tam rerum inventor fuit quam verborum novorum, de fin. 3, 2, 5. Ib. 3, 4, 15. — Naturam ita definit, ut eam dicat ignem esse artificiosum ad gignendum progredientem via, de n. d. 2, 22, 57. — Natura non artificiosa solum, sed plane artifex ab eodem dicitur, Ib. 2, 22, 58. — Quibus argumentis demonstrarit animantem esse mundum compotemque rationis, Ib. 2, 7, 20 sqq. — Eius breves et acutulae

conclusiones, de n. d. 3, 7, 18. Ib. 3, 9, 22. — Ei animus ignis videtur, Tuscul. 1, 9, 19. — De physica ratione fabularum locus a Zenone tractatus post a Cleanthe et Chrysippo pluribus verbis explicatus est, de n. d. 2, 24, 63. — Zeno contrahi animum et quasi labi putat atque concidere, et id ipsum esse dormire, de divin. 2, 58, 119. — Zeno primus, post Cleanthes, deinde Chrysippus magnam molestiam suscepit commenticiarum fabularum reddere rationem, vocabulorum, cur quidque ita appellatum sit, causas explicare, de n. d. 3, 24, 63. — Posse acerbos e Zenonis schola exire dicere solebat Aristo Chius, Ib. 3, 31, 77. — Urguebat Arcesilas Zenonem, quum ipse falsa omnia diceret, quae sensibus viderentur, Zeno autem non nulla visa esse falsa, non omnia, Ib. 1, 25, 70. — Zeno cum Polemone disceptans, a quo quae essent principia naturae acceperat, de fin. 4, 16, 45. — Zeno nulla in re nisi in virtute propensionem ne minimi quidem momenti ad summum bonum adipiscendum esse dixit, Ib. 4, 17, 47. Ib. 4, 19, 54. Ib. 4. 21, 59 sq. Ib. 4, 22, 61. — Non fuit causa Zenoni, quum Polemonem audisset, cur et ab eo ipso et a superioribus dissideret, Ib. 4, 2, 3. — Dicendi copiam reliquit, Ib. 4, 3, 7. — Quo modo visum, *φαντασίαν*, definierit, reprehensus ideo a Philone Academico, Acad. pr. 2, 6, 18. — Quo gestu visum, adsensum, comprehensionem, scientiam expresserit, Ib. 2, 47, 145. — Quid *προηγμένον* contraque quid *ἀποπροηγμένον* appellarit, de fin. 3, 15, 51. — Zenonis finis convenienter naturae vivere, Ib. 4, 6, 14. Ib. 4, 8, 19. — Zenoni visum est honestatem solam expetendam esse, de off. 3, 8, 35. — A Zenone hoc magnifice tamquam ex oraculo editur: 'Virtus ad beate vivendum se ipsa contenta est', de fin. 5, 27, 79. cl. Acad. post. 1, 10, 35 sqq. — Zeno inventor et princeps Stoicorum, honestum, quod ducatur a conciliatione naturae statuit finem esse bonorum, Acad. pr. 2, 42, 131. — Nullo modo arbitrabatur quidquam effici posse ab ea natura, quae expers esset corporis, — nec vero aut quod efficeret aliquid aut quod efficeretur posse esse non corpus, Acad. post. 11, 39. — Si Zenonem sequare, magnum est efficere, ut quis intelligat, quid sit illud verum et simplex bonum, quod non possit ab honestate seiungi, Ib. 1, 2, 7. — Quod Zeno in una virtute positam beatam vitam putavit, verendum esse ne virtuti plus tribuat, quam natura patiatur, Acad. pr. 2, 43, 134. cl. ib. 2, 44, 135. — Zeno sapientem non beatum modo, sed etiam divitem dicere ausus est, de fin. 5, 28, 84. — Eius sapiens, fragm. p. 258. — Zeno nisi quod turpe esset, nihil malum ducebat, Tuscul. 5, 9, 27. cl. ib. 2, 12, 29. — Zenoni summum bonum est in mediis neutram in partem moveri, quae *ἀδιαφορία* ab ipso dicitur, Acad. pr. 2, 42, 130. — Zeno, quasi corporis simus expertes, animum solum amplectitur, Ib. 2, 45, 139. — Est Zenonis haec definitio, ut perturbatio sit, quod *πάθος* ille dicit, aversa a recta ratione, contra naturam animi



commotio, Tuscul. 4, 6, 11. cl. ib. 4, 21, 47. — Zeno aegritudinem sic definit, ut sit opinio praesentis mali recens, Tuscul. 3, 31, 75. — Quum quaereretur de animis, cuius generis essent, Zeno id dixit esse ignem, de fin. 4, 5, 12. — Zeno, quod ad divinationem attinet, mansit in antiquorum philosophorum sententia, de divin. 1, 3, 5. — In suis commentariis doctrinae de divinatione quasi semina quaedam sparsit, Ib. 1, 3, 6. — Zenoni et reliquis fere Stoicis aether videtur summus deus, mente praeditus, qua omnia regantur, Acad. pr. 2, 41, 126. — Zeno naturalem legem divinam esse censet eamque vim obtinere recta imperantem prohibentemque contraria. — Idem alio loco aethera deum dicit esse — aliis autem libris rationem quamdam per omnium naturam rerum pertinentem vi divina esse adfectam putat. Idem astris hoc idem tribuit, tum annis, mensibus annorumque mutationibus. Quum vero Hesiodi Theogoniam interpretatur, tollit omnino usitatas perceptasque cognitiones deorum: neque enim Iovem neque Iunonem neque Vestam etc. in deorum habet numero, sed rebus inanimis atque mutis per quamdam significationem haec docet tributa nomina, de n. d. 1, 14, 36. — Inter Zenonem et Peripateticos nihil praeter verborum novitatem interest, Tuscul. 5, 11, 32. Ib. 5, 11, 33. — Zeno rebus non commutatis immutavit vocabula, de leg. 1, 13, 38. cl. ib. 1, 20, 53. — Zeno cum Aristone verbis consistit, re dissidet: cum Aristotele re consentit, verbis discrepat in fine bonorum statuendo, de fin. 4, 26, 72 et 73. — Zeno didicit *τὰ ἠθικὰ* a Peripateticis, Ib. 5, 29, 88. — Zeno Cittieus, advena quidam et ignobilis verborum artifex, insinuasse se in antiquam philosophiam videtur, Tuscul. 5, 12, 34. — Eius praecepta lepide deridentur, pro Mur. 29, 61. — Zeno et Arcesilas Polemonem audiverant adsidue. Sed Zeno quum Arcesilam anteiret aetate valdeque subtiliter dissereret et peracute moveretur, corrigere conatus est disciplinam (Academicorum veterum), Acad. post. 1, 9, 35. — Arcesilas Zenoni, nihil novi reperienti, sed emendanti superiores immutatione verborum obtrectavit, Acad. pr. 2, 6, 16. — Cum eo non obtrectandi (tantum) causa Arcesilam pugnavisse, unde intelligatur, Ib. 2, 24, 76. — De dialecticis etsi a Chrysippo maxime est elaboratum, tamen a Zenone minus multo quam ab antiquis, de fin. 4, 4, 9. — Zeno, a quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat quid inter rhetoricam et dialecticam interesset, orat. 32, 113. cl. de fin. 2, 6, 17. — Zenoni placet suo quamque rem nomine appellare: nihil esse obscoenum, nihil turpe dictu, ad fam. 9, 22, 1. — Zeno magister Dionysii Heracleotae, Acad. pr. 2, 22, 71. cl. ib. 2, 35, 113. Tuscul. 2, 6, 15. Ib. 5, 37, 107.

**Zeno**, Eleates. — Perpessus est omnia potius quam conscios delendae tyrannidis indicaret, Tuscul. 2, 22, 52. cl. de n. d. 3. 33, 82. — A Zenone Eleate et Parmenide Eleatici philosophi nominabantur, Acad. pr. 2, 42, 129.

**Zeno** Epicurius. Eum Philo coryphaeum appellare Epicuriorum solebat. Non ille, ut plerique Epicuriorum, sed distincte, graviter, ornate disputabat, de n. d. 1, 21, 59. — Zeno Epicurius, etiam litigabat, lb. 1, 33, 93. — Non eos solum, qui tum erant, Apollodorum, Sillum, caeteros figebat maledictis, sed Socratem ipsum scurram Atticum fuisse dicebat, Chrysippum numquam nisi Chrysippam vocabat, lb. 1, 34, 93. — Contendere solebat eum esse beatum, qui praesentibus voluptatibus frueretur confideretque se fruiturum aut in omni aut in magna parte vitae, dolore non interveniente, Tuscul. 3, 17, 38. — Eum audivit Cicero et Atticus, de fin. 1, 5, 6.

**Zethus** Pacuvianus, philosophiae prope bellum indicit, de orat. 2, 37, 155. cl. de r. p. 1, 18, 30. — Eius disputatio de musica cum fratre Amphione, ad Her. 2, 27, 43.

**Zethus**, libertus, ad fam. 9, 15, 1.

**Zeugma** Euphratis oppidum s. potius plura oppida coniuncta in Coelesyria ad Euphratem, ad Q. fr. 2, 10 (12), 2.

**Zeuxis** Heracleotes non est usus plus quam quattuor coloribus: eius formas et lineamenta laudantur, nondum tamen in eo iam perfecta sunt omnia, Brut. 18, 70. — Zeuxis, Aglaophon, Apelles dissimillimi inter se, de orat. 3, 7, 26. — De Helena ab eo Crotoniatis picta, de inv. 2, 1, 1 sqq. cl. Acad. pr. 2, 47, 146. de fin. 2, 34, 115.

**Zeuxis** Blaudenius, matricida, ad Q. fr. 1, 2, 2. §. 4 et 5.

**Zodiacus**, Latinis orbis signifer, Arat. v. 568.

**Zopyrus** physiognomon stupidum esse Socratem dixit et bardum, addidit etiam mulierosum, de fato 5, 10. cl. Tuscul. 4, 37, 80.

**Zosippus**, nobilis Tyndaritanus, Verr. accusat. 4, 42, 92.

**Zoster**, promontorium Atticae et portus cum oppido, ad Att. 5, 12, 1.

---

## II.

# INDEX SCRIPTORUM TULLIANORUM.

Partis I. vol. I. continentur:

Memorabilia vitae Ciceronis per annos digesta. . . . p. XIX—XXXVIII
Rhetoricorum ad Herennium libri quattuor . . . . . . p. 1—102
Rhetoricorum libri duo qui sunt de inventione rhetorica. p. 103—207

Partis I. vol. II. continentur:

De oratore libri tres . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1—198
De claris oratoribus liber qui dicitur Brutus . . . . . p. 199—278
Orator ad M. Brutum . . . . . . . . . . . . . . . p. 279—338
Topica ad C. Trebatium . . . . . . . . . . . . . . p. 339—392
De optimo genere oratorum libellus . . . . . . . . . p. 393—398

Partis II. vol. I. continentur:

Pro P. Quinctio oratio . . . . . . . . . . . . . . . p. 1—28
Pro Sex. Roscio Amerino oratio. . . . . . . . . . . p. 29—70
Pro Q. Roscio Comoedo oratio . . . . . . . . . . . p. 71—86
In Q. Caecilium divinatio . . . . . . . . . . . . . p. 87—106
In C. Verrem actio prima . . . . . . . . . . . . . p. 106—122
Actionis in C. Verrem secundae sive accusationis libri quinque . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 123—439

Partis II. vol. II. continentur:

Orationis pro M. Tullio quae manserunt . . . . . . . p. 1—14
Pro M. Fonteio oratio . . . . . . . . . . . . . . . p. 15—30
Pro A. Caecina oratio . . . . . . . . . . . . . . . p. 31—63
De imperio Cn. Pompeii oratio . . . . . . . . . . . p. 64—86
Pro A. Cluentio Avito oratio . . . . . . . . . . . . p. 87—154
De lege agraria contra P. Servilium Rullum orationes tres p. 155—201
Pro C. Rabirio perduellionis reo oratio . . . . . . . p. 202—214
In L. Sergium Catilinam orationes quattuor. . . . . . p. 215—257
Pro L. Murena oratio . . . . . . . . . . . . . . . . p. 257—291
Pro L. Flacco oratio. . . . . . . . . . . . . . . . . p. 292—328
Pro P. Sulla oratio . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 329—358
Pro A. Licinio Archia poëta oratio . . . . . . . . . . p. 359—370
Oratio post reditum in senatu habita. . . . . . . . . p. 371—385
Oratio post reditum ad Quirites habita . . . . . . . . p. 385—394
De domo sua oratio . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 394—443
De haruspicum responso oratio . . . . . . . . . . . p. 443—468

Partis II. vol. III. continentur:

Pro P. Sestio oratio . . . . . . p. 1—56
In P. Vatinium testem interrogatio . . . . . p. 56—71
Pro M. Caelio oratio. . . . . . p. 71—98
De provinciis consularibus oratio . . . . . p. 99—115
Pro L. Cornelio Balbo oratio . . . . . p. 116—138
In L. Calpurnium Pisonem oratio . . . . . p. 138—174
Pro Cn. Plancio oratio . . . . . p. 174—210
Pro C. Rabirio Postumo oratio . . . . . p. 210—224
Pro T. Annio Milone oratio . . . . . p. 225—264
Pro M. Marcello oratio. . . . . p. 265—274
Pro Q. Ligario oratio . . . . . p. 274—285
Pro rege Deiotaro oratio . . . . . p. 285—298
In M. Antonium Philippicae orationes quattuordecim . . p. 299—478

Partis III. vol. I. continentur:

M. Ciceronis epistolarum ad familiares libri sedecim . . p. 1—432
Eiusdem epistolarum ad Q. fratrem libri tres . . . . . p. 433—496
Q. Ciceronis de petitione consulatus ad M. fratrem liber p. 496—510
Eiusdem versus quidam de signis XII . . . . . p. 510—511
Eiusdem, ut fertur, epigramma de amore feminarum . p. 511

Partis III. vol. II. continentur:

M. Ciceronis epistolarum ad Atticum libri sedecim . . p. 1—460
Eiusdem epistolarum ad M. Brutum libri duo . . . . . p. 461—495
Pseudociceronis epistola ad Octavium . . . . . p. 496—499
Notatio temporis, quo singulae M. Ciceronis epistolae scriptae esse videntur . . . . . p. 500—503
Index alienarum epistolarum, quae cum Ciceronianis coniunctae leguntur . . . . . p. 504

Partis IV. vol. I. continentur:

Academicorum ad M. Varronem liber primus . . . . . p. 1—17
Academicorum priorum liber secundus, qui inscribitur Lucullus . . . . . p. 17—76
De finibus bonorum et malorum libri quinque . . . . . p. 77—240
Tusculanarum disputationum libri quinque . . . . . p. 241—408

Partis IV. vol. II. continentur:

De natura deorum libri tres . . . . . p. 1—126
De divinatione libri duo . . . . . p. 127—221
De fato libri quae manserunt . . . . . p. 222—240
De re publica librorum sex quae manserunt. . . . . p. 241—340
De legibus libri tres. . . . . p. 341—404

Partis IV. vol. III. continentur:

De officiis ad M. filium libri tres . . . . . p. 1—116
Cato maior de senectute liber ad T. Pomponium Atticum p. 117—145



Laelius de amicitia liber ad T. Pomponium Atticum . . p. 145—175
Paradoxa ad M. Brutum . . . . . p. 176—190
Oratio de pace habita in senatu, Graece a Cassio Dione servata. . . . . p. 191—198

I. Fragmenta orationum.

A. Fragmenta orationum magnam partem superstitum . p. 199—200
Fragmenta orationis pro P. Quinctio. . . . . p. 199
Fragmentum orationis pro M. Fonteio . . . . . p. 200
Fragmenta orationis pro L. Flacco. . . . . p. 200
B. Fragmenta orationum amissarum . . . . . p. 200—248
1. De rege Alexandrino . . . . . p. 200—201
2. In Clodium et Curionem . . . . . p. 201—206
3. De consulatu suo . . . . . p. 206
4. Pro C. Cornelio de maiestate oratio prima . . p. 207—214
5. Pro C. Cornelio oratio secunda . . . . . p. 214—216
6. Pro M. Fundanio . . . . . p. 216
7. Pro A. Gabinio . . . . . p. 216—217
8. Pro Q. Gallio . . . . . p. 217—218
9. Pro C. Manilio . . . . . p. 218
10. De aere alieno Milonis . . . . . p. 218—220
11. Contra contionem Q. Metelli . . . . . p. 220—221
12. Pro P. Oppio . . . . . p. 221—222
13. De L. Othone. . . . . p. 222
14. De proscriptorum liberis . . . . . p. 222
15. Quum quaestor Lilybaeo decederet . . . . . p. 223
16. Pro M. Aemilio Scauro. . . . . p. 223—239
17. Oratio in senatu in toga candida contra C. Antonium et L. Catilinam competitores . . . . . p. 239—243
18. Pro M. Tullio . . . . . p. 243
19. Pro L. Vareno . . . . . p. 243—245
20. Pro P. Vatinio . . . . . p. 245
C. Tituli orationum amissarum . . . . . p. 245—247
1. 2. Pro Acilio orationes duae. 3. Pro C. Antonio. 4. Pro muliere Arretina. 5. Pro Ascitio. 6. Pro L. Sempronio Atratino. 7. Pro Bestia. 8. Pro Caninio Gallo. 9. Pro M. Cispio. 10. Pro Crasso. 11. 12. Pro Dolabella. 13. Pro Druso. 14. In A. Gabinium. 15. Pro Messio. 16. Pro Q. Mucio. 17. Pro C. Mustio. 18. Contra Naevium. 19. Pro Scipione Nasica. 20. Pro C. Orchivio. 21. Pro patriciis adolescentibus Romanis. 22. Pro C. Pisone. 23. Contra T. Munatium Plancum Bursam. 24. Pro Popilio Laenate. 25. In deponenda provincia. 26. De Reatinorum causa. 27. 28. Pro Saufeio. 29. Pro Scamandro. 30. Pro Tenediorum liber-

tate. 31. 32. Pro A. Minucio Thermo. 33. Pro Titinia contra Naevium. 34. Pro Caesare Vopisco.
Ex commentariis causarum . . . . . . . . . . . . . p. 247—248
Pro T. Annio Milone . . . . . . . . . . . . . p. 248
Orationes e Graeco in Latinum conversae a M. Tullio. 1. Demosthenis pro Ctesiphonte oratio. 2. Aeschinis in Ctesiphontem oratio . . . . . . . . . . . p. 248
D. Fragmenta epistolarum.
I. Ad Q. Axium epist. lib. I . . . . . . . . p. 249
II. Ad M. Brutum epist. lib. VII. lib. VIII . . p. 249—250
III. Fragmenta epistolarum Bruti ad Ciceronem. p. 250
IV. Ad C. Caesarem epist. lib. I. lib. II. lib. III. Ex lib. incerto . . . . . . . . . . . . . p. 250—251
V. Fragmentum epist. Caesaris ad Ciceronem . p. 251
VI. Ciceronis epistolarum ad Caesarem iuniorem lib. I. lib. II. lib. III. lib. incert. . . . . . p. 251—252
VII. Ad Licinium Calvum lib. I. . . . . . . . p. 252
VIII. Ex epistola ad Catonem . . . . . . . . . p. 253
IX. Ex epistola ad Caerelliam . . . . . . . . p. 253
X. E Ciceronis epistolarum ad M. filium lib. I. lib. II. ex lib. incerto . . . . . . . . . p. 253—254
XI. Ad A. Hirtium epist. lib. II. lib. V. lib. IX. Ex lib. incerto . . . . . . . . . . . . . p. 254
XII. Ex epistola ad Hostilium. . . . . . . . . p. 254
XIII. Ad Cornelium Nepotem lib. II. Ex lib. incerto p. 254—255
XIV. Ad C. Pansam epist. lib. I. lib. III . . . . p. 255
XV. Epistola ad Pompeium. . . . . . . . . . p. 255
XVI. Ad M. Titinium . . . . . . . . . . . . p. 255
XVII. Epistolarum incertarum . . . . . . . . p. 256
XVIII. Epistolarum συναγωγή . . . . . . . . . p. 256
E. Fragmenta librorum, qui sunt de philosophia, magnam partem superstitum . . . . . . . . . . . p. 256—259
F. Fragmenta librorum de philosophia amissorum . . . p. 259—259
I. Oeconomica Xenophontis. . . . . . . . . . p. 259—266
II. Protagoras ex Platone. . . . . . . . . . . p. 266
III. Timaeus de universo . . . . . . . . . . p. 266—281
IV. Hortensius de philosophia . . . . . . . . p. 281—291
V. Consolatio de luctu minuendo . . . . . . . p. 291—293
VI. De gloria . . . . . . . . . . . . . . . p. 293—294
VII. Commentarius de virtutibus . . . . . . . p. 294
VIII. Commentarii de consulatu suo Graece scripti . p. 294
IX. Cato sive laus M. Catonis . . . . . . . . p. 294—295
X. Laudatio Porciae . . . . . . . . . . . . p. 295
G. Tituli aliorum Ciceronis scriptorum varii generis . . p. 295—303
I. Liber de laude Caesaris . . . . . . . . . . p. 295



II. Caesaris expeditio Britannica . . . . . . . . p. 295
III. Liber iocularis . . . . . . . . . . . . . . p. 295—298
IV. Ciceronis facete dicta a Plutarcho memorata . p. 298—301
V. De auguriis . . . . . . . . . . . . . . . p. 301
VI. De iure civili in artem redigendo . . . . . . p. 301—302
VII. Edictum L. Racilii trib. pl. . . . . . . . . p. 302
VIII. De ordinanda re publica. . . . . . . . . . p. 302
IX. Liber de suis consiliis vel expositio suorum consiliorum . . . . . . . . . . . . . . p. 302
X. Pontius Glaucus . . . . . . . . . . . . . p. 303
H. Fragmenta poëmatorum . . . . . . . . . . . . p. 303—343
I. Versus Homerici a Cicerone in Latinum translati p. 303—305
II. Arati phaenomena a Cicerone in Latinum conversa . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 305—326
III. Prognostica . . . . . . . . . . . . . . . p. 326—337
IV. Ciceronis Arateorum fragmenta incertae sedis p. 337—338
V. Uxorius. VI. Nilus. . . . . . . . . . . p. 338
VII. Limon . . . . . . . . . . . . . . . . p. 338
VIII. Marius . . . . . . . . . . . . . . . . p. 338—339
IX. De suo consulatu. . . . . . . . . . . . p. 339—342
De suis temporibus . . . . . . . . . p. 342
X. Alcyones . . . . . . . . . . . . . . . . p. 343
XI. Elegia Tamelastis. . . . . . . . . . . . p. 343
I. Fragmenta librorum incertorum . . . . . . . . . . p. 343—355
I. E rhetoricis . . . . . . . . . . . . . . p. 344—345
II. Ex orationibus . . . . . . . . . . . . . p. 345—347
III. A. E libris de philosophia scriptis . . . . . . p. 347—349
IV. B. Ex admirandorum libro . . . . . . . . . p. 349—350
IV. C. Varia . . . . . . . . . . . . . . . . p. 350—352
V. Singulae voces e libris non nominatis . . . . p. 352—354
Tituli librorum dubiae fidei . . . . . . . p. 354
VI. Chorographia . . . . . . . . . . . . . . p. 354—355
Scripta suppositicia . . . . . . . . . . . . . . . p. 355—372
Pseudosallustii in M. Tullium Ciceronem declamatio p. 355—357
Pseudociceronis in Sallustium Crispum responsio . p. 357—363
Oratio ad populum et equites Romanos ante quam iret in exsilium . . . . . . . . . . . . p. 364—372
Incerti auctoris consolatio . . . . . . . . . . . . . p. 372—431